



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

CL 49

Fragmenta  
Philosophorum Græcorum

COLLEGIT, RECENSUIT, VERTIT,  
ANNOTATIONIBUS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT,  
INDICIBUS INSTRUXIT

**FR. GUIL. AUG. MULLACHIUS.**

PHIL. DOCT. ARTIUM ET M. JEFFERABUR ANTISTARUM IN UNIV. CIT. BEROLINENSIS PROFESSOR

VOLUMEN III,

PLATONICOS ET PERIPATETICOS CONTINENS.



PARISIIS,  
EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,

IMPRIMERIE PERECCI FRANKLE TYPOGRAPHES, 91A JACOB, 56.



G 1013




91013

Bd. Jan., 1884.



27 Dec., 1881.







1027

1773

# FRAGMENTA PHILOSOPHORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, RECENSUIT, VERTIT,  
ANNOTATIONIBUS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT,  
INDICIBUS INSTRUXIT

**FR. GUIL. AUG. MULLACHIUS,**

PHIL. DR. ARTIUM LL. M. LITTERARUM ANTIQVARVM IN UNIV. LIT. BEROLINENSI PROFESSOR.

— — —  
VOLUMEN III,

PLATONICOS ET PERIPATETICOS CONTINENS.




PARISIIS,  
EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,

INSTITUTI PUBLICI FRANCE TYPOGRAPHIS, VIA JACOB, 56.

91013







FRAGMENTA 9 B.  
+  
PHILOSOPHORUM GRÆCORUM

---

VOLUMEN III

---

PARISIIS. — EXCUBEANT FIRMIN DIDOT ET SOCIJ, VIA JACOB, 56.

---

FRAGMENTA  
PHILOSOPHORUM GRÆCORUM

COLLEGIT RECENSUIT VERTIT  
ANNOTATIONIBUS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT  
INDICIBUS INSTRUXIT

**FR. GUIL. AUG. MULLACHIUS**

PHIL. DR. ARTIUM LL. M. LITTERARUM ANTIQUARUM IN UNIV. LIT. BEROLINENSI PROFESSOR

VOLUMEN III

PLATONICOS ET PERIPATETICOS CONTINENS



PARISIIS

EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS

INSTITUTI PUBLICI FRANCIE TYPOGRAPHIS

VIA JACOB, 56

M DCCC LXXXI



41013

HARVARD COLLEGE LIBRARY

DEC 27 1881

*Salisbury fund.*  
*(III.)*

---

## PRÆFATIO.

---

Quum Aristoteles (1) in Ethicis Nicomacheis dei vitam et beatam esse et in contemplatione consistere docuerit, ex hominibus autem eos qui proxime ad deos accederent cæterisque studiis rerum contemplationem præferrent, æqualis beatitudinis participes fore dixerit : vere nobis philosophiæ vim illi expressisse videntur, qui eam quasi quandam divinæ naturæ imitationem esse scripserunt. Est autem hominis ingeniosi, aut majora humano fastigio mentis acie dispicere, aut certe cum humanis divina copulando in consequenda omnium artium scientia totum se collocare. Hinc veteres sophistæ gloriati sunt, nihil esse in cœlo, nihil in terra, nihil in mari, nihil ulla in disciplina, quod ipsi nescirent, neque solum liberales doctrinas, geometriam, musicam, historiam se habere cognitatas, elegantissima poetarum aliorumque eruditorum hominum scripta attigisse, quæ porro de naturæ obscuritate, de hominum moribus, de civitatibus traderentur, didicisse, sed sordidiores quoque cerdonum artes exercuisse.

Quo in genere quum ab antiquis philosophis usque ad Socratem numeri mundique origines pervestigarentur, diligenterque siderum magnitudines, intervalla, cursus et cælestia omnia indagarentur, Socrates primus philosophiam e cœlo devocavit atque ad vitam communem et hominum mores traduxit, Plato de singulis philosophiæ partibus multa disseruit, sed ejus discipulus Xenocrates primus sapientiæ disciplinam in tres partes, physicam, ethicen, dialecticam divisit. Jam vero etsi eorum qui postea philosophati sunt aliis alia philosophiæ formula arrisit, tamen cavendum est, ne quis omnem philosophiam inutilem esse, pluraque detrimenta quam adjuncta publicis rebus a viris sapientiæ gloria præstantibus et facundis importata esse statuatur. Posse enim dicendi facultatem ad corrumpendos civium mores, ad labefactandam rempublicam omninoque ad hominum perniciem converti, sophistarum disputationes declarant. At talibus exemplis id quod volunt nonnulli non confirmatur. Quippe omni ingenii facultate et bene et male uti licet.

---

(1) Aristoteles Ethic. Nicom. lib. X cap. 8. p. 1178 ed. Bekker. ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα θεωρητικῇ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτη συγγενεστάτη, εὐδαιμονεστάτη. Σημεῖον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῆα εὐδαιμονίας, τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἐστερημένα τελείως· τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς πᾶς ὁ βίος μακάριος, τοῖς δ' ἀνθρώποις ἐφ' ὅσον ὁμοιωμὰ τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει et aliis locis.

Nimirum optime de humano genere meruit philosophia, e cujus præceptis unus dies actus peccanti immortalitati anteponendus est. Quocirca philosophi sive virtutis magistri ab æquis studiorum hominumque iudicibus in honore semper habebantur. Nempe virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, despiciens, casus humanos contemnit, culpaque omni carens, præter se ipsam nihil censet ad se pertinere. Itaque multi gravissimis casibus defuncti magnaque tempestate jactati in philosophiæ portum se contulerunt. Quæ quum ita sint, libet mihi cum M. Tullio exclamare : « O vitæ philosophia dux! o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse putuisset? tu urbes peperisti : tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti : tu eos inter se primo domiciliis, deinde conjugiiis, tum litterarum et vocum communione junxisti : tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinæ fuisti. Ad te confugimus : a te opem petimus : tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. »

Neque tamen quemquam a sapientiæ studio doctorum virorum de difficillimis quæstionibus dissensione deterreri oportet, quia nec modus est ullus investigandi veri, nisi inveneris, et quærendi defatigatio turpis habetur. Quando igitur omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, in qua excellere præclarum putamus, labi autem, errare, ignorare, decipi et malum et turpe ducimus : omne genus philosophorum pervolutare consuevimus. Quare leguntur avidissime apud nos e Græcis naturæ interpretibus iisdemque intelligendi et dicendi gravissimis auctoribus non tantum principes illi Plato et Aristoteles, quos præter materiæ gravitatem summa sapientia et magna eloquentia commendat : aut illi primis proximi Sextus Empiricus, Proclus, Plotinus, aut alii multo deterioris notæ scriptores qui nihil ornatus ad philosophiæ explicationem adhibuerunt, sed etiam illi, quorum fragmenta ex aliorum scriptis collecta exstant.

Postquam igitur duo priora hujus operis volumina, quibus tum poesis philosophica cæterorumque qui ante Socratem floruerunt philosophorum reliquiæ, tum Pythagoreorum, Sophistarum, Cynicorum, Cyrenaicorum fragmenta continentur, annis MDCCCLX et MDCCCLXVII edita viris doctis placuisse vidi : nihil mihi potius fuit, quam ut tenerem propositum atque inchoatum opus absolvere conarer.

Quamvis autem sperassem fore ut omnia sapientiæ antistitum fragmenta tribus voluminibus comprehenderentur, postea tamen animadverti hoc opus quod neque molesti neque injucundi laboris est, etiam quartum volumen desiderare. Quare quid in tertio hoc tomo qui nunc divulgatur præstiterim, breviter exponi convenit.

Quum e philosophorum sectis Platonicorum et Peripateticorum lucubra-

tiones, libellos, fragmina hoc tertio volumine complecti destinassem, abundante passim materia operam in colligendis, emendandis, vertendis quorundam utriusque familiæ principum opusculis, quæ argumentorum gravitatis politæque orationis maxime commendationem haberent posui.

Itaque ab Eusebio scriptore Ionico commentandi exordium cepi, qui ab aliis quidem alii philosophorum gregi annumeratur, sed mihi videtur esse Myndius ille Platoniam sectam professus, Aedesii discipulus, de quo mentionem facit Eunapius p. 48. Ejus autem librorum reliquias post Orellium Opusc. Vet. Græc. sent. et moral. Vol. II, p. 362-391 et Stobaci editores diligenter recensitas et latine versas subjeci.

Transii deinde ad Albinum, Galeni præceptorem, secundi post Chr. n. sæculi Platonium, quem in summam gloriam venisse veteres scriptores testantur. Constat eum in optimorum Platonis interpretum numero habitum esse, magnique æstimasse antiquos ejus de rebus divinis et humanis iudicium. Jam quoniam apud veteres in honore atque in pretio fuit Albinus, credibile est, nos quoque de ejus doctrina melius existimatuos fuisse, si plura ipsius ingenii monumenta exstarent. Nunc quum ex ejus scriptis sola supersit Isagoge in Platonis dialogos, in exiguo hoc fortunæ munere facile acquiescimus. Quamquam autem commentariolum non sustinet expectationem, quam titulus ambitiosior movere legentibus possit, tamen locos quosdam minime vulgares eo contineri nemo negabit. Primus hanc Isagogen in Platonis dialogos e codice Holsteniano exscriptam in lucem protulit J. A. Fabricius a. 1707 inseruitque Bibliothecæ Græcæ volumini secundo, deinde iterum edidit J. F. Fischerus una cum Platonis Euthyphrone, Apologia Socratis, Critone et Phædone Lipsiæ anno 1783, postremo C. J. Chr. Schneiderus secundum codicem Lobcovicianum emendatam publicavit Vratislaviæ anno 1852. Hi omnes, quantum in ipsis situm erat, depravata scriptoris verba restituerunt multumque ei profuerunt. Sed requirebatur subtilior recensio, qua et lacunæ libelli explerentur et menda a viris doctis non animadversa tollerentur. Hanc igitur institui simulque totum libellum latinum feci.

Mox de Sallustio, Platonico posterioris ævi philosopho, quem Juliani imperatoris æqualem et amicum fuisse scimus, disserui. Est vero sine dubio unus ex sapientibus illorum temporum hominibus, cui merito tribuas elegantem de diis et mundo libellum. Hunc a Luca Holstenio e membranis exscriptum cum ejus annotationibus et Leonis Allatii translatione primus Romæ emisit Gabriel Naudæus anno 1630, quod exemplum repetitum est Lugduni Batavorum anno 1639. Postea Thomas Galeus eundem philosophum interposuit Opusculis mythologicis, physicis et ethicis Cantabrigiæ 1671 et Amstelodami 1688 divulgatis, gallice vertit Formejus



Berolini 1748, germanice Jo. Georg. Schultesius Turici 1779. At illi omnes Holstenii recensionem secuti verba scriptoris non expoliverunt. Verum enimvero nostra ætate multam operam Sallustio et utilem præbuit Jo. Conr. Orellius qui tum plurimis locis correctum tum suis et aliorum animadversionibus illustratum græce et latine Turici anno 1821 pervulgavit. Sed expetebatur jam accuratior Sallustianæ scriptionis editio et nova interpretatio latina, quæ Allatianam diligentia vinceret. Utramque igitur lectoribus exhibui, appositis notis, quibus partim lectionum partim decretorum fontes indicarem.

Tum de Platone ejusque discipulis et successoribus egi adjecta copiosa de Spensippi vita, scriptis atque in philosophiam meritis disputatione, propterea quod ejus fragmenta primus collegi, recensui, verti et explicui.

Post autem de Xenocrate commentatus sum, cujus vitam, mores, ingenii monumenta adumbravi, collectis, emendatis, in latinam denique linguam translatis ejus reliquiis. Præterea Crantoris Academici, nobilissimi scriptoris, memoriam renovavi, cujus de luctu liber si exstaret, sempiternum græcarum litterarum monumentum haberetur. Fuit autem libellus non magnus ille quidem, sed ut Panætio et Ciceroni, id est doctis et intelligentibus talium rerum existimatoribus, visum est, aureolus et ad verbum ediscendus. Sed quæcunque tanti viri dicta et fragmenta per antiquorum libros sparsa feruntur, undique collecta subtiliter recensui atque interpretatus sum.

Porro antequam ad Peripateticos transirem, Severi, Attici et Numenii fragmenta recognita et latine versa proposui, adjuncta de his sapientiæ doctoribus commentatione. Denique ne quid huic libro deesset, quod ad consequendam plenioris veteris sapientiæ cognitionem valeret, de Aristotele ejusque discipulis et successoribus Eudemo Rhodio, Andronico Rhodio, Aristocle Messenio, aliis uberius dixi, simulque Aristoclis locos quosdam et capita ex Eusebii Præparatione Evangelica in medium protuli atque interpretatus sum, eandemque operam post alios virorum doctorum labores Eudemo Rhodio navavi. Etenim primus Christian. Aug. Brandisius in Scholiis Aristoteleis Berolini anno 1836 vulgatis partem illius fragmentorum edidit, reliqua in tertium historiarum philosophiæ tomum anno 1860 recepit. Inchoato operi successit Leonardus Spengelius qui excussis scriniis antiquis σύνταγμα in hoc genere omnibus suis numeris et partibus expletum Berolini anno 1866 et iterum 1870 foras dedit. Qui quamvis optime de Eudemo esset meritus, tamen nihilominus totum opus retractandum suscepi.

Itaque pauca voluminum Eudemiorum capita, quæ consulto omiserat Spengelius, adjeci, verba græca correxi, depravata restitui, denique non

modo primarios Eudemi locos, sed etiam dicta Aristotelea, quæ apud Simplicium Rhodius philosophus exponit, e græco in latinum sermonem verti. Postremo Ethicorum Nicomacheorum paraphrasin, quæ Andronico Rhodio assignatur, neglectam a plerisque qui Aristotelis scripta legendo conterunt, critica subtilitate castigandam esse ratus sum. Hanc primum sine auctoris nomine Lugduni Batavorum a. 1607, deinde adjecto Andronici Rhodi nomine additaque sua translatione latina edidit Daniel Heinsius a. 1617. Nempe in codice quem pervolutaverat titulum Ἀνδρονίκου Ῥοδίου Περιπατητικοῦ φιλοσόφου non quidem omissum, sed indocti hominis manu exaratum invenerat. Jam vero ea est hujus opusculi excellentia, ut jure Andronicum ejus auctorem agnoscere queamus. Itaque etiam Heinsii industria laudata est a Casaubono (2), quod insignem paraphrasin, quæ longe præstaret Eustratio, in lucem protulisset. Quamobrem dignam duxi, quam collatis superioribus editionibus recognitam et latine versam Peripateticorum fragmentis adjicerem.

Subjuxi huic antiquitatis monumento Andronici de animi affectibus libellum, mancum illum quidem atque a librariis male habitum, sed a Daniele Heinsio ex eodem codice, qui paraphrasin continet, atque ex aliis quibusdam membranis, ut mea fert opinio, depromptum.

Ipse enim hac de re silet. Etsi vero novos lectionum fontes aperire mihi non contigit, id tamen studui, ut hanc disputatiunculam inculcatam crebris locis et relectam latineque redditam in lucem revocarem.

Ita spero fore, ut tertium quoque hujus operis volumen veteris sapientiæ studiosis probetur.

Cæterum maximis laudibus efferendus est Alfredus Firminus Didot, vir egregius, studiorum humanitatis ac litterarum fautor et antistes, qui patris vestigia persecutus Bibliothecam Græcam, amplissimum solidæ veræque gloriæ monumentum, ita instituit, ut omnis generis præstantissimorum scriptorum copia abundet.

Quartum autem volumen cum aliorum quæ feruntur philosophorum fragmenta, tum Stoicorum atque Epicureorum disputationes, quas huic tomo inserere fas mihi esse non putavi, cum indicibus rerum et verborum continebit.

Scrpsi Berolini a. d. VIII Id. Jan. a. MDCCCLXXIX.

---

(1) Vide Casauboni epist. 507 ed. Græv.



## DE EUSEBIO.

Eusebius, scriptor Ionicus, cujus plura fragmenta partim Florilegio partim Eclogis physicis et ethicis inseruit Stobæus, ab aliis alii philosophorum gregi annumeratur. Mihi videtur esse Myndius ille Platonici sectam professus, Ædesii discipulus, magicæ artis et theurgicæ contemtor, de quo mentionem facit Eunapius p. 48. (1) Arguit autem Porphyrii et ejus familiæ sectatorem non solum Justitia geniorum choro stipata Flor. XLVI, 32 (2), sed etiam vox ἄγγελος pro δαίμων adhibita Eclog. lib. II cap. VIII (3). Huc accedit magni Mercurii, id est

Hermetis Trismegisti, et reliquorum deorum tum vates tum consultor genius ibidem commemoratus (4), qui non convenit nisi in hominem ex recentiorum Platoniorum disciplina doctum. Sed cum cætera sunt egregia sapientiæ præcepta, quæ locis ejus a Stobæo servatis continentur, tum nihil præclarius illa disputatione, qua duplicem hominibus vivendi viam, alteram ad virtutis arcem ducentem, alteram ad vitium pertinentem, propositam esse docet (5). Ejus vero disputationis fons habentur Hesiodi verba Op. et D. vs. 285-290 :

(1) Eunapius vit. Soph. p. 49. (2) Eusebius apud Stobæum Flor. XLVI, 32 (fragm. 45) ἀρχὴν ἔχων μὴ ἀπομνησικᾶκε πρὸς τοὺς ἐν διχοστασίῃ σοι πρότερον γεγεννημένους. Οὐ γὰρ δίκως ἀμύνηται ἐγβροῦς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἰ ἀραιρημένος, ἀλλ' δίκως καὶ τῆς παρ' ἄλλων ἐπιβουλῆς ἀσφαλῆς καὶ ἀντιβουλεύτους φυλάξῃς τοὺς ὑπὸ σοὶ τεταγμένους, ἀλλ' δίκως τοῦ ὀρθοῦ εὐλαξέῃς ἔργα καὶ θεοῦ μεγάλης, δικαιοσύνης, ὑπερέτης τε καὶ ἐξηγητῆς. Ὡστε παρὰ τὰ αὐτῆς δοκίοντα ποιῶν καὶ αὐτῆς καταψευδόμενος, ὡς ἐς θεὸν μεγίστην ἁμαρτάνων, καὶ παρ' αὐτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτὴν τεταγμένων δαιμόνων ἐφόρων τε καὶ τιμωρῶν τὴν τῶν πειουμένων μῆνιν προσδέκεο. Similiter Porphyrius de summo Deo ac de triplici prole divina in Phil. Gr. Fragm. Vol. I p. 191 seq. Σὴ γὰρ ὑπὲρ κόσμον τε καὶ οὐρανὸν ἀσπρόντα χρυσὴ ὑπέρεκται πολλῆ αἰώνιος ἀλλή, ἥς ὑπερῴρησαι ὀρίνων φωτὶ σεαυτὸν, ἀενάοις ὀχετοῖσι τιθηνῶν νοῦν ἀτάλαντον, ὅς βα καὶ τὸδε πᾶν τεκνούμενος ἀριθτον ὕλην, ἥς γένεσις δεδούκηται, ὅτε σπε τύποισιν ἐδήσας. Ἐλεν ἐπειρεῖοις γοναὶ ἀίων μὲν ἀνάκτων ἀμφίσε, παντόκρατορ, βασιλεύτατε καὶ μόνε θνητῶν ἀθανάτων τε πάτερ μακάρων· αὶ δ' εἰσὶν ἀερθεν, ἐκ σέο μὲν γεγυῖται, ὑπ' ἀγγελίῃσι δ' ἑκαττα προσθυγενεὶ διάγουσι νόψ καὶ κέρτει τῷ σῶ. Πρὸς δ' ἔτι καὶ τρίτον ἄλλο γένος ποιήσας ἀνάκτων, οἱ δ' ἐκάς ἡμῶν ἀγνοοῖν ἀνυμνεῖοντες ἀοιδαῖς βουλομένον σ' ἐθέλοντες, ἀοιδιάουσι δέ σ' ὄδω. Τύνη δ' ἔσται πατήρ καὶ μητέρας ἀγλαῶν εἶδος καὶ τεκων τέμεν ἄνθος, ἐν εἰδεσιν εἶδος ὑπάρχων, καὶ ψυχῆ καὶ πνεύμα καὶ ἀρμονίᾳ καὶ ἀριθμός. — (3) Eusebius apud Stobæum Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63.) περὶ τῶν δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προσηρμένος ἄγγελος ἀπηγγήσεται. Hierocles aurei carminis enarrator in Phil. Græc. Vol. I p. 424 : οἱ δὴ καὶ εἰκότως ἀγαυοὶ ἥρωες λέγονται, ἀγαυοὶ μὲν ὡς ἀγαθοὶ ὄντες καὶ φωτεινοὶ αἶε καὶ μῆτ' ἐν κακίᾳ μῆτ' ἐν λήθῃ ποτὲ γινόμενοι, ἥρωες δὲ ὡς ἔρωτες τινες ὄντες καὶ ἔρωτες, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ δολικτικοὶ ἔραστοὶ τοῦ θεοῦ, ἀφροντες ἡμᾶς καὶ κουρίζοντες πρὸς τὴν θεῖαν πολιτείαν ἀπὸ τῆς ἐν γῆ διατριβῆς. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς καλεῖν ἔθος, ὡς ὄντας δαίμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θεῖων νόμων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀγγέλους ὡς ἐκτραίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐχάτων κανόνας. Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. II, 38 ἐν δὲ τούτοις [ἀγαθοῖς δαίμοσιν] ἀριθμητέον καὶ τοὺς πορθεύοντας, ὡς φησι Πλάτων, καὶ διαγγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις, τὰς μὲν παρ' ἡμῶν εὐχὰς ὡς πρὸς δικαστᾶς ἀναφέροντας τοὺς θεοὺς, τὰς δὲ ἐκείνων πα-

ραίνεσις καὶ νοουθεσίας μετὰ μαντιῶν ἐκφέροντας ἡμῖν. Iamblichus Theologum Arithm. p. 42 seq. Ast. καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ Ὀστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγθαῖς κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστρικὰς σφαῖρας, ἧσοι παρ' ὅσον τελείως ἄγονται περὶ τὸ κέντρον μόναι παρὰ τὰ σωματικὰ μεγέθη, ἢ ἀπὸ τοῦ σύμβουμοῦ πως καὶ συναγωγᾷ χρηματίζειν δογματίζεσθαι παρ' αὐτῶν τῶν φυσικῶν λόγων, ὅς ἀγγέλους κατὰ τὰ αὐτὰ καλοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, κατὰ πορέμπτωσιν δὲ τοῦ γάμμα ἐρθευμένως ἀγγέλους· διὸ καὶ τοὺς καθ' ἐκάστην τούτων τῶν ἀγγέλων ἐξάρχοντας ἀστέρας καὶ δαίμονας ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσγοροῦσθαι, ὅπερ εἰσὶν ἐπὶ τὸν ἀριθμὸν, ὥστε ἀγγελία κατὰ τοῦτο ἑτυμώτατα ἢ ἑβδομάς. Augustinus de Civ. Dei X, 9 : Porphyrius animam dicit per quodam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum et angelorum et ad videndos deos. Idem ibid. Quamquam discernat (Porphyrius) a dæmonibus angelos, æria case loca dæmonum, ætheria vel empyrea disscrens angelorum etc. Idem lib. X, 26 Nescio quomodo (quantum mihi videtur) amicis suis theurgis erubescerat Porphyrius. Nam ista utcumque sapiebat, sed contra multorum deorum cultum non libere defendebat. Et angelos quinque alios esse dicit, qui deorsum descendentes hominibus theurgicis divina prænuntiant, alios, qui in terris ea quæ patris sunt et altitudinem ejus profunditatemque declarent. Num igitur hos angelos, quorum ministerium est declarare voluntatem patris, credendum est velle nos subdī, nisi ei, cujus nobis annuntiant voluntatem? Unde optime admonet etiam ipse Platonius, imitandos eos potius, quam invocandos. Idem ibid. Jam distincti angelos, qui patris annuntiant voluntatem, ab eis angelis, qui ad theurgos homines, nescio qua deducti arte, descendunt etc. Cf. J. A. Fabricius Bibliograph. Antiquar. cap. VIII § 27 pag. 379. — (4) Eusebius apud Stobæum Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63) καὶ διὰ τοῦτο παραίνεω, θεοῦ μεγάλου Ἑρμῆω καὶ θεῶν τῶν λοιπῶν προφήτης τε καὶ σύμβουλος λόγος κτλ. — (5) Eusebius apud Stobæum Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63) θεοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ φατιζόμενα ὄψις εἰσοῦσας διατρανέας, ὁδοὶ διράσαι προκείται βίου ψυχῆσι ἀνθρώπων, ἀδαμαντίνῃ αἵμασι παχυτάτῃ καὶ ἐς πολλὸν ὕψος ἀνηκούσῃ, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος, ἀπ'

τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν εἰδέναι  
 ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.  
 Ἰγὺς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτα θεοὶ προπάροισιν ἔθικαν  
 ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,  
 καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἔκταν,  
 ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ εἴουσα.

Hanc igitur fictionem certatim inferioris ætatis  
 poetæ et philosophi exornarunt, maxime ii  
 qui allegorias tam invenire quam explicare sole-  
 rent. Vide quæ dixi ad Prodicæ fragmentum ex  
 Xenophontis Memor. lib. II, cap. I petitum. Quo

ἀλλήλων τὰ πρῶτα διεργόμενα. Καὶ ἡ μὲν αὐτέων ἐστὶ,  
 ὅκοια δὴ τὴν τιμιωτέραν τάξιν λαχοῦσα, ἐκ δεξιῆς χερσὸς  
 ἐσιόντων· αὐτὴ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῆσι ἡγέται· ἡ ἐτέρη δὲ  
 λαίη εἴουσα ἐπὶ τὴν κακίην ἐστὶ παραπέμπουσα. Φατίζονται  
 δὲ εἶναι τοιαῦτα· ἡ μὲν τῆς ἀρετῆς τὰ πρῶτα οὐκ εὐήλστα κως  
 παρέχειν δοκεῖ, οἷα τε μέντοι συνεχεῖ πόνῳ ἀνυσθῆναι·  
 ἀλλὰ καὶ τοὺς κατηγεομένους ἔχει καὶ παραπέμποντας ἀνι-  
 δύνως· τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ἐστὶ ὁδὸς ἰσθίη τε καὶ εὐρέη μέχρι  
 τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ· ἐπ' ἣν ἀνελθὼν ἐν  
 τοῖσι καλλίστοισι ἔσαι καὶ θεῶν ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν  
 καὶ τῶν εὐδαιμονεστάτων, ἀτὰρ δὴ καὶ φωτός, παντός τοῦ  
 λοιποῦ κάλλει μυρίῳ προήκοντος καὶ αὐγοειδεστάτου. Περὶ  
 δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσαν γῆν ἀναπεπταμένην αἱ πόλεις ἔσαι καὶ οἱ  
 τὴν γῆν κατοικέοντες καὶ ἐργαζόμενοι, περὶ τῶν ὡς ἑκαστα  
 ἔχει· ὁ ἐπὶ συμβουλίῃ τῶν ψυχῶν προπεμφθεὶς ἔρει λόγος.  
 Καὶ ἦδε μὲν ὡδὲ κως ἔχει· ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἀγούσα ἐστὶ  
 λειή τὰ μὲν κατ' ἀρχάς, ὡς ὀλίγου πάγχυ καὶ τούτου οὐ  
 γνησίῳ, ἀπατηλοῦ δὲ, καὶ ἐπὶ παραγωγῇ τῶν προσιόντων,  
 γεύσασθαι αὐτοὺς τοῦ ἡδέος· ὥστε καὶ μηδενὸς μετὰ ταῦτα  
 ἡγμόνος εὐρισκομένου εὐθύς ἄγει ἐς ὀδὸν σκολιῆν σκόλοπας  
 τε ἔχουσαν, οἷτινες δὴ ὄξεις, μεγάλοι καὶ πυκνοὶ καταπε-  
 πῆγασιν, καὶ χαράδρας καὶ κρημνοὺς, κατὰ κεραλῆς· ὠθέοντες  
 τοὺς κατενεθέντας ἐς αὐτὸν ποταμοῦ κάτω βορβόρον καὶ λί-  
 θους ῥέοντες· ὥστε πολλοὺς εὐθύς οὕτω διαφθείρεσθαι, οἱ δὲ  
 λοιποὶ τύχη, οὐτ' ἀρ' οἰκείη προμηθεΐη, ἐπὶ τὰς αὐτόθι  
 εἴουςας πόλεις διασκευδανύονται ἄλλοι ἄλλοσε καὶ ἐπὶ πᾶσαν  
 πολλὴν εἴουσαν τὴν χώραν, περὶ τῶν δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προσι-  
 ρημένος ἄγγελος ἀπηγγέσται. — (6) Eusebius apud Stobæum  
 Eclog. lib. II cap. VIII (fr. 63) ψυχῶν ἀνθρώπων, φύσιν  
 ἔχουσαι θνηταὶ τε εἶναι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ζωῆ μὲν τῇ ἐπὶ  
 τῆς γῆς νομιζομένη θανάτῳ ἐγκυρεύουσαι, θανάτῳ δὲ τῷ δε-  
 κέοντι αὐτόθι ζωὴν ἀπολαμβάνουσαι, ἔπειαν χρόνον τοῦ τε-  
 ταγμένου ἡμῖν ἀνυσθέντος αὐτὴς ἀπολυθῆτε σώματος τοῦ ἐν  
 τῷ αὐτόθι θανάτῳ ὑποδεξιμένου ἡμέας, διαδέχονται αὐτὴς  
 ἡμέας τρόπον τῆς ἐπὶ γῆ· ζωῆς βίῳ οἱ ὀρειλόμενοι. In ean-  
 dem sententiam Plato Gorg. p. 492 e. ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ  
 ὡς γε οὐ λέγεις, δεῖνός ὁ βίος. Οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ  
 Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων, τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ  
 ζῆν μὲν ἐστὶ καταθανεῖν, τὸ καταθανεῖν δὲ ζῆν; καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι

in genere Cebetis tabula excellit. Quid? quod  
 recentiores Platonici materiam ab aliis tractatam  
 ita denuo poliverunt, ut compilatis Platonis  
 scriniis fabulas de animorum humanorum ante  
 hanc vitam statu ex decimo de republica libro  
 vel aliunde sumtas ad eam accommodarent et  
 Platonis commentis (6) variatam refingerent.

Hujusmodi ergo sapientiæ doctor fuit Euse-  
 bius, cujus librorum reliquias post Orellium  
 Opusc. Vet. Græc. sent. et moral. Vol. II p. 362-  
 391 et Stobæi editores diligenter recensitas ac  
 latine versas jam subjiciam.

ισως τεθναμεν· ὅπερ ἦδη τοῦ ἔγωγος καὶ ἦκουσα τῶν σοφῶν,  
 ὡς νῦν ἡμεῖς τεθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς  
 δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τυγχάνει ὄντων ἀνα-  
 πείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω· ubi Scholiastes :  
 τὰ ἰαμβεῖα ἐκ τοῦ Φριζίου τοῦ δράματος Εὐριπίδου. Τίς δ'  
 οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ καταθανεῖν, τὸ καταθανεῖν δὲ ζῆν κάτω  
 νομιζέται, Eodem e Phirico versus ita profert Stobæus Flor.  
 CXX, 18 τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέλῃται θανεῖν, τὸ ζῆν  
 δὲ θνήσκειν ἐστὶ; Vid. Euripidis fragment. p. 821 ed. Wa-  
 gner. Plato Cratyl. p. 400 καὶ γὰρ σῆμά τινες φασιν αὐτὸ  
 (τὸ σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς; ὡς τεθαμμένη; ἐν τῷ νῦν πα-  
 ρόντι. Sed communis hæc multorum fuit opinio atque ab  
 antiquissimis ducta temporibus. Theodoretus Græc. Af-  
 fect. Curat. V p. 544 σύμφωνα δὲ τούτων καὶ Φιλόλαος ὁ  
 Πυθαγόρειος; ἐφη· λέγει δὲ ὧδε· μαρτυρεῖνται δὲ καὶ οἱ πα-  
 λαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διὰ τίνας τιμωρίας ἡ ψυχὴ  
 τῷ σώματι συνέλευκται καὶ καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τέ-  
 θησται; Sextus Empiricus Pyrrh. III, 230 ὁ δὲ Ἡράκλειτός  
 φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς  
 ἐστὶ καὶ ἐν τῷ τεθνήσκειν· ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν, τὰς ψυ-  
 χὰς ἡμῶν τεθνήσκειν καὶ ἐν ἡμῖν τεθάρθαι, ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀπο-  
 θνήσκωμεν, τὰς ψυχὰς ἀναθιούειν καὶ ζῆν. Clemens Alex.  
 Strom. III p. 520 τίς δὲ; οὐχὶ καὶ Ἡράκλειτος; ὄνατον τὴν  
 γένεσιν καλεῖ; Πυθαγόρας δὲ καὶ τῷ ἐν Γοργίᾳ Σωκράτει  
 ἐμπερῶς, ἐν οἷς φησι, θανάτος ἐστὶν, ὀκόσα ἐγερέθεις ὀρέο-  
 μεν· ὀκόσα δὲ εὐδοντες, ὕκνος. Philo Alleg. leg. I fin'  
 μονοῦ καὶ ὁ Ἡράκλειτος; κατὰ τοῦτο Μωυσέως ἀκολου-  
 θήσας τῷ δόγματι φησι· Ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνή-  
 καμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον· ὡς νῦν μὲν ὅτε ἐνζῶμεν τεθνη-  
 κυίας τῆς ψυχῆς; καὶ ὡς ἂν ἐν σήματι τῷ σώματι ἐντετυμ-  
 βευμένης. Hierocles in carn. aur. p. 142 διδὸ καὶ ἐπαμφο-  
 τερίζει ταῖς σχέσεσιν, ὅτε μὲν ἐκεῖ ζῶσα τὴν νοερὰν εὐζωφίαν  
 ὅτε δὲ ἐνταῦθα τὴν αἰσθητικὴν ἐμπάθειαν προσλαμβάνουσα.  
 Ἐθεὶν καὶ λέγεται ὀρθῶς ὑπὸ Ἡρακλείτου, ὅτι ζῶμεν τὸν  
 ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον Numenius  
 apud Porphyrium de Antro p. 256 ed. Cantabr. καὶ ἀλ-  
 λαχοῦ δὲ φάναι ζῆν ἡμᾶς τὸν ἐκείνων [τῶν ψυχῶν] θάνατον,  
 καὶ ζῆν ἐκείνας τὸν ἡμέτερον θάνατον. Vide Phil. Græc.  
 Fragm. Vol. I pag. 321 et 323

# ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

## EUSEBII FRAGMENTA

1. Ἐχθρὸς γενομένην μηδενός, φίλος δὲ τοῦ αἰεὶ καὶ παραμενέοντος· καὶ μήποτε μὲν διενεχθεῖν πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους, διενεχθεὶς δὲ διαλλαχθεῖν ὡς τάχιστα. Μηδενὶ ἐπιβουλεύσαιμι, ἐπιβουλεύόμενος δὲ ἄνευ ἀνάγκης τοῦ τι ἀντιδρᾶσαι ἠνήκεστον ἀπαθῆς διαφύγοιμι. Ὁργῆς κρατοῖην. Ἐρώφην καὶ ἐπιθυμίοιμι καὶ τυγχάνοιμι μούνων τῶν καλῶν, τῶν δὲ ἀπ' ἐναντίας τῆς ἐπιθυμίας, μηδὲ ἀμαρτῶν κοτε ὥστε εὐξασθαι, τύχοιμι. Βουλοίμην πάντας εὐτυχεῖν, φθονήσαιμι μηδενὶ τῶν εὐτυχεόντων. Μήκοτε τις ἐμὲ τῶν νομιζομένων παραλόγως εὖ πρήσσειν ἐκπλήξειε μηδὲ ἀνήσειε· τί γὰρ δεῖ τοῖσι παρὰ τῆς τύχης διδομένοιαι<sup>β</sup> φθονεῖν; φίλοι δὲ με καὶ οἱ κατ' ἀξίην εὐτυχεόντες εὐφραίνουσιν. Μήκοτε τῷ ἀπὸ οἰκείης γνώμης ἔχθρην κατ' ἐμέο<sup>γ</sup> ἐπανελομένῳ δυστυχῆσαντι ἐπησθεῖην. Μήκοτε συγγνοῖην ἐμευτωῖ κακοῦ τεύ τιτι αἰτίην παρασχόντι. Λαθῶν κοτε ἐμευτὸν ὡς παρὰ μέλος ἦτο τι εἶπας ἢ πράξας, μὴ περιμέναιμι τοὺς μωμησομένους καὶ ἐπιπλήξοντα· αὐτὸς δὲ ἐμευτὸν μωμησαίμην ἄχρι τοῦ ἀκέασσθαι. Εἰδεῖν γενναῖος φέρειν τὰ προσπίπτοντα, καὶ τὰ μὲν μέτρια<sup>δ</sup> ἐκδεχομένη ὥσπερ αὐτῶν ἔχει ἡ φύσις, τοῖσι<sup>ε</sup> δὲ ὑπερβάλλουσι μὴ καὶ τὸ παρ' ἐμευτοῦ

προσπιθεῖν. Εὐτυχίην εἰδεῖν φέρειν σωφρόνως. Μήκοτε ὑπὸ εὐπρηγίας ἐς ὑπερηφανίην ἀλογον ἀερθεῖν. Πλοῦτον νομίζοιμι τὸν ἀρχέοντα βίῳ τῷ σώφρονι. Ἄπαυστον καὶ ἀκόρρεστον ἐπιθυμίην χρημάτων μὲν μήκοτε σχοίην<sup>ι</sup>, μούνων δὲ τῶν<sup>κ</sup> ὠφελούντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι αἰεὶ ἐφίεσθαι<sup>λ</sup>. Νικῶν νίκην τὴν καὶ ἐμοὶ καὶ τῷ προσδιαλεγόμενῳ ἀβλαβέα. Φιλοτιμέεσθαι παρὰ καιρὸν πρὸς φίλους καὶ ἐν τῆσι<sup>μ</sup> ζητήσεσι φυλασσοίμην. Μήκοτε καὶ παρὰ τὸ ἐμοὶ δοκῶν ἐν τῆσι<sup>ν</sup> ζητήσεσι τοῦ νικᾶν ἔνεκα ἔριν ἀσπασαίμην. Μήκοτε ἐπὶ βλάβῃ τοῦ ἀληθούς καὶ ὄστε παρ' αὐτὸς οἶδα παραλογίσασθαι τὸν προσδιαλεγόμενον ἢ ἐρίσαι ἐπαρθεῖν. Τοῖσι<sup>ο</sup> τὸ ἀληθὲς λόγοισι<sup>π</sup> ξυνοιστάσσι<sup>ρ</sup> αἰεὶ<sup>σ</sup> ξυμμαχοίμην. Ἀκολάστου ἐπιθυμίας τι μήκοτε μηδὲ ἐνοηθεῖν. Ξυνεῖν αἰεὶ τοῖσι σώφροσι<sup>τ</sup>. εἴη τέ μοι αἰεὶ προσδιαλέγεσθαι, παρ' ὧν ἔστι τι πάντως ἀπελθέειν<sup>θ</sup> χρηστὸν προσλαβόντι. Μήκοτε ἐπαρθεῖν κέρδεος ἔνεκα πλημμελήσαι. Φίλους διαφερομένους καταρτίζοιμι. Φίλοις, δυνάμενος, καὶ τοῖσι δεομένοισι<sup>ι</sup> τὰ δόντα ἐπαρκέοιμι. Φίλοις ἐν κινδύνοισι καταστάτанта δυνάμενος<sup>κ</sup> ὠφελείν μήκοτε ἐγκαταλείποιμι. Φίλων ξυμφορᾶς, ἀπ' ὧν<sup>λ</sup> οἶόν τε, ἐπανορθοῦσθαι προθυμοίμην· λυπεο-

1. Nemini inimicus esse velim, amicum autem eum habere qui in amicitia etiam perpetuo mansurus sit; neque unquam dissidere a familiarissimis: sin dissidium factum sit, quam primum iis reconciliari. Nolim cuiquam insidias parare, insidiis vero petitis utinam salvus evadam, nequaquam gravissimum malum vicissim alteri asserre coactus. Utinam iram cohibeam; amem, desiderem et assequar sola bona. Quae vero sunt inhonestae cupiditatis, ea nec per errorem optanti contingere velim. Omnes quidem felicitate florere cupiam, sed illorum qui felices sunt nemini invidiam. Nunquam quisquam eorum qui fortunati temere habentur, me vel obstupesciat vel molestia afficiat. Quid enim attinet fortunae donis invidere? Amici potius me, quique pro dignitate fortuna secunda utuntur, exhilarant. Nunquam etiam ei qui sponte sua inimicitiam mecum suscepit, postquam cum fortuna adversa conflictatus est, laetus insultem. Nunquam mihi concius sim, me occasionem ullius mali cuiquam praebuisse. Si quando per imprudentiam inepte quid vel dixero vel fecero, ne exspectem, dum alii re-

prehendant et objurgent, sed ipse me potius vituperem, donec incommodo medear. Norim fortiter ferre casus, et mediocria pro re nata accipiam; quae vero modum excedunt, iis ne quid mea culpa addam, cavebo. Fortunam secundam modeste ferre sciam, ne quando ob res secundas stulta arrogantia efferar. Divitias judicem, quod satis sit vitae moderatae. Effrenata et insatiabili pecuniae cupiditate ne unquam flagrem, sed solarum quae animis prosunt disciplinarum desiderio semper agi velim. Victoriam consequar, quae et mihi et contradicenti innoxia sit. Contendere intempestive cum amicis etiam in disputationibus caveam. Porro ne unquam supra meam opinionem in disputationibus vincendi studio contentionis cupidus sim. Praeterea ne unquam veritatis damno ac secus quam ipse sentio falsa argumentatione decipere colloquentem aut saltem litigare in animum inducam. Qui veritatem dictis suis confirmant, eorum socius semper esse velim. Ne mihi ulla unquam inexplibilis cupiditas vel in mentem veniat. Converser assidue prudentibus: liceatque mihi cum his colloqui, a

μένοισι παρεὼν ἐλαφρόνοιμι ἤπιω καὶ ἀκεσίμω λόγῳ τὰς ἀνάγκας. Εἰδείην ἐμευτὸν αἰδέεσθαι. Τῶν καλῶν φιλομαθεῖν ἀσχοίμι. Ζητοῖην μὴ τὰ περισσά, ἀλλὰ περὶ ὧν ἄριστον, καὶ ἃ μαθὼν ὠφελήσοίμην. Θεοὺς τιμῶν καὶ νόμω πόλιος καὶ σπουδῇ οἰκείῃ καὶ νόμῳ εὐσεβείῃ. Αἰεὶ ἂν ἐν ἐμοὶ θυμούμενον ἡμεροῖην. Ἐθίζοιμι ἐμευτὸν ὕλω εἶναι, καὶ μὴ πρὸς τὰ πρήγματα ἔχειν δυσκόλως. Τίς πονηρὸς, καὶ τίνοι τούτων τί κοτε πέπρηκται, μὴ μέλοι μοι. <sup>α</sup> εἰδείην δὲ τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τούτους μεταδιώκοιμι. Ὀφειλοῖμι μηδενὶ μηδέν· εἰ δὲ κοτε ἔπ' ἀνάγκης μεγάλης ἐς τοῦτο κατασταλήν, γένοιτό μοι τάχιστα θλευθέρω γενέσθαι δυνήθηναί. Αἰνέοιμι τοὺς ἀγαθοὺς ἀφρόνως φιλόσογον δὲ γλώσσαν παντὸς ἀποστιγοῖην. Εἰδείην σιγᾶν, περὶ ὧν ἄμεινον.

(Stobæus Flor. I, 85. Eusebii. Scripsi : <sup>a</sup> τοῦ τι ἀντιδρᾶσαι cum Jacobsio; libri τοῦ τι ἂν δρᾶσαι. — <sup>b</sup> διδομένοισι; codd. διδομένοις vel δεδομένοισι. — <sup>c</sup> ἐμέο; codd. ἐμοῦ. — <sup>d</sup> τὰ μὲν μέτρια cum Jacobsio; libri τὰ μέτρια vel μετὰ μέτρια. — <sup>e</sup> τοῖσι; codd. τοῖς. — <sup>f</sup> σχοίην cum Meinekio; codd. ἐχοίην. — <sup>g</sup> μούνων δὲ τῶν cum Valckenario; libri μούνων θ' αὐτῶν vel μούνων θ' ἃ τῶν. — <sup>h</sup> αἰεὶ ἐφίεσθαι cum Jacobsio; membranæ ἃ δεῖ ἔσεσθαι. — <sup>i</sup> τῆσι; codd. ταῖς. — <sup>k</sup> τῆσι; codd. ταῖς. — <sup>l</sup> τοῖσι; codd. τοῖς. — <sup>m</sup> λόγοισι; codd. λόγοις. — <sup>n</sup> ξυριστᾶσι; codd. ξυριστᾶσιν. — <sup>o</sup> αἰεὶ; libri αἰεὶ. — <sup>p</sup> αἰεὶ τοῖσι σώφροσι; codd. αἰεὶ τοῖς σώφροσιν. — <sup>q</sup> ἀπελθέειν; libri ἀπελθεῖν. — <sup>r</sup> τοῖσι δεομένοισι; libri τοῖς δεομένοισι. — <sup>s</sup> κινδύνοισι; codd. κινδύνοισι. — <sup>t</sup> ἀπ' ὧν; libri ἀπ' ὧν. — <sup>u</sup> εὐσεβεί; libri εὐσεβαί. — <sup>v</sup> αἰεὶ τὸ cum Halmio; codd. αἰεὶ τὸν. — <sup>x</sup> μέλοι μοι cum Hirschigio; vulgo μέλοισι. —)

2. Ἄνθρωποι πολυμαθῆς ἔχειν δόξαν ἢ τοῦ ἀληθί-  
ζεσθαι ἔρωτα πλεῖνα ἐκτάται. Πολλοὶ γοῦν τοῖσι <sup>a</sup>  
πρὸ ἑωυτῶν ἐναντίας δόξας συστησάμενοι τὴν γνώσιν  
τοῦ ἀληθοῦς περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἀφειλοντο τῷ  
τὴν πίστιν αὐτῶν <sup>b</sup> μὴ ἐν βεβαίῳ ἐστάναι, ὅπῃ δὲ  
τοῦ ἀπὸ τῆς προτέρας δόξης περιτρεῖσθαι ἐς <sup>c</sup> τούναν-  
τιον, λόγον παρασκευάσαντες ἐν τῷ ἀσταθμητοτάτῳ  
αἰωρέεσθαι.

(Stobæus Flor. IV, 100. Eusebii. Scripsi : <sup>a</sup>  
τοῖσι; codd. τοῖς. — <sup>b</sup> αὐτῶν; codd. αὐτῶν. — <sup>c</sup>  
ἐς; codd. εἰς.)

3. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῆσι <sup>a</sup> συζητήσεσι τῶν  
πραγμάτων ὁμοίως τοῖσι ἀλόγοισι τῶν ζώων <sup>b</sup> ὥσπερ  
ἐκεῖνα μαχόμενα, οὕτω καὶ αὐτοὶ μούνου τοῦ νικᾶν  
μεταποιέονται· ὅκως δὲ (τοῦπερ χρῆ πάντα ἄνδρα  
προμηθέεσθαι καὶ λέγοντα καὶ πρήσσοντα) μὴ παρὰ  
τὸ συμφέρον καὶ σφείων αὐτῶν καὶ τῶν παρεόντων,  
καὶ ὥστε μὴ τὸ ἀληθὲς αὐτὸ βλάψαι, οὐκέτι λόγον  
τούτου ποιεῖνται.

(Stobæus Flor. IV, 101 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : <sup>a</sup>  
τῆσι; codd. ταῖσι — <sup>b</sup> ἀλόγοισι τῶν ζώων; codd.  
ἀλόγοις τῶν ζώων. —)

4. Ἄνθρώποισι <sup>a</sup> ἔριδες προσφιλέες, καὶ τοῦ περὶ  
παντὸς τοῦ προτεθέντος ἀντιλέγοντας ἐθέλειν κρατεῖν  
ἄπλετος καὶ ἄλογος ἐπιθυμίῃ· ὅκως <sup>b</sup> πολλοὶ οὐκ αἰ-  
δέονται <sup>c</sup> καὶ κατὰ τῶν σπουδαιωτάτων καὶ τῶν οὐ  
χρῆ τῷ χεῖρονι λόγῳ νικᾶν, νικῶντες ἀξίην κεκλη-  
σθαι νίκην Καδμητῆν <sup>d</sup>.

(Stobæus Flor. IV, 102 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : )  
ἀνθρώποισι; codd. ἀνθρώποισιν. — <sup>b</sup> ὅκως; codd.  
ὅπως. — <sup>c</sup> οὐκ αἰδέονται cum Jacobsio in Addit.  
ad Athenæum pag. 186; libri οὐτε δέονται. — <sup>d</sup>  
νίκη Καδμητῆν dicitur victoria ipsis victoribus  
damnosa. Vid. Zenob. Proverb. Centur. IV, 45

quibus insuper omnino aliquid boni adeptus discedam. Nunquam adducar, ut lucri causa peccem. Amicos disidentes reconciliem. Amicis, si queam, et indigentibus necessaria suppeditem. Amicos in periculo versantes, si queam juvare, nunquam deseram. Amicorum calamitates, quibuscunque rebus fieri potest, levare studcam. Dolentibus conversans leni et benigna oratione eorum merorem minuam. Norim me ipsum vereri. Rerum honestarum studia colam. Quæram non supervacanea, sed ea de quibus optime habeatur quæstio et quæ percepta mihi prodesse poterunt. Deos venerer et ritu civilatis et propria diligentia et mente pia. Semper iram meam placabo. Assuescam comitati facilitæque, ita ut res nequaquam iniquo animo feram. Quis malus sit et quid tandem ab horum quovis patratum sit, ne curem; norim autem bonos eosque secter. Ne cui quid debeam: sed si quando fatali necessitate coactus eo descendam, contingat mihi, ut citissime queam liberari. Laudem bonos copiose: maledicam autem linguam cujus-

vis oderim. Tacere sciam, de quibus tacere satius est.

2. Homines multa potius scire videri, quam veraces esse cupiunt. Multi igitur, dum in medio ponunt sententias veteribus contrarias, veri perspicentiam in rebus maxime necessariis tollunt, ita ut earum fides haudquam certa sit, sed quoniam ex antiqua persuasionem in contrariam mutatur, verbis ad illum finem accommodatis, instabili volutatione pendeat.

3. Multi homines in rerum investigatione haud secus ac bruta animalia pugnantem sibi victoriam asserunt: ne quid autem (quod unumquemque in dictis et factis curare oportet) præter utilitatem tum suam tum præsentium hominum accidat, neve veritas ipsa infringatur, ejus rei nequaquam rationem habent.

4. Gratæ sunt hominibus contentiones et omni rei propositæ contradicentibus immensa atque insana vincendi cupiditas; quoniam multi non verentur etiam in rebus gravissimis, in quibus deteriorem sententiam superare non convenit, victoriam, ut dicitur, vere Cadmeam referre.

et Erasm. Adag. Chil. II Centur. VIII, 34. —

5. Ἄνθρωποι τοὺς μὲν παρὰ φύσιν καὶ ἐν τεράτων λόγῳ ζόντας ἀσπάζονται, καὶ μεγάλων χρημάτων ὠνεόμενοι ὡς ἐπὶ μεγίστῳ κτήματι χαίρουσι καὶ μεγαλοφρονούνται, περὶ δὲ τὰ σπουδαιότατα καὶ τὰ μικρὰ ἄχθονται ἀναλίσκοντες.

(Stobæus Flor. IV, 103 τοῦ αὐτοῦ. Noli spondaiotata in spondaiotata mutare, quod legitur in fragm. 4, quum Herodotus quoque utramque formam usurpet. Obversantur autem Eusebio inprimis nani sive pumili quos multis veterum in deliciis fuisse notum est. Vid. Casaubon. ad Suet. August. cap. 83.)

6. Οἱ πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων περὶ πάντα τὰ λοιπὰ φειδωλοὺς σφέας παρεχόμενοι καὶ εἰ δαπανοῖεν ἀσχάλλοντες, ἔπερ τοῦ παρὰ τῶν δῆμων κροτηθῆναι καὶ τὰ ἐόντα σφι πάντα ἡδέως προίενται.

(Stobæus Flor. IV, 104 τοῦ αὐτοῦ.)

7. Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς μὲν μεγάλα χρήματα ἔχοντας καὶ φαύλους ζόντας τιμῶσι τε καὶ τεθωμάσασιν, τῶν δὲ σπουδαίων ἐπειδὴν ἀχρηματιῆν καταγῶσι, ὑπερφρονέουσι.

(Stobæus Flor. IV, 105 et Maximus serm. de divitiis et paupertate p. 159. Scripsi καταγῶσι; libri καταγῶσιν.)

8. Τῶν τῆσι αἰσχροῖσι ἐπιθυμίῃσι <sup>a</sup> ἐπιχειροῦντων ἐλεύθερον μὴδένα νόμιζε· τῶν γὰρ τοὺς τῆ τύχῃ δούλους κεκτημένων πολὺ βαρυτέροις <sup>b</sup> οὗτοι δεσπότησι <sup>c</sup> τοῖσι <sup>d</sup> καταναγκάζουσι πάντα δουλεύουσι. <sup>e</sup>)

(Stobæus Flor. VI, 13 Εὐσεβίου. Scripsi : τῆσι αἰσχροῖσι ἐπιθυμίῃσι; codd. ταῖς αἰσχροῖς ἐπιθυμίαις. — <sup>b</sup> βαρυτέροις; codd. βαρυτέροις. — <sup>c</sup> δεσπότησι; libri δεσπότης. — <sup>d</sup> τοῖσι; codd. τοῖς. — <sup>e</sup> πάντα δουλεύουσι; codd. ταῦτα δουλεύουσιν. —)

9. Γαστριμαργίῃ σῶμα πιαίνει, ἀλογίῃ ἀείρει, ψυχῆς δὲ τὸ κάλλιστον λογισμὸν κοιμίζει.

(Stobæus Flor. VI, 14 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi τὸ ἐ Gesneri conjectura; codd. τὸν. —)

10. Ψυχῆ σῶμα ἀνθρώπου ἔδωσαν οἱ θεοί, ὥστε τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα ὑπηρετέσθαι. Οἱ δὲ πολλοὶ τὸ ἔμπαλιν ποιεῖουσι, σώματι πρὸς πάντα καὶ ἐς μῦνα τὰ ἐκείνου ὑπουργήματα τὸ κρέσσον τῶ χειρόνι καὶ θνητῶ ἀθάνατον ψυχὴν καταδουλοῦμενοι.

(Stobæus Flor. VI, 15 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi καταδουλοῦμενοι ex Damasceno; vulgo καταδουλεύομενοι. —)

11. Ἀκολασίῃ ψυχὴν λυμαίνεται καὶ σῶμα διαφθείρει, τόπερ ἔνεκα τῆς ἡδονῆς, καὶ ὥστε αὐτῷ χαρίζεσθαι, τὸν ἔχοντά μιν καταναγκάσει τὰ αἰσχίστα πάντα ποιέειν.

(Stobæus Flor. VI, 16 τοῦ αὐτοῦ.)

12. Ἀκολασίῃ ψυχὴν ὥσπερ νῆα ἄνεμοι ὑπολαβόντες τῆδε καὶ τῆδε φορέοντες συγκλονέουσι καὶ ἀπειθέα ποιεῖουσι τῷ κυβερνήτῃ· οὕτω καὶ ψυχὴν δονέουσα καὶ ἀπειθέα νόμῳ εἶναι καταναγκάζουσα εἰρηνεύειν καὶ ἐν τῷ εὐδίῳ καὶ ἀσφαλεστάτῳ ἡρμῆσιν οὐ ζυγῶρει.

(Stobæus Flor. VI, 17 τοῦ αὐτοῦ.)

13. Φιλοχρηματιῆ τῷ κτήσασθαι εὐρέειν ἀρκέοντα οὐρον οὐκ οἶδε.

(Stobæus Flor. X, 28 Εὐσεβίου. Scripsi εὐρέειν; codd. εὐρεῖν.)

14. Φιλοχρηματιῆν ἐπ' ἡμέρῃ <sup>a</sup> ἐκάστη ἐπιβρέων πλοῦτος οὐκ ἴσθησι <sup>b</sup>, ὥσπερ οὐδὲ πυρκαϊῆν ἕλη ἐπιβαλλομένη· ἐπιγινόμενος <sup>c</sup> δ' αἰεὶ <sup>d</sup> τοῦ πλεῦνος <sup>e</sup> τὴν ἐπιθυμίην <sup>f</sup> ἐξάπτει μεζόνως <sup>g</sup>. Νόος δὲ μῦνος παραστάς καὶ τοῦτο οἶδε <sup>h</sup> ἀκέεσθαι.

(Stobæus Flor. X, 29 Εὐσεβίου. Scripsi : <sup>a</sup> ἐπ' ἡμέρῃ; codd. ἐφ' ἡμέρῃ. — <sup>b</sup> οὐκ ἴσθησι; codd. οὐκ ἴσθησι. — <sup>c</sup> ἐπιγινόμενος; codd. ἐπιγινόμενος. — <sup>d</sup>

5. Homines eos, qui præter naturam et monstros sunt, amplectuntur, iisque grandi pretio comparatis, tanquam maxima possessione gaudent ac superbiunt, in res serias autem et magnopere expetendas quamvis exiguum sumtum facere gravantur.

6. Homines plerique in reliquis rebus omnibus parsimoniam adhibent, ac si pecuniam in eas impenderint, indignantur; ad plausum vero popularem ferendum etiam bona sua omnia libenter profundunt.

7. Homines vani et inepti prædivites quidem quamvis malos colunt et admirantur: bonos vero, simul atque inopes esse animadvertent, illico contemnunt.

8. Eorum qui fœdis voluptatibus dediti sunt nonli quemquam liberum existimare. Hi enim multo sævioribus dominis, quam sint, qui fortuna servos possident, cogentibus omnia, serviunt.

9. Edacitas corpus pinguefacit, stuporem affert, animi vero optimam partem rationem sopit.

10. Animo corpus hominis dii dederunt, ut ipsi anima corpus serviret. Plerique autem contra faciunt, corpori ad omnia, etiam sola ejus ministeria, meliorem naturam deteriori et mortali immortalem animum subjicientes.

11. Intemperantia animum corrumpit et corpus perdit, quod voluptatis gratia atque ut ipsi morem geret, cogit illum a quo habetur turpissime quæque facere.

12. Quemadmodum venti navem correptam huc illuc ferentes concutunt et non obsequentem efficiunt gubernatori: sic etiam animum agitant et menti non obedientem esse cogens intemperantia pœce uti atque in portu velut tranquillo et tutissimo esse non sinit.

13. Avaritia quærondæ pecuniæ finem sufficientem reperire nescit.

14. Avaritiam quotidie affluentes divitiæ non explent, ut neque rogam ardenter iniecta materia. Quin accedentes semper opes majorum cupiditatem magis inflammant. Sola vero mens, si præsto sit, huic quoque malo mederi potest.



αἰεὶ; codd. αἰε. — <sup>ο</sup> τοῦ πλεῦνος; codd. ἐς τοῦ πλεῦ-  
νος. — <sup>ι</sup> ἐπιθυμῆν; libri ἐπιθυμίαν. — <sup>ε</sup> μεζόνως;  
codd. μεζόνως. — <sup>β</sup> οἶδε; codd. οἶδεν. —

15. Φιλοχρηματὴν λόγον τὰ κτώμενα ἀποβαλλόμενα  
μᾶλλον ἢ ἀνύσει <sup>α</sup> ἢ δ' ἐπ' ἑκάστη <sup>β</sup> ἡμέρῃ  
πλοῦτος ἀπλετος ἐπιγιγνόμενος <sup>ο</sup>.

(Stobæus Flor. X, 30 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi <sup>α</sup> ἢ  
ἀνύσει; codices ἀνύσειεν. — <sup>β</sup> ἢ δ' ἐπ' ἑκάστη;  
codd. ἢ δ' ἐπ' ἑκάστη. — <sup>ο</sup> ἐπιγιγνόμενος; membranæ  
ἐπιγιγνόμενος.)

16. Τὸ οἰκονομεῖν τὰ παρεόντα ἀνδρὸς προνοῦ· τὸ  
δὲ μὴ δ' ὄλως ἐθέλειν ἐς τι τῶν δεόντων χρέεσθαι οὐ  
δεσπότες τῶν κτηθέντων, καταδεδουλευμένου δὲ ἑωυ-  
τῶν τῶν χρημάτων ἐστὶ τῇ κτήσι.

(Stobæus Flor. X, 31-32. τοῦ αὐτοῦ. Conjunxi  
utrumque fragmentum receptis Halmii emenda-  
tionibus. Antea enim locus sic edebatur : τὸ οἰ-  
κονομεῖν τὰ παρεόντα ἀνδρὸς προνοῦ, τὸ δὲ μὴ δ'  
ὄλως ἐθέλειν ἐστὶ τῶν δεόντων χρέεσθαι. Οὐδέποτε  
τῶν κτηθέντων, καταδεδουλευμένου δὲ ἑωυτῶν τῶν  
χρημάτων τῇ κτήσει. Præterea pro κτήσει posui  
κτήσι. —)

17. Οἱ πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων παρὰ λόγον φειδόμε-  
νοι ἀξιεῦσι πολυχρήματοι πεπιστευμένοι ἡλίθιοι καὶ  
σκαιοὶ νομίζεσθαι ἢ περὶ τὰ δεῖ ἀναλίσκοντες δεξιοὶ  
κεκλήσθαι.

(Stobæus Flor. X, 33. Scripsi φειδόμενοι;  
vulgo φιλεύμενοι. Neque enim cum Valckenario ad  
Herodot. lib. VIII cap. 10 reponendum φειδεύ-  
μενοι, quod non est ionicum. —)

18. Πλούσιον γρη νομίζειν τὸν ἡγεόμενον ἔχειν τὰ  
ἀρκέοντα· τὸν δὲ αἰεὶ <sup>α</sup> ἐπιθυμύοντα προσκτήσασθαι  
καὶ πληθῶρην μηδέποτε <sup>β</sup> τοῦ πλοῦτου <sup>ο</sup> λαμβάνοντα,  
καὶ εἰ Μίδω <sup>α</sup> πλουτεῖο μᾶλλον, πένητα καλέω καὶ  
Ἴρου τὴν <sup>ο</sup> ἐκείνος ἐξ ἀνάγκης εἶχε τύχην <sup>ι</sup> κεκτῆσθαι  
λέγω <sup>ε</sup>.

(Stobæus Flor. X, 36 Εὐσεβίου. Scripsi : <sup>α</sup> αἰεὶ;  
codd. αἰε. — <sup>β</sup> μηδέποτε; codd. μηδέποτε. — <sup>ο</sup> τοῦ  
πλοῦτου cum Jacobsio; vulgo τοῦ τοιούτου. — <sup>α</sup>  
Μίδω; libri Μίδου. — <sup>ο</sup> τὴν; codd. ἦν. — <sup>ι</sup> τύχην  
cum Valckenario; libri ψυχὴν. — <sup>ε</sup> λέγω addidi  
e Meinekii conjectura; vulgo desideratur. —

19. Ἀληθῆν <sup>α</sup> νόος ἀσπάζεται καὶ αἰεὶ <sup>β</sup> αὐτῇ συν-  
οικεῖ· ἔων δὲ ἐν τοῖσι <sup>ο</sup> ἑωυτοῦ ἀψευδέστατος, ὅμως  
ἔστιν ὅτε καὶ ψεῦδος ἀγαθῶ κεράσας παρέχεται ἐπ'  
ὤφελίη ἀνθρώπων τῶν τούτου χρηζόντων <sup>α</sup> καὶ ἐπὶ  
χρηστῶ τῶ σφετέρῳ παραλοισθησομένων πρὸς αὐτοῦ.  
Τότε γὰρ δὴ μούνον καὶ οὐκοτε ἄλλοτε νόος, καὶ ἐν  
καιρῶ τῶ αὐτὸς οἶδε, πάντα τάλλα ψεύδεα ἀποστύ-  
γείων, ψεῦδος τὸ τοιοῦτον εἰσφέρεται, ἀπὸ τῆς τῶν  
λοιπῶν ἀπάντων ψευδέων φύσις ἐς <sup>ο</sup> ἄλλο εἶδος μετα-  
ληφθὲν χρησιμώτατον τέχνη καὶ σοφίη αὐτοῦ τοῦ νόου  
τοῦ φαῦλον πρῆγμα ἐς τοῦτο μετακοσμήσαντος.

(Stobæus Flor. XI, 21. Scripsi <sup>α</sup> ἀληθῆν;  
codd. ἀληθειήν. — <sup>β</sup> αἰεὶ; codd. αἰε — <sup>ο</sup> τοῖσι;  
libri τοῖς. — <sup>α</sup> χρηζόντων; codd. χρηζόντων. — <sup>ο</sup>  
ἐς; libri εἰς. —

20. Ψεύδεσθαι ἐν πόλι <sup>α</sup> μὴδὲ εἰς νόμος ξυγχα-  
ρεῖτω μὴδενί, <sup>β</sup> μὴδενὸς πλὴν τοῦ φιλαλήθεος καὶ  
νοήμονος ἐπισταμένου τε ὁκότε καὶ ὄλως ὤφελίη <sup>ο</sup> ψεύ-  
δος· τῆς δὲ ἀπὸ τούτου γινομένης χρείης ἀναγκαίη <sup>α</sup>  
καὶ τοῦτο ποιεῖν.

(Stobæus Flor. XI, 22 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : <sup>α</sup>  
πόλι; codd. πόλει. — <sup>β</sup> μὴδενί, μὴδενὸς cum Jacob-  
sio in Lectt. Stob. p. 61; libri μὴδενί — <sup>ο</sup> ὤφελίη  
cum Meinekio; codd. οὐ φιλή. — <sup>α</sup> ἀναγκαίη cum  
Kœnio ad Greg. Cor. p. 393. —

21. Παρῆρησι ἀπὸ γνώμης ἐλευθέρης καὶ ἀληθῆν <sup>α</sup>  
ἀσπαζομένης προέρχεται· παρέξει δὲ αὐτὴν ἀμώμη-  
τον οὐ τῶ πᾶσι καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπιτιμᾶν καὶ λοιδορέε-  
σθαι, νομίζων τοῦτο εἶναι τὴν παρῆρησίν· ἄλλ' εἰ πρὸς  
οὐς δεῖ καὶ ὑπὲρ τίνων γρη καὶ ἐν ᾧ γρη μετὰ τοῦ

15. Avaritiam hiantem citius consument abjectæ res  
partæ, quam crescentes quotidie opes immensæ.

16. Præsentia rite componere viri est providi : at  
prorsus nolle iis ad ullam rem necessariam uti non do-  
mini est honorum partorum, sed hominis pecuniæ qua-  
stui tantum dediti.

17. Homines plerique præter rationem parci, modo  
pecuniosi habeantur, stulti ac dementes judicari malunt,  
quam pecuniam in res necessarias impendendo sollertes  
nominari.

18. Ille dives existimandus est, qui quod satis est  
habere sibi videtur. Eum vero qui semper majorem  
pecuniam sibi facere concupiscit neque unquam acqui-  
rendi satietatem capit, etiamsi Mida fuerit opulentior,  
pauperem dico et qua sorte necessario Irus contentus  
vivebat, eandem ipsum tenere.

19. Mens veritatem amplectitur, et semper cum ipsa

versatur. Sed quamvis in rebus suis nequaquam men-  
dax sit, tamen interdum bono mixtum mendacium ad  
hominum eo indigentium utilitatem profert, qui quidem  
sane sui ipsorum commodi causa mendacio isto deci-  
piendi sunt. Tunc enim solum nec unquam alias mens,  
quum tempus opportunum esse scit, abhorrens interim  
ab omnibus aliis mendaciis, tale quoddam mendacium  
ingerit, e reliquorum omnium mendaciorum natura in  
aliam eamque utilissimam speciem mutatum arte sapien-  
tiæque ipsius, utpote rem malam in eam formam redi-  
gentis.

20. In civitate mentiri nulla lex cuiquam permittere  
debet, quum nemo nisi vir veritatis studiosus et prudens  
noverit, quando et quomodo mendacia prosint : ob uti-  
litatem vero, quam illa res præbet, fieri etiam eam ne-  
cesse est.

21. Lihior sermo ab animo ingenio et veritatis stu-

χρησίμου περὶ τῶν παρισταμένων ξὺν νόμῳ προσδι-  
λέγοιο.

(Stobæus Flor. XIII, 44 Εὐσεβίου. Scripsi :  
ἀληθῆτην; codd. ἀληθείην. — <sup>b</sup> περὶ τῶν παριστα-  
μένων cum Gesnero in margine; codd. τῶν πα-  
ρισταμένων. —

21. Ἐχθρὸς τάληθέα εἰπὼν τοῦ προσποιημένου φι-  
λου πρὸς χάριν εἰπόντος πάντα αἰρετώτερος.

(Stobæus Flor. XIII, 45 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi e  
Jacobsii conjectura πάντα pro vulgato παντὸς vel  
πάντως.)

23. Ἄνθρωποι μεγάλα ἔχον χρήματα ἀποτεθησαυρι-  
σμένα, ἔπειτα γνώμη τῆ ἐσωτοῦ <sup>a</sup> ἐς μηδὲν τῶν δεόν-  
nem lib. III, 56 affirmat, Platonem libros suos ita dedisse foras, ut tragicorum poetarum tetralogias imitaretur, vel ut verba græca ponam : Θρασύλλος δὲ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους (34). Thrasyllus igitur opinabatur, quemadmodum tragici Græcorum poetæ in publicis ludis ac certaminibus de palma inter sese certantes compositis quatuor fabulis in publicum prodire solebant, sic Platonem non singulos, sed quaternos dialogos argumento plerumque cohærentes emisisse. Atqui si eodem Diogene (35) auctore nonnulli, in quibus Aristophanes grammaticus fuit, dialogos Platonicos magnam partem (36) in trilogias descripserunt a republica incipientes, ex qua cum Timæo et Critia prima classis constaret, alii contra mutato ordine ac diversissimis rationibus operum Platoniorum classes constituerunt, hoc inter cæteros et Thrasyllum interesse iudicandum est, quod cæteri quidem ad libidinem aliter atque aliter vel ipsius materiæ, vel rerum tractationis, vel scribendi generis habita ratione Platonis scripta distribuerunt, hic autem singulis quas condidisse fertur classibus quatuor assignans dialogos ipsumque Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν publicasse contendens, non tam novi quid invenit, quam quod a veteribus acceperat intactum reliquit. Neque

num sinum equis discursurum. Notandum vero, Thrasyllum proximo ante Tiberii obitum anno Tauro et Libone Coss. debitum naturæ reddidisse, quum fatalem sibi horam ex astris auguratus esset. Dio Cassius LVIII, 27 τότε μὲν γὰρ ὁ Θράσυλλος, τῷ δ' ἐπιόντι ἦρι ἐκείνος ἐπὶ τὴν Ἰναίου Ἰβρίλου καὶ ἐπὶ Ποντίου Νιγρίνου ὑπᾶτων ἐτελεύτησε. Idem Tacito et Suetonio consentanea refert lib. LV, 11 αὐτὸς τε γὰρ ἐμπειροτάτος τῆς διὰ τῶν ἀστρῶν μαντικῆς ἄν καὶ Θράσυλλον ἀνδρὰ πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων, πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις πεπωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο καὶ λόγος ἔχει, ὅτι μάλιστα ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ ταίχους, ἐπεὶ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενοεῖ συνῆδει, ὥσιν, ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπώσαντα, ἤρετο διὰ τί συννεόφην, εἰπόντος δὲ κινδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας οὐδέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. Οὕτω γὰρ πού πάντα ἐκείνος σαφῶς ᾔδει, ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς εἰς Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρὰ τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον, πόρρωθεν κατιδὼν προσπλέον προειπεῖν αὐτῷ ὃ ἀγγέλλειν ἐμαλλεν. Cf. Cramerii Anecd. Par. T. II p. 277. Ejusdem Thrasylli filium Neronis imperium prædixisse Tacitus narrat Annal. VI, 22. Nominis varia scriptura apud Græcos est. A Latinis constanter Thrasyllus appellatur. Adde locis supra allatis hunc Juvenalis versum Sat. VI, 575 : Non ibit pariter numeris revocata Thrasylli. Græcæ autem quæ Θράσυλλος dicitur, eundem licet Θρασύλον vocare et Θρασύλαον. Vide C. Keilium doctissime de hoc nominum genere disserentem in spec. onomatolog. gr (Lipsiæ 1840) pag. 68 et quos ibi excitat veterum scriptorum explicationes. Nam, ut unum hujusmodi nomen præterea proferam, notissimæ sunt variæ ejusdem vo-

cabuli formæ Βάθυλλος, Βαθύλος, Βαθύλαος. Cf. Demosth. πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικῆς μπερῆας pag. 1009, 26 Steph. (pag. 265 ed. Bekker). Anthol. Pal. 7, 80. Athen. I p. 20. D. Alciph. III, 68, 6. Hinc efficitur, errasse Huebnerum qui in Diogenis Laertii editione ubique scripsit Θρασύλλος pro Θράσυλλος, sicut Ambrosiana Diogenis translatione laudatoque Boissonadio ad Aristoneti epist. p. 441. Vide ejus adn. ad Diog. lib. III, 1; IX, 41, ubi codd. Θράσυλλος; habent, et ad III, 56 ubi cunctas membranas in scriptura Θρασύλαος consentiunt. — (32) Vid. Phil. Gr. Fragni. Vol. I pag. 337. — (33) Democriti Abderitis fragm. p. 10-24, 54 seqq. — (34) Bæckhiius Ind. lectt. Berol. 1841, 42 pag. 4 : « ἐκδοῦναι αὐτὸν, inquit, refertur ad Platonem; Thrasyllus tamen hæc de se, non de Platone dixerat; ipse enim Thrasyllus hunc instituerat dialogorum ordinem. » Sed hæc explicatio grammaticæ legibus repugnat, nisi forte scriptor inepte locutus est. Vid. Matthiæ Gramm. gr. § 538. not. — (35) Diogenes Laertius lib. III, 61 : ἐνιοὶ δὲ, ἄν ἐστὶ καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς, εἰς τριλογίας ἔλκουσι τοὺς διαλόγους. Καὶ πρώτῃν μὲν τιθέασιν, ἣς ἡγεῖται Πολιτεία, Τίμαιος, Κριτία; δευτέραν, Σοφιστής, Πολιτικός, Κρατύλος, τρίτην, Νόμοι, Μένων, Ἐπινομίς, τετάρτην, Θεαίτητος, Εὐθύφρων, Ἀπολογία; πέμπτην, Κρίτων, Φαίδων, Ἐπιστολαί; τὰ δ' ἄλλα καθ' ἑν καὶ ἀτάκτως. Ἀρχονται δὲ οἱ μὲν ὡς προείρηται ἀπὸ τῆς Πολιτείας οἱ δ' ἀπὸ Ἀλικιανθοῦ τοῦ μείζονος οἱ δ' ἀπὸ Θεαίου; ἐνιοὶ δὲ Εὐθύφρωνος; ἄλλοι Κλειτοφῶντος; τινὲς Τιμαίου; οἱ δ' ἀπὸ Φαίδρου; ἕτεροι Θεαιτήτου; πολλοὶ δὲ Ἀπολογίαν τὴν ἀρχὴν ποιοῦνται. — (36) Non omnes Platonis libros hæc lege diviserunt, sed quum quindecim ejus volumina quinque trilogias complexi essent, reliquas

enim dubium est, quin multi alii eandem dividendorum Platonis operum viam rationemque probarint. Nam etiamsi Diogenes (37) ait, a Thrasylo primam ob argumenti similitudinem eam poni tetralogiam, qua ostendere velit, qualis philosophi vita esse debeat, atque idcirco Thrasyllus videri potest non servasse receptum dialogorum ordinem, sed quodammodo mutasse, tamen e verbis, quæ lib. III, 61 indici librorum Platoniorum ad Thrasyllum auctorem relato subjungit, καὶ οὗτος μὲν οὕτω διαίρει, καὶ τινες atque is quidem sic dividit et (alii) quidam (pari modo distribuunt), cogi oportet, præter Thrasyllum alios quoque eodem modo libros Platonicos ordinasse. Huc accedit gravissima Varronis auctoritas, qui de ling. lat. lib. VII, 37 Phædonem spectans citat Platonem in quarto (38). Est autem in Thrasylli classibus Phædon quartus primæ tetralogiæ dialogus. Inde probabilis ducitur conjectura, Platonis librorum ordinem qui Thrasylo tribuitur, et qui nunc quoque in plerisque codd. manu exaratis reperitur, jam ante Thrasyllum non tantum Varroni, sed omnibus fuisse notum, ita ut solus librorum numerus ad designandos singulos dialogos sufficeret. Jam si recte argumentamur, cum ea quam modo pronuntiavimus sententia fortasse sic conjungi potest quod memoriæ prodit Thrasyllus, Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν foras dedisse, ut dicamus Thrasyllum, quem a veteribus accepisset, a Platone nonnullos dialogos κατὰ τετραλογίαν divulgatos esse, quumque eum quem Varro et reliqui omnes noverant dialogorum Platoniorum ordinem in membranarum invenisset, hac servata librorum serie suas tetralogias constituisse. In his tetralogiis negari nequit quin quædam sint Platone non indignæ, veluti prima et secunda, quarum illa ex Euthyphrone, Apologia Socratis, Critone et Phædone composita est, hæc ex Cratylo, Theæteto, Sophista et Politico constat; sed plerasque omnes minus

bene materiæ similitudine esse partas, quasdam etiam vix ferendas videri, perspicuum est. Sed enim, si primam tetralogiam cum secunda comparamus, jam hæc nascitur difficultas, quod Cratylus et Theætetus temporis ordine Euthyphronem præcedunt, id quod facile est ad intelligendum Cratyli finem cum Theæteti argumento, ac Theæteti finem cum Euthyphronis initio conferenti. Neque vero diffiteor, referri Theætetum ad Sophistam, omninoque, si unius materiæ, non temporis ducatur ratio, Cratylum, Theætetum, Sophistam et Politicum justam haberi posse tetralogiam. Quodsi Thrasylli tetralogiæ unam nobis hanc utilitatem afferunt, quod nunc quoque videmus, quo ordine jam ante ipsius ætatem Platonis scripta in vulgatis exemplaribus fuerint, quæritur, unde ortus sit hic ordo quo in universum non minus temporis quam materiæ ratio negligitur. Hujus originem inde repetendam reor, quod Plato quem verisimile est ante Socratis mortem et majora quæsuscepit itinera, nihil quod litteris consignasset, emisisset, forsitan omnium prima ingenii sui monumenta junctim ediderit Euthyphronem, Socratis Apologiam, Critonem et Phædonem, ut gratissimum erga præceptoris manes animum testificaretur, neve posteras gentes (æquales enim omnes sciebant) ignorare sineret, quæ causa mortis et qualis ipsa mors Socratis fuisset. Quæ res nescio an effecerit, ut, quoniam primi, quos Platonem edidisse opinor, dialogi numero quattuor sunt, quumque fieri queat, ut postea quoque aliquando quattuor dialogos una vulgaverit, incertus rumor ad posteros serperet, Platonem opera sua omnia κατὰ τετραλογίαν in lucem protulisse. Enimvero huic opinioni non obstat, quod inter Platonicos qui exstant dialogos nonnulli reperiantur longe illis quattuor et rudiores et imperfectiores, quos ante illos a philosopho scripto mandatos esse a verisimilitudine non abhorret, et quod multi tam argumento quam tempore

scripta sine ordine posuerunt. — (37) Diogenes Laertius lib. III, 57 : πρώτην μὲν ὄν τετραλογίαν τίθησι τὴν κοινὴν ὑπόθεσιν ἔχουσαν· παραδείξει γὰρ βούλεται, ὁποῖος ἂν εἴη ὁ τοῦ φιλοσόφου βίος. — (38) Optimi codd. locum sic exhibent : *Plato in quarto de fluminibus apud inferos quæ sint, de his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo græca.* In nonnullis legitur : *Plato in 1111 de fl. etc.* Muellerus e Scioppii conjectura edidit : « *Plato in quattuor fluminibus apud inferos quæ sint, in his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo græca,* » testem adhibens Platonem Phædone p. 112 multa fabulose de quattuor illis fluminibus narrantem. At vereor, ne Muellerus Platonem ipsum hic non inspererit, neve cum Scioppio initium quod integrum est, male tentaverit, haud levi mendo in mediis verbis re-

licto. Nimirum quattuor illa flumina apud Platonem I. c. sunt Oceanus, Acheron, Pyriphlegethon et Styx sive Cocytus. Ait enim scriptor, ut bene Wytttenbachius interpretatur, postremum cognominari (ἐπωνομάζεσθαι) Stygem, proprium autem ei nomen esse (ὄνομα δὲ τούτων ἐστὶ) Cocytum. Tartarum vero Plato perhibet esse hiatum, in quem fluvii omnes confluant et unde rursus effluant (εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συμβρέουσι τε πάντες οἱ ποταμοὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἐκρέουσι). Itaque Varronis verba in hunc modum emendo : *Plato in quarto de fluminibus apud inferos loquens hiatum, in quem se effundunt, Tartarum appellat; quare Tartari origo græca.*

(38) Diogenes Laertius lib. III, 57 εἰσι τοίνυν, φησὶν (ὁ Θράσυλλος), οἱ πάντες αὐτῶν γνήσιοι διάλογοι ἔξ καὶ πενήτηκοντα, τῆς μὲν πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης, τῶν δὲ

illas quattuor scriptiones prægrediuntur. Neque enim necesse est, quæ colloquia sive tempore prius quam alia vel a Platone perscripta vel ab iis qui colloquentes inducuntur conserta sive argumento aliis sunt priora, ea etiam ante illa incem aspexisse. Quapropter forsitan non infelix sit conector qui suspicetur, ordinem, quo Platonis opera vel vivo adhuc auctore vel mortuo prodierunt, non multum discrepare ab eo qui Varronis et Thrasylli ævo in codicibus manu exaratis erat. Verumtamen tantum abest, ut quæcunque comparant in Thrasylli catalogo, eam ob rem genuina Platonis scripta esse dicam, ut hominem nulla re minus quam critica facultate valuisse existimem. Siquidem eos etiam dialogos Platonicos iudicavit (38), quos doctorum nostri sæculi virorum acumen e librorum Platoniorum numero exemit. Huc accedit, quod singulis libris duplicem titulum inscripsit, alterum, ut ait Diogenes, a nomine (39), alterum a re ductum. In quo valde mihi videtur peccasse. Nam quum nomina hominum propria quæ titulorum loco haud dubie jam ab ipso Platone libris imposita sunt, novis titulis qui dialogorum argumenta complecterentur, explicanda esse sibi persuasisset, nunquam ea usus est cautione, ut pluribus verbis auctoris in scribendo dialogo consilium exprimeret, sed ea quam elegit inscriptione haud raro a Platonis mente aberravit aut partem tantum propositæ quæstionis attingit. Quo factum est, ut multi inferioribus sæculis posteriore inscriptione in errorem inducti male de plerisque Platonis operibus iudicaverint. Sunt autem hæc Thrasylli tetralogiæ (40) :

- I. 1. Εὐθύφρων, ἡ περὶ δσ.ου.  
2. Ἀπολογία Σωκράτους,

3. Κρίτων, ἡ περὶ πρακτοῦ.  
4. Φαίδων, ἡ περὶ ψυχῆς.  
II. 5. Κρατύλος, ἡ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων.  
6. Θεαίτητος, ἡ περὶ ἐπιστήμης.  
7. Σοφιστής, ἡ περὶ τοῦ ὄντος.  
8. Πολιτικός, ἡ περὶ βασιλείας.  
III. 9. Παρμενίδης, ἡ περὶ ἰδεῶν.  
10. Φίληθος, ἡ περὶ ἡδονῆς.  
11. Συμπόσιον, ἡ περὶ ἔρωτος.  
12. Φαῖδρος, ἡ περὶ καλοῦ.  
IV. 13. Ἀλκιβιάδης πρῶτος, ἡ περὶ ἀνθρώπου φύσεως.  
14. Ἀλκιβιάδης δεύτερος, ἡ περὶ προσευχῆς.  
15. Ἴππαρχος, ἡ φιλοκερδής.  
16. Ἀντερασταί, ἡ περὶ φιλοσοφίας.  
V. 17. Θεάγης, ἡ περὶ σοφίας.  
18. Χαρμίδης, ἡ περὶ σωφροσύνης.  
19. Λάχης, ἡ περὶ ἀνδρείας.  
20. Λύσις, ἡ περὶ φιλίας.  
VI. 21. Εὐθύδημος, ἡ ἐριστικός.  
22. Πρωταγόρας, ἡ σοφισταί.  
23. Γοργίας, ἡ περὶ ῥητορικῆς.  
24. Μένων, ἡ περὶ ἀρετῆς.  
VII. 25. Ἴππίας πρῶτος [μελίων], ἡ περὶ τοῦ καλοῦ.  
6. Ἴππίας δεύτερος [ἐλάττων], ἡ περὶ τοῦ ψεύδους.  
27. Ἴων, ἡ περὶ Ἰλιάδος.  
28. Μενέξενος, ἡ ἐπιτάφιος.  
VIII. 29. Κλειτοφῶν, ἡ προτρεπτικός.  
30. Πολιτεία, ἡ περὶ δικαίου.  
31. Τίμαιος, ἡ περὶ φύσεως.  
32. Κριτίας, ἡ Ἀτλαντικός.  
IX. 33. Μίνως, ἡ περὶ νόμου.  
34. Νόμοι, ἡ περὶ νομοθεσίας.  
35. Ἐπινομίς, ἡ νυκτερινὸς σύλλογος, ἡ φιλόσοφος.  
36. Ἐπιστολαὶ τρισκαίδεκα.

ὄμων εἰς δυοκαίδεκα· τετραλογία δὲ ἐννέα, ἐνὸς βιβλίου χωρὸν ἐπεχούσης τῆς πολιτείας· καὶ ἐνὸς τῶν νόμων. — (39) Diogenes Laertius I. I. διπλαῖς δὲ χρῆται ταῖς ἐπιγραφαῖς ἐκάστου τῶν βιβλίων, τῇ μὲν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, τῇ δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος.

(40) Diogenes Laertius lib. III 58-61 ταύτης τῆς τετραλογίας, ἥτις ἐστὶ πρώτη, ἡγεῖται Εὐθύφρων, ἡ περὶ ὁσίου· ὁ δὲ λόγος δ' ἐστὶ πειραστικός· δεύτερος, Ἀπολογία Σωκράτους, ἠθικός· τρίτος, Κρίτων, ἡ περὶ πρακτέου, ἠθικός· τέταρτος, Φαίδων, ἡ περὶ ψυχῆς, ἠθικός. Δευτέρα τετραλογία, ἥτις ἡγεῖται Κρατύλος, ἡ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων, λογικός· Θεαίτητος, ἡ περὶ ἐπιστήμης, πειραστικός· Σοφιστής, ἡ περὶ τοῦ ὄντος, λογικός· Πολιτικός, ἡ περὶ βασιλείας, λογικός. Τῆς τρίτης ἡγεῖται Παρμενίδης, ἡ περὶ ἰδεῶν, λογικός· Φίληθος, ἡ περὶ ἡδονῆς, ἠθικός· Συμπόσιον, ἡ περὶ ἔρωτος, ἠθικός· Φαῖδρος, ἡ περὶ καλοῦ, ἠθικός. Τῆς τετάρτης ἡγεῖται Ἀλκιβιάδης, ἡ περὶ ἀνθρώπου φύσεως, μαιευτικός· Ἀλκιβιάδης δεύτερος, ἡ περὶ προσευχῆς, μαιευτικός· Ἴππαρχος, ἡ φιλοκερδής, ἠθικός· Ἀντερασταί, ἡ περὶ φιλοσοφίας, ἠθικός. Τῆς πέμπτης ἡγεῖται Θεάγης, ἡ περὶ φιλο-

σοφίας, μαιευτικός· Χαρμίδης, ἡ περὶ σωφροσύνης, πειραστικός· Λάχης, ἡ περὶ ἀνδρείας, μαιευτικός· Λύσις, ἡ περὶ φιλίας, μαιευτικός. Τῆς ἕκτης ἡγεῖται Εὐθύδημος, ἡ ἐριστικός, ἀνατρεπτικός· Πρωταγόρας, ἡ σοφισταί, ἐνδεικτικός· Γοργίας, ἡ περὶ ῥητορικῆς, ἀνατρεπτικός· Μένων, ἡ περὶ ἀρετῆς, πειραστικός. Τῆς ἐβδόμης ἡγούται Ἴππίας δύο· πρῶτος, ἡ περὶ τοῦ καλοῦ· δεύτερος, ἡ περὶ τοῦ ψεύδους, ἀνατρεπτικός· Ἴων, ἡ περὶ Ἰλιάδος, τειραστικός· Μενέξενος, ἡ ἐπιτάφιος, ἠθικός. Τῆς ὀγδόης ἡγεῖται Κλειτοφῶν, ἡ προτρεπτικός, ἠθικός· Πολιτεία, ἡ περὶ δικαίου, πολιτικός· Τίμαιος, ἡ περὶ φύσεως, φυσικός· Κριτίας, ἡ Ἀτλαντικός, ἠθικός. Τῆς ἐνάτης ἡγεῖται Μίνως, ἡ περὶ νόμου, πολιτικός· Νόμοι, ἡ περὶ νομοθεσίας, πολιτικός· Ἐπινομίς, ἡ νυκτερινὸς σύλλογος, ἡ φιλόσοφος, πολιτικός· Ἐπιστολαὶ τρισκαίδεκα, ἠθικαί· ἐν αἷς ἔγραψεν, Εὐφράτειν· Ἐπίκουρος δὲ, Εὐφράτειν· Κλέων, Χαίρειν· πρὸς Ἀριστοδήμον, μία· πρὸς Ἀρχύταν, δύο· πρὸς Διονύσιον, τέτταρες· πρὸς Ἐρμίαν, καὶ Ἐραστον, καὶ Κορίσκον, μία· πρὸς Λεωδάμαντα, μία· πρὸς Δίωνα, μία· πρὸς Περδικίαν, μία· πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκίους, δύο. Καὶ οὗτος μὲν οὕτω διαι-

Interciderunt vero poemata (41), quæ Plato adolescens scripsisse traditur (42). Restat, ut pauca de dubiis scriptis quæ Thrasyllus non commemoravit ac de libris subditiciis dicam. Neque enim attinet hic subtilius et uberius de iis Platonis dialogis, qui falso inscripti et tanquam spurii familia submovendi videntur, disputare. Antiqui (43) igitur quosdam dialogos Platoni suppositos esse contenderunt. Eorum nomina sunt :

1. Μίδων, ἢ Ἰπποτρόφος.
2. Ἐρυξίας, ἢ Ἐρασίστρατος.
3. Ἄλκυών.
4. Ἀκέφαλος, ἢ Σίσυφος.
5. Ἀξίλοχος (44).
6. Φαίλακας.
7. Δημόδοκος (45).
8. Χελιδών.
9. Ἐβδόμη (46).
10. Ἐπιμενίδης (47).

At librarii de talium librorum auctoritate minime solliciti non modo eos quos dixi dialogos frequenter descripserunt, sed alios quoque Platoni assignarunt. In his sunt :

11. περὶ ἀρετῆς.
12. περὶ δικαίου.
13. ἔροι.

Quo factum est, ut etiam nunc pars codicum tanquam Platonica scripta exhibeat primo Axiochum, deinde dialogos de justo ac de virtute, tum Demodocum, Sisyphum et Eryxiam, denique definitiones. Ex his Eryxiam sive Erasi-stratium, Sisyphum, Axiochum, postremo libel-

lum de virtute Æschini Socratico vindicat Suidas. Contra Alcyon Leonti Academico ascribitur a Nicæa Nicæensi apud Athenæum lib. XI p. 506. c. et Favorino apud Diogenem Laertium lib. III, 62. Videtur autem idem esse dialogus qui hodie inter Luciani opera edi solet. Porro disputationis de justo meminit Isidorus Pelusiota lib. IV, epist. 91, plures ejusmodi commentarios a Platone confectos esse affirmans. Sed nos ut dialogum ita inscriptum Platoni esse negamus : ita etiam Definitiones non Platoni, sed Speusippo tribuimus. De hoc igitur nunc commentabimur.

*Speusippus* (48), Atheniensis (49), pago Myrrhinusius (50), quarto, ut opinor, Olympiadis 96 anno vel ante Chr. 393 natus, patrem Eury-medontem, matrem autem Potonen, Platonis sororem habuit. De cujus studiorum initiis nihil traditum est, siquidem a quo præceptore primis litteris imbutus sit, ignoramus. Sed contigit ei postea, ut a Platone ex itineribus reverso educaretur. Quippe avunculus adolescentis partim segnis partim intemperantis mores emendavit. Qua in re nullo nec dicto nec facto ei molestus fuit, sed fugienti semper parentum convicia et probra placidum se minimeque iratum præbuit, magnumque homini pudorem suique et philosophiæ admirationem incussit. Quum igitur a multis amicorum reprehenderetur philosophus, quod non castigaret adolescentem : Ego vero, inquit, castigo, vitæ meæ ratione et institutione ipsi demonstrans, quod sit honestorum et turpium discrimen (51). Pietatis erga Platonem multis annis interjectis Speusippus plura dedit docu-

ρεῖ, καὶ τινες. — (41) Diogenes Laertius lib. III, 4 καὶ ποιήματα γράφει, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μῆλη καὶ τραγῳδίας. — (42) Tribuuntur tamen ei epigrammata, quæ collegit Th. Bergkii Poet. Lyr. Græc. p. 489-496. —

(43) Diogenes Laertius lib. III, 62 νοθεύονται δὲ τῶν διαλόγων ὁμολογουμένως, Μίδων, ἢ Ἰπποτρόφος, Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος, Ἄλκυών, Ἀκέφαλος ἢ Σίσυφος, Ἀξίλοχος, Φαίλακας, Δημόδοκος, Χελιδών, Ἐβδόμη, Ἐπιμενίδης ὧν ἢ Ἄλκυών Ἀλοντὸς τινος εἶναι δοκεῖ, καθά φησι Φαβαρίνος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων. Athenæus lib. XI p. 506. c. ὡς καὶ ἢ Ἄλκυών Λέοντος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, ὡς φησι Νικίας ὁ Νικασὸς [εἶναι λέγεται]. — (44) Cf. Phil. Græc. Fragm. Vol. II pag. 139-142. — (45) Clemens Alexandrinus Strom. lib. I pag. 315 ed. Sylb. εἰσι γὰρ δὴ, ὡς φασί, περὶ τὰς τελευταίας ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, Βάχχοι δὲ τε παῦροι, πολλοὺς μὲν τοὺς κλητοὺς, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς αἰνιτιζόμενος. Ἐπιφέρει γοῦν σαφῶς· οὗτοι δὲ εἰσι, κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ περιλοσοφηότες ὀρθῶς· ὧν δὴ καὶ γὰρ, κατὰ γὰρ τὸ δυνατόν, οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προδουμήθη γενέσθαι. Εἰ δὲ ὀρθῶς προδουμήθη καὶ τί ἠγούσαμεν, ἐκείσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, εἰάν θεὸς θέλη, ὀλίγον ὕστερον. Ἄρ' οὐ δοκεῖ σοι πίστις ἐκ τῶν ἑβραϊκῶν γραφῶν τὴν μετὰ θάνατον ἐπίδα τοῦ δικαίου σαφηνίζειν; Ἐάν τῷ Δημόδοκῳ, εἰ δὴ τοῦ Πλά-

τωνος τὸ σύγγραμμα κτλ. — (46) Ἐβδόμη intelligendum ut apud Herodotum lib. VI, 57. — (47) Platonium etiam librum Epimealidem esse vult Eusebius Præparat. evang. lib. X cap. 4 p. 471. —

(48) Cf. Maximiliani Achillis Fischeri de Speusippi Atheniensis vita dissertatio. Rastadii 1843. — (49) Diogenes Laertius IV, 1 Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος, Ἀθηναῖος. Τὸν δὲ δῆμον Μυρρηνούσιος ἦν· ἔς ἦν υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Ποτώνης. Suidas : Σπεύσιππος, Εὐρυμέδοντος, ἀδελφεοῦ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, ἐκ Ποτώνης τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, ἀκουστῆς αὐτοῦ Πλάτωνος καὶ διάδοχος γενόμενος τῆς ἀκαδημαίας. Ammonius in vita Aristotelis : μετὰ δὲ τοῦ Πλάτωνος τελευταίην διαδέχεται τὴν τούτου σχολὴν Σπεύσιππος, ὁ ἀδελφεοῦ αὐτοῦ υἱὸς γὰρ ἦν οὗτος Ποτώνης, τῆς τούτου ἀδελφῆς. Cicero Acad. I, 4 Nam quum Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ quasi heredem reliquisset. Athenæus lib. VII pag. 279. e. οὐ μακρὰν δὲ τούτων ἦν καὶ Σπεύσιππος, ὁ Πλάτωνος ἀκουστῆς καὶ συγγενής. — (50) Stephanus Byzantius pag. 464 ed. Meineke : Μυρρηνούσιος, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς· ὁ δὲ μόνος Μυρρηνούσιος. — (51) Plutarchus de fraterno amore cap. 21 Vol. X pag. 67 seq. ed. Hutfen. Οὗτος καὶ Πλάτων ἀδελφεοῦ ὄντα Σπεύσιππον ἐκ πολλῆς ἀνάγκης καὶ ἀκαλασίας ἐπέστρεψεν, οὐδὲν οὐτ' εἰπὼν ἀναρῶν, οὐτα ποιήσας πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ φεύγοντι τοὺς γονεῖς ἐλέγχοντας αὐτὸν αἰ κἀν λαιδοροῦν-

menta. Constat enim eum et versibus et soluta oratione tanti philosophi laudes celebrasse. Notum est ejus in Platonem epigramma (52), inter ipsius autem scripta Diogenes Laertius IV, 5 memorat Πλάτωνος ἐγκώμιον et III, 2 Πλάτωνος περιδείπνον, de quibus infra agemus.

Jam vero simulatque Plato scholam aperuit, huic magistro tam diu operam dedit, ut omnium ejus discipulorum princeps haberetur. Neque vero magis cognatione et consuetudine, quam cum Platone conjunctus erat, quam ingenii præstantia et litterarum studio hoc consecutus videtur, ut in sapientia fastigium staret. Patebat tum Athenis Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam atque officina dicendi. Hunc quem unum mirabatur Plato, licet cæteros rhetores exagigaret (53), Speusippus ita coluit, ut in ejus sectatoribus nomen suum profiteretur. Quum enim perspexisset, quantum valeret ars oratoria ad fingendos hominum animos, ingenia acuenda, dicendi denique facultatem

comparandam, illius scholas frequentavit; utque æqualibus et posteris prodesset, rhetoricæ quæ vocabantur a magistro arcana (ἀπόρρητα) primus evulgavit (54). Videntur autem hæc fuisse præcepta, quæ de oratione tam conformanda quam numeris astringenda Isocrates dabat, quorumque corpus a Cicerone in epistolis ad Atticum Myrothecii nomine notatur (55).

Illam igitur artem quæ sub Isocratis nomine ferebatur, veteres modo e Speusippi modo ex aliorum discipulorum commentariis petiisse probabile est, quoniam ipse Isocrates nullum hujusmodi librum scripserat (56). Nunc primarium fontem adire prohibiti e Ciceronis libris rhetoricis multa quæ ad hanc rem pertineant cognoscimus (57).

Pythagoreorum quoque litteris ipso Platone, ut arbitror, auctore studuit eorumque sectam explosa sæpe magistri sententia secutus est (58). Etenim Philolai scripta sive e Sicilia sive Thebis Athenas perlata evoluit (59), iisque et aliis

τας, ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν εὐμενῆ καὶ ἀμήντων, αἰδῶ τε πολλῆν ἐνεργάσατο, καὶ ζῆλον ἑαυτοῦ καὶ φιλοσοφίας· καίτοι πολλοὶ τῶν φίλων ἐνεκάλουν ὡς μὴ νοθεύουσι τὸ μαρτύριον· ὁ δὲ καὶ πάντα νοθεύειν ἔλεγε, τῷ βίῳ καὶ τῇ διαίτῃ τῆς πρὸς τὰ αἰσχρὰ τῶν καλῶν διαφορὰς παρέχων κατανόησιν. Plutarchus de adul. et amic. discrim. cap. 47 vol. VII pag. 230 ed. Hutten. ὁ γούν Πλάτων ἔλεγε νοθεύειν τῷ βίῳ τὸν Σπείσιππον. — (52) Vid. fragm. 186. — (53) Diogenes Laertius III, 8 ὁ δ' οὖν φιλόσοφος καὶ Ἰσοκράτη φίλος ἦν. Cicero orat. cap. 13. At ea de seniore scribit Plato, et scribit æqualis, et quidem, exagitator omnium rhetorum, hunc miratur unum. Me autem, qui Isocratem non diligunt, una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. — (54) Diogenes Laertius IV, 2 καὶ πρῶτος παρὰ Ἰσοκράτους τὰ καλοῦμενα ἀπόρρητα ἐξηγήσεν, ὡς φησι Καινεός. — Cicero ad Attic. II, 1 Meus autem liber totum Isocratis μνησθῆναι atque omnes ejus discipulorum arculas ac nonnulli etiam Aristotelis pigmenta consumpsit. Cæsterum recte Dionysius Halicarnassensis libro de admiranda orationis Demosthenæ v. cap. 2 Vol. VI p. 957 ed. Reisk. a superiorum oratorum, Periclis, Alcibiadis, Critiæ, Theramenis granditate ac sublimitate distinguit secundum dictionis genus, tenue videlicet et simplex, quod compositione et robore communi et vulgari loquendi modo persimile apparet atque imprimis Lysiæ proprium fuit adjungitque tertium dicendi genus e duobus prioribus compositum, quod mixtum appellari solebat. Hoc vero, quamvis multorum etiam aliorum commune esset, Isocrates coluit et ad fastigium pæne perduxit. Fuit enim magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam quam nemo fortasse postea consecutus est. (Cf. Cicero Brut. cap. 8.) Is et scripsit multa præclare et docuit alios, et cum cætera melius quam superiores, tum primus intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum quandam oportere servari. Quum enim antea verborum quasi structura et quædam ad numerum conclusio nulla fuisset, ipse orationis elationem atque altitudinem cum elegantia copulavit observatoque numero mirabilis circumdu-

tionem sive periodorum artifex exstitit. — (56) Cicero de invent. II, 2 Nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates: cujus ipsius quam constet esse artem, non invenimus. Discipulorum autem atque eorum, qui protius ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus. — (57) Cicero de orat. lib. III cap. 43-51. Orator, cap. 41-68. — (58) Vid. fragm. 195. 198.

(59) Theologumen. arithm. auctor p. 61 ed. Ast. ὅτι καὶ Σπείσιππος, ὁ Ποτῶνης μὲν υἱὸς τῆς τοῦ Πλάτωνος ἀδελφῆς, δάδοχος δὲ ἀκαδημίας, πρὸ Ξενοκράτους ἐξαίρετος σπουδασθεῖσων ἀεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιστα δὲ τῶν Φιλολάου συγγραμμάτων, βιβλιδίων τι συντάξας γλαφυρὸν ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν, ἀπ' ἀρχῆς δὲ μέχρι ἡμῶν περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς γραμμικῶν ἐπιμελέστατα διεξελθῶν, πολυγωνίων τε καὶ παντῶν τῶν ἐν ἀριθμοῖς ἐπιπέδων ἄμα καὶ στερεῶν, περὶ τε τῶν πάντες σχημάτων, ἀ τοῖς κοσμικοῖς ἀποδιδόμενα στοιχείοις, ἰδιότητος αὐτῶν πρὸς ἄλληλα καὶ κοινότητος, ἀναλογίας τε καὶ ἀνακλιουθίας, μὲν ταῦτα λοιπὸν θάτερον τὸ τοῦ βιβλίου ἡμῶν περὶ δεκάδος ἀντικρως ποιῆται, φυσικωτάτην αὐτὴν ἀποφαίνων καὶ τελεστικωτάτην τῶν ὄντων, ὅλον εἶδος τι τῶν κοσμικῶν ἀποτελεσμάτων τεχνικῶν ἀπ' ἑαυτῆς, ἀλλ' οὐχ ἡμῶν νομισάντων ἢ ὡς ἔτυχεν ἢ ἤθελεν, ὑπάρχουσα καὶ παράδειγμα παντελέστατον τῷ παντὸς ποιητῇ θεῷ προεκκειμένη. Δέγει δὲ τὸν τρόπον τοῦτον περὶ αὐτῆς. "Ἔστι δὲ τὰ δέκα τέλειος, καὶ ἑρῶδες τε καὶ κατὰ φύσιν εἰς τοῦτον κατανοῶμεν παντοίας ἀριθμοῦντες. "Ἐλληνέες τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, οὐδὲν αὐτοὶ ἐπιτηδεύοντες· καλλὰ γὰρ ἴδια ἔχει, ἀ προσήκει τὸν ὄστω τέλειον ἔχειν [πολλὰ δὲ ἴδια μὲν οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· δαί δὲ ἔχειν αὐτὰ τέλειον]· πρῶτον μὲν οὖν ἄρτιον δαί εἶναι, ὅπως ἴσται ἐνώσιν οἱ περισσοῖ τε καὶ ἄρτιοι, καὶ μὴ ἑτερομερεῖς· ἐπει γὰρ πρότερος δαί ἔστιν ὁ περισσὸς τοῦ ἄρτιου, εἰ μὴ ἄρτιος εἴη ὁ συμπεραίνων, πλεονεκτῆσει ὁ ἕτερος· εἰ δὲ ἴσους ἔχει, χρῆ τούτους πρῶτους καὶ ἀσυνθέτους καὶ τούτους δευτέρους καὶ συνθέτους· ὁ δὲ δέκα ἔχει ἴσους, καὶ οὐδαίς ἂν ἄλλος ἐλάσσων τῶν δέκα τοῦτο ἔκαθεν ἀριθμὸς, κλειῶν δὲ τάχα· καὶ γὰρ ὁ ἰβ' καὶ ἄλλοι τινές· ἀλλὰ πρῶτην αὐτῶν ὁ δέκα, καὶ πρῶτος τοῦτο ἔχων, καὶ ἐλάχιστος τῶν ἐχόντων τέλος τι ἔχει, καὶ ἰδιὸν πως αὐτὸ τοῦτο γέγονε τὸ ἐν πρῶτῳ αὐτῷ ἴσους ἀσυνθέτους

Pythagoreorum disputationibus adhibitis elegantem de numeris Pythagoricis libellum composuit. Quid? quod cum Platone in Siciliam profectus cum alios Pythagoreorum familiae principes, qui eo tempore vel in Italia commorabantur vel Siciliae rebus se immiscebant, tum Archytam convenit. Fuerunt etiam alii quibuscum commercium habuit Speusippus. Nimirum in ejus operibus comparant (60) epistolae ad Dionem, Dionysium, Philippum datæ. Atque ex epistola quidem ad Dionem pauca profert Plutarchus de adul. et amic. discr. cap. 43 (61), Dionysii vero ad Speusippum scribentis dicta quaedam servarunt Athenæus lib. VII pag. 279. e. et Diogenes Laertius IV, 2 (62). Denique ex epistola Philippo Macedonum regi inscripta Carystius Pergamenus in commentariis suos retulit locum, quem inseruit Athenæus lib. XI p. 506. E (63). Qui locus gravis testimonii instar habere visus est Wesselingio ad Diodori Siculi libr. XVI tom. 7 pag. 508. Continet enim opinionem de primordiis regni Philippi a vulgatiore fama diversam. Philippum Platoni obtrectantem reprehendit Speusippus, quasi ignorantibus hominibus Philippum Platonis beneficio ad regnum pervenisse. Platonem enim, misso Euphræo Oritano ad Perdiccam effecisse, ut hic regionem quandam Philippo assignaret, qui postquam ibi exercitum aluisset mortuo fratre rerum potitus sit. Quæ si vera sunt, id quod Athenæus in suspensio relinquit, statuendum est Philippum jam ante fratris obitum Thebis elapsam in Macedonia versatum esse. Similia

in Socraticorum, quæ exstant, epistolis leguntur. Namque eam, quæ inter illas trigesima numeratur et omisso auctoris nomine simpliciter Philippo inscripta est, cum Leone Allatio et aliis Speusippo vindicamus, quia convenit cum ejusdem philosophi verbis apud Athenæum (64). Nobiscum I. G. Bœhneckius quoque facit in Quæstionum de orat. Att. Vol. I. (*Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner*) pag. 364 et p. 672 seq. qui eam pro genuina habet nec multo post secundum Olympiadis CVIII annum exaratam esse contendit. Intelligitur hoc ex extrema epistolæ parte. Quippe Speusippus sic eam claudit: ἀλλὰ γὰρ τὰς λοιπὰς σκῆψεις γράφοντα ἐπιλείπει με τὸ βυβλίον· τσαύτην ἡμῖν σπάνιν βυβλίων βασιλεὺς Αἴγυπτον λαβὼν πεποίηκεν. Nam eo tempore Artaxerxes Ochus Ægypto potitus erat (65), qui videtur chartam vel papyrus ex Ægypto in alias terras exportari vetuisse (66). Nihil autem est quod solum Allatio opposuit Orellius in annot. ad Socraticorum epist. p. 262, in fine hujus epistolæ missam eam ex Ægypto dici, ubi Speusippus nunquam fuerit. Nempe scriptorem vir doctus non intellexit. Fuerunt quidem qui Bentlejo (67) astipulati, velut Antonius Westermannus in commentationis de epistolarum scriptoribus græcis parte septima (68) cum hac omnes Socraticorum epistolas tanquam subditicias familia submoverent. Conquisitis scilicet rationibus illi hoc docere conantur. Ajunt ergo primum obstare totius epistolæ habitum et argumentum, deinde istam qua redundet eruditionem satis putidam eamque nec Speu-

τε καὶ συνθέτους ὄφθαι· ἔχων τε τοῦτο ἔχει πάλιν καὶ τοὺς πολλαπλασίους καὶ τοὺς ὑποπολλαπλασίους, ὧν εἰσι πολλαπλάσιοι· ἔχει μὲν γὰρ ὑποπολλαπλασίους τοὺς μέχρι πέντε, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἕξ μέχρι τῶν δέκα πολλαπλασίους αὐτῶν· ἔχει δὲ τὰ ζ' οὐδενός, ἔξαιρέτων· καὶ τὰ δ', ὡς πολλαπλάσια τοῦ β', ὥστε ἴσους εἶναι πάλιν δεῖ. "Ἐτι πάντες οἱ λόγοι ἐν τῷ ε', δ τε τοῦ ἴσου καὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος καὶ τοῦ ἐπιμορίου καὶ τῶν λοιπῶν εἰδῶν ἐν αὐτῷ, καὶ οἱ γραμμικοὶ οἱ ἐπίπεδοι καὶ οἱ στερεοί· τὸ μὲν γὰρ α' σιγμῆ, τὸ δὲ β' γραμμῆ, τὰ δὲ τρία τρίγωνον, τὰ δὲ δ' πυραμῖς· ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶ πρῶτα καὶ ἀρχαὶ τῶν καθ' ἑκάστον ὁμογενῶν. Καὶ ἀναλογίῶν δὲ πρώτη αὕτη ἐστὶν ἢ ἐν αὐτοῖς ὁρθεῖσα ἢ τῷ ἴσῳ μὲν ὑπερέχουσα, τέλος δὲ ἔχουσα ἐν τοῖς δέκα. "Ἐν τε ἐπιπέδοις καὶ στερεοῖς πρῶτά ἐστι ταῦτα, σιγμῆ, γραμμῆ, τρίγωνον, πυραμῖς· ἔχει ταῦτα τὸν τῶν δέκα ἀριθμὸν καὶ τέλος· ἔχει· τετράς μὲν γὰρ ἐν πυραμίδος γωνίας ἢ βάσει, ἑξὰς δὲ ἐν πλευραῖς, ὥστε δέκα, τετράς δὲ πάλιν ἐν σιγμῆς καὶ γραμμῆς διαστήμασι καὶ πέρασι, ἑξὰς δὲ ἐν τρίγωνον πλευραῖς καὶ γωνίας, ὥστε πάλιν δέκα. Καὶ μὴν καὶ ἐν τοῖς σχήμασι κατ' ἀριθμὸν σκεπτομένη συμβαίνει· πρῶτον γὰρ ἐστὶ τρίγωνον τὸ ἰσοπλευρον, δ ἔχει μίαν πῶς γωνίαν καὶ γωνίαν· λέγω δὲ μίαν, διότι ἴσας ἔχει· ὄσχιστον γὰρ αἶ καὶ ἐνοσιδὲς τὸ ἴσον· δεύτερον δὲ τὸ ἡμιτετράγωνον· μίαν γὰρ ἔχον παραλλαγὴν γραμμῶν καὶ γωνῶν ἐν δυάδι ὁράται· τρίτον δὲ τὸ τοῦ ἰσοπλεύρου ἡμισυ τὸ

καὶ ἡμιτρίγωνον· πάντως γὰρ ἀνίσον καθ' ἑκάστον, τὸ δὲ πᾶν αὐτοῦ τρία ἐστὶ. Καὶ ἐπὶ τῶν στερεῶν εὐρίσκοι· ἀν ἀρχῆ τῶν τεττάρων προῖον τὸ τοιοῦτο, ὥστε δεκάδος καὶ οὕτως ψαύει· τριάς γὰρ πῶς ἢ μὲν πρώτη πυραμῖς μίαν πῶς γραμμῆν τε καὶ ἐπιπέδειαν ἐν ἰσότητι ἔχουσα, παρὰ τῆς ἐπὶ τῆς βάσεως γωνίας ὑπὸ τριῶν ἐπιπέδων περιχομένη, τὴν κατὰ κορυφὴν ὑπὸ τεττάρων συγκλιομένη, ὥστε ἐκ τούτου δυάδι δοικέναι· ἢ δὲ τρίτη τριάδι, ἐπὶ ἡμιτετραγώνου βεβηκυῖα, καὶ σὺν τῇ ὁρθεσίῳ μιᾷ ὡς ἐν ἐπιπέδῳ τῇ ἡμιτετραγώνῳ ἐτι καὶ ἄλλην ἔχουσα διαφορὰν τὴν τῆς κορυφαίας γωνίαν, ὥστε τριάδι ἀν ὁμοίῳ πρὸς ὁρθὰς τὴν γωνίαν ἔχουσα τῇ τῆς βάσεως μέσῃ πλευρᾷ· τετράδι δὲ ἢ τετάρτη κατὰ ταῦτα, ἐπὶ ἡμιτετραγώνῳ βάσει συνισταμένη, ὥστε τέλος ἐν τοῖς δέκα λαμβάνειν τὰ λεχθέντα. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐν τῇ γενέσει· πρώτη μὲν γὰρ ἀρχὴ εἰς μέγεθος σιγμῆ, δεύτερα γραμμῆ, τρίτη ἐπιπέδειαν, τέταρτον στερεόν. — (60) Diogenes Laertius lib. IV, 5 ἐπιστολαὶ πρὸς Δίωνα, Διονύσιον, Φίλιππον. — (61) Vid. fragm. 191. — (62) Vid. fragm. 226-227. — (63) Vid. fragm. 192. — (64) Vid. fragm. 187. — (65) Vid. Diodor. Sicul. lib. XVI cap. 51. — (66) Cf. Ambroise Firmin Didot, sur le prix du papier dans l'antiquité p. 9 (Paris 1857). — (67) Bentlejus Opuscul. phil. pag. 47 seqq. (Lipsiæ 1781). — (68) Ant. Westermann. in Commentationis de epistolarum scriptoribus græcis parte septima (Lipsiæ 1855). —

sippo nec Philippo dignam. Tum injuriosam eam in Isocratem esse, cui Speusippus multa debuerit. Denique invectionem in Isocratem per se spectatam rhetorem potius quam philosophum redolere.

Fateor hæc, quæ dicuntur a pluribus (69), posse speciosa videri. Sed quoniam veteres minus bene moratum fuisse Speusippum testificantur (70), omnia quæ ad imminuendam epistolæ auctoritatem afferri solent argumenta, pro nihilo putamus. Est enim hominis ingrati et maligni magistros, a quibus litteras et artes didicerit, asperioribus facietis perstringere. Huc accedit simplicitas orationis sine pigmentis fucoque puerili et quæ maximam illius opusculi partem tenet narratio de Philippi majoribus ex Antipatri historiarum libris excerpta, quæ ob jejunitatem nemini nisi Philippo, ad quem scripta esse fertur, placere posset. Præterea ex Socraticorum epistolis trigesimam primam etiam, ad Philippum item datam, cum Orellio præf. p. VII ad Speusippum auctorem referre non dubitamus (71). Denique epistolam incerto auctore vulgatam ab Orellio, quæ inter Socraticas trigesima secunda est, æque ac sequentem Speusippi esse ad Xenocratem missas ex Diogenis Laertii verbis in ejus vita recte collegit Altatius. Etenim ille lib. IV, 3 ait : ἡδὴ δὲ ὑπὸ παραλύσεως καὶ τὸ σῶμα διέφθορον, καὶ πρὸς Ξενοκράτην διεπέμπετο, παρακαλῶν αὐτὸν ἐλθεῖν, καὶ τὴν σχολὴν διαδέξασθαι. Quamobrem nos quoque utramque epistolam Speusippo attribuimus.

Quæ de Speusippi itinere in Macedoniam ad

Cassandrum facto narrantur, incredibilia sunt. Ferunt enim Speusippum lucri causa ad Cassandri nuptias in Macedoniam profectum levibus quibusdam carminibus conditis publiceque decantatis quæstum fecisse (72). At Cassander Thesalonicens, Philippi filiam, in matrimonium duxit primo Olympiadis 116 anno vel ante Chr. 316 (73). Quare in Chronicis Eusebianis eo ipso anno notatum est Speusippum floruisse (74). Hæc tamen quominus ad nostrum Speusippum referamus, temporum ratio obstat, quippe qui jam ante tertium Olympiadis 111 annum i. e. annum 334 æræ vulgaris fato perfunctus sit.

Speusippo magistro usæ sunt duæ mulieres, quæ Platonis jam discipulæ fuerant, Lasthenia, Mantineæ alumna, et Axiothea Phlasiæ. Quarum de utraque ab antiquis memoria prodita est. Illa enim virilis animi femina virili vestitu induta fuisse perhibetur (75) : hæc Diotimæ, Platonis convivio nobilitatæ, popularis, eaque ingeniosa, ut puto, et festiva, jucunda consuetudine cum philosopho nostro conjuncta erat. Quam consuetudinem non defuisse qui sinistris sermonibus carperent, nemo mirabitur, præsertim quum Speusippus simul avari hominis speciem præberet. Huc spectant mordacissima Dionysii dicta sic ad eum scribentis : *Etiam ab Arcade discipula tua philosophiam discere nobis licet.* Et alibi : *Plato discendi studiosos gratis docebat, tu vero tributa exigis et æque a volentibus atque a nolentibus accipis* (76). Quin etiam scriptor epistolæ (77) Socraticæ sextæ et trigesimæ quandam

(69) Cf. Fischeri de Speusippi Atheniensis vita dissertatio p. 29. — (70) Diogenes Laertius IV, 1 καὶ γὰρ ὀργίως καὶ ἠδονῶν ἤτων ἦν. Suidas v. Σπεύσιππος· αὐστηρὸς τὴν γνώμην, εἰς ἄκρον ἐξέθυστος. — (71) Vid. fragm. 188. — (72) Philostratus vit. Apollon. cap. 35 Σπεύσιππον τὸν Ἀθηναῖον οὕτω τοι ἐρασιχρήματων γενέσθαι φασίν, ὡς ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον ἐς Μακεδονίαν κομῶσαι (leg. κομίσασθαι) ποιήματα ψυχρὰ ξυθέντα, καὶ δημοσίᾳ ταυθ' ὑπὲρ χρημάτων ᾄσαι. Quæ repetit. Suidas s. v. Αισχίνης ὁ τοῦ Δυσανίου. Sed Diogenes Laertius IV, 1 eum delectationis causa Macedoniam, ut Cassandri nuptiis interesset, petivisse refert (ὑπ' ἠδονῆς ἐλθεῖν εἰς Μακεδονίαν ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον). — (73) Diodorus Siculus lib. XIX cap. 49. Justinus lib. XIV cap. 6. —

(74) Euseb. Chron. pag. 178 ed. Scaliger. Cf. Eusebii Chron. p. 348 ed. Mai. An. Abram. 1701 : « Menander et Speusippus philosophi cognoscebantur. » Syncell. p. 274. D. (p. 521 Dindorf.) Μενέδημος καὶ Σπεύσιππος φιλόσοφοι ἔγνωρίζοντο. — (75) Diogenes Laertius. lib. IV, 1 ἐλέγοντο δὲ αὐτοῦ καὶ αἱ Πλάτωνος· ἀκούειν μαθητρίαι, Λασθένειά τε ἡ Μαντινικὴ καὶ Ἀξιοθεὰ ἡ Φλιασία. Id. lib. III, 46 Ἀξιοθεὰ Φλιασία ἢ καὶ ἀνδρεία ἠμπίστογο, ὡς φησι Δικαίταρχος. Olympiodorus in vita Platonis : πολλοὺς δὲ πᾶν πρὸς μάθησιν ἀφείλκετο καὶ ἀνδρας, καὶ γυναῖκας ἀνδρείου σχήματι παρασκευάζων ἀκροῦσθαι αὐτοῦ. Clemens

Alexandrinus Strom. lib. IV κατὰ Πλάτωνι τε ἐφιλοσόφουν Λασθένεια ἢ Ἀρκαδία (lege Ἀρκαδική) καὶ Ἀξιοθεὰ ἡ Φλιασία. Themistius orat. IV : Ἀξιοθεὰ μὲν γὰρ ἐπιλέξαμένη τι τῶν συγγραμμάτων ἃ Πλάτων πεποιήται ὑπὲρ πολιτείας, ᾤχετο ἀπιῶσα Ἀθήναζε ἐξ Ἀρκαδίας, καὶ Πλάτωνος ἠεροῦτο λανθάνουσα ἄκρι πόρρω ὄτι γυνὴ εἴη, ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς τοῦ Δυκομήδους. Ὁ δὲ γεωργὸς ὁ Κορίνθιος τῷ Γοργίᾳ εὐγενέμενος, (οὐκ αὐτῷ ἐκείνῳ Γοργίᾳ, ἀλλὰ τῷ λόγῳ ὃν Πλάτων ἔγραψεν ἐπ' ἐλέγγῳ τοῦ σοφιστοῦ) αὐτίκα ἀφείκε τὸν ἄγρον, καὶ τὰς ἀμπέλους, Πλάτωνι ὑπέθηκε τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ ἐκείνου ἐσκαίρετο καὶ ἐρυτεύετο. Apulejus de Platone : Multi auditorum ejus utriusque sexus in philosophia floruerunt. — (76) Diogenes Laertius lib. IV, 2 ὅτι καὶ Διονύσιος πρὸς αὐτὸν γράφων τωσαστικῶς φησὶ καὶ ἐκ τῆς Ἀρκαδικῆς σου μαθητρίαις ἐστὶ τὴν φιλοσοφίαν καταμαθεῖν καὶ Πλάτων μὲν ἀτελεῖς φόρων τοὺς παρ' αὐτὸν φοιτῶντας ἐποίει, σὺ δὲ δασμολογεῖς καὶ παρ' ἐκόντων καὶ ἀκόντων λαμβάνεις. Cf. fragm. 227. — (77) Scriptior Epist. Socr. 36 p. 44 ed. Orell. Βούλομαι ἐστὶ μετὰ παιδείας παρήρησιάσασθαι, ἐπειδὴ σὺ καὶ πρὸς ἐμὲ προεισθῆδήςμας τῷ τρόπῳ τούτῳ. Λόγω δὲ σοὶ εὖ πράττειν, εἰ ἄρα τοῦτό ἐστι τοῦ χαίρειν ἡμῖνον, ὡς οὐκ ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἡδεσθαι, ᾧ Λασθενία καὶ Σπεύσιππος χρῆται, αἰτιος τοῦ ἐς Σικελίαν στόλου ὁμολογῶν εἶναι, καὶ πλείονας τοῦ Ἱηρυβίου χεῖρα καὶ πόδας ἔξω, μᾶλλον δὲ τοῦ Βριάρου (fragm. 228). —



dictionis similitudinem Lastheniæ et Speusippo tribuit. Docet enim consuevisse utrumque in epistolarum scriptione salutem amicis ita dicere, ut eos neque bene agitare (εὖ πράττειν), neque gaudere (χαρῆν), sed lætari (ἡδεσθαι) juberent (78).

Fama est matrimonium quoque contraxisse Speusippum, licet ea res dubitationem habeat. Testem vero hujus matrimonii solum Platonem proferre possumus in epistola tertia decima Dionysio scribentem, opus sibi esse dote triginta minarum. Namque Plato unam e neptium filias Speusippo avunculo collocaturus illam pecuniam Dionysii facultatibus sublevatus (79) solvere volebat. Similis argumenti decima Chionis quæ vocatur epistola est. Nimirum, si fides epistolæ auctori, Chion qui forte Athenis commemorabatur quo tempore illæ nuptiæ fiebant, ad augendam triginta minarum dotem talentum Speusippo, utpote in egestate versanti, de suo numeravit. Subjiciuntur a scriptore pauca, quæ ad sponsi suavitatem et matrimonii sinceritatem laudibus extollendam pertinent. Jam si missum facimus personatum Chionem i. e. sophistam qui sub umbra alienæ dignitatis latet, quis ad facti veritatem probandam Platonem tanquam locupletem auctorem laudabit? Scio Plutarchum (80) in Dionis vita cap. 21 hanc ipsam tertiam decimam Platonis epistolam spectasse atque ex eodem fonte partem narrationis hausisse, sed mihi omnes quæ sub Platonis nomine feruntur epistolas spurias videri, jam supra in adumbrandis philosophi itineribus (81) dixi. Quum autem de Speusippi matrimonio nihil præterea traditum sit, rem incertam neque confirmare argumentis neque refellere in animo est. Adde quod liberis videtur caruisse, quoniam virum non propin-

quitatis vinculis, sed studiorum cognatione conjunctum, Xenocratem Academiæ heredem reliquit.

Hic notare libet, hortum Academiæ vicinum jam Xenocratis tempore scholæ fuisse adjunctum, cujus rector domicilium ibi habebat. Prodent scilicet Academiæ tribus drachmarum millibus emtam domicilium fuisse Platonis, Xenocratis, Polemonis ibi philosophiæ vacantium atque ætatem in ea conterentium: uno die excepto, quo Xenocrates quotannis in astu se contulerit, Liberalibus, ut (quod ajunt) novorum tragædorum solemnia condecoraret (82). Fundus alter Platonis, in Iresidarum pago situs (83) in septentriones atque in orientem Eurymedontis Myrrhinasii prædiis obtendebatur. Hinc colligas Eurymedontem illum qui Potonen, Platonis sororem, duxerat, hominem bene nummatum fuisse. Quo posito atque concesso, commenticia sunt, quæ tum de Eurymedontis tum de Speusippi egestate dicuntur. Nam sine dubio opibus tantum valebat Eurymedon, ut filias et neptes dotare posset, neque vel Platonis auxilio vel Dionysii argento egeret. Quamvis Plato discipulorum nobilitate floreret, cæteros tamen auditores auctoritate ita vicit Speusippus, ut non solum quum avunculus alterum in Siciliam iter faceret, ipse ejus loco Academiæ regendam acciperet, sed postea etiam senescenti in schola moderanda auxilio et adjumento esset. Quamobrem poeta quidam comicus illi sermocinantium juvenum cœtui Platonem cum Speusippo et Menedemo præfecit. Sunt etiam qui illorum convivii Platonem cum Speusippo præfuisse scripserint (84). In hoc duodetriginta fere juvenum cœtu de difficillimis philosophiæ quæstio-

(78) De hac epistolica salutatione vide Henrici Stephani Thes. s. v. πράττειν. — (79) Plato epist. XIII p. 361. D. εἰσι μοι ἀδελφιδῶν θυγατέρες τῶν ἀποθανουσῶν τότε δε' ἐγὼ οὐκ ἔπαυρανοῦμην, σὺ δ' ἐπέλευες, τέσσαρες, ἡ μὲν νῦν ἐπίγαμος, ἡ δὲ δεκαετής, ἡ δὲ σμικρὸν πρὸς τρισὶν ἔτεσιν. ἡ δὲ οὐπω ἐναυσία. Ταύτας ἐκδοτέον ἐμοὶ ἔστι καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδεύοις, αἷς ἂν ἐγὼ ἐπιβιῶ· αἷς δ' ἂν μὴ, χαίροντων. Καὶ ὧν ἂν γένωνται οἱ πατέρες αὐτῶν ἐμοῦ πλουσιώτεροι, οὐκ ἐκδοτέον· τὰ δὲ νῦν ἐγὼ αὐτῶν εὐκωρότερος. Καὶ τὰς μητέρας δὲ αὐτῶν ἐγὼ ἐξέδωκα καὶ μετ' ἄλλων καὶ μετὰ Δίωκος. Ἡ μὲν οὖν Σπευσίππῳ γαμεῖται, ἀδελφῆς οὖσα αὐτῷ θυγάτηρ· δεῖ δὴ ταύτη οὐδὲν πλεον ἢ τριάκοντα μνῶν· μέτρια γὰρ αὐταὶ ἡμῖν προίτιες. — (80) Plutarchus Dion. 21. Vol. VI p. 186 seq. ed. Hutten. —

(81) Vid. not. 12. — (82) Plutarchus de exilio cap. 10 Vol. X p. 376 ed. Hutten. ἡ δ' Ἀκαδημία, τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον, οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβιούτων τὸν ἅπαντα χρόνον· πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἑαυτὸν ἔτος εἰς ἄστου κατὰ Διονυσίων καινοῖς τραγωδοῖς ἐπισκομοῦν, ὡς ἔρασαν, τὴν ἑορτήν Conf. C. F.

Hermann. *Gesch. und system der Plat. Phil.* Tom. I pag. 24. — (83) Diogenes Laertius III, 42 τὸ ἐν Εἰρεσιδῶν χωρίον. — (84) Epicrates ap. Athen. lib. II pag. 59. Τὶ Πλάτων καὶ Σπεύσιππος καὶ Μενέδημος πρὸς τίσις νυκτὶ διατρέβουσι; ποία φροντίς, ποῖος δὲ λόγος διερυνῆται παρὰ τοῖσιν; τάδε μοι πινυτώς, εἰ τι κατειδῶς ἦμεις, λέξον ποτὶ τὰς γὰς. B. ἀλλ' οἶδα λέγειν περὶ τῶνδε σαφῶς. Παναθηναίοις γὰρ ἰδῶν ἀγέλην μερακίων ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημίας ηκουσα λόγων ἀράτων ἀτόπων. Περὶ γὰρ φύσεως ἀποριζόμενοι διεχώριζον ζῶντα τε βίον δένδρων τε φύσιν λαχάνων τε γένη. Κἄτ' ἐν τοῦτοις τὴν κολοκύντην ἐξήταλον τίνας ἐστὶ γένους. A. καὶ τί ποτ' ἀρ' ὤρισαντο καὶ τίνας γένους εἶναι τὸ φυτὸν; δῆλωσον, εἰ κάτισθὰ τι. B. πρώτιστα μὲν οὐδὲ πάντες ἀναυδαίς τὸτ' ἐπέστησαν, καὶ κύψαντες χρόνον οὐκ ὀλίγον διεσφρόντιον. Κἄτ' ἐξαίφνης ἐτι κυπτόντων καὶ ζητούντων τῶν μερακίων λαχάνων τις ἐση στρογγύλον εἶναι, ποίαν δ' ἄλλος, δένδρον δ' ἔτερος. Ταῦτα δ' ἀκούων ἰατρός τις Σικελῆς ἀπὸ γὰς κατέπαρδ' αὐτῶν ὡς ληρούστων. A. ἡ ποὺ δευαῖς ὠργίσθησαν χλευάζεσθαι τ' ἐδόξασαν· τὸ γὰρ ἐν λῆσχασι ταῖσδε τοιαυτὴ ποιῆν ἀπερείς. B. οὐδ' ἐμίλησεν τοῖς μερακίοις. Ὁ Πλάτων δὲ παρών, καὶ μάλ' ἀπὸ πρῶτος, οὐδὲν

nibus disserebatur, omnesque diligenter magistrum rerum origines scrutantem vel de summo bono divinitus disputantem attendebant (85). Ludicri etiam sermones et joculariter dicta admittebantur, interdum litteris mandabantur (86). Porro ad decorum custodiendum Speusippus, Xenocrates, Aristoteles convivantibus bibendi leges scribebant (87). Ut paucis dicam, eam in hac familia vitam Speusippus egit, quam antiquus rhetor honorum contentioni et imperii cupiditati anteponebat d'ctaturæ perpetuæ comparavit (88). Musis in Academia sive aram sive templum Plato dicaverat (89). Deinde Speusippus, avunculi præcepta secutus, qui Gratiis semper sacrificari voluerat, museum ibi exstructum fictis earum imaginibus adornavit (90).

Postero tempore ibidem Platonis ipsius statua Silanonis manu facta quam Mithridates Persa ei consecraverat, conspiciebatur (91). Joculare est, quod de inventa a Speusippo fiscinarum commodè portandarum ratione accepimus (92). Sed quo animo Aristoteles in Platonem senem et familiares ejus fuerit, magna quæstio est. Ælianus (93) memoriæ prodit Platonem, cui Aristoteles ob cultum et habitum philosopho indignum displiceret, Xenocratem, Speusippum, Amyclam, alios illi præoptasse eosque tum aliis affecisse honoribus, tum ad colloquia admisisse. Quum igitur Xenocrates aliquando in patriam iter fecisset, Speusippus autem ægrota- ret, ideoque disputationi adesse non posset : Aristoteles Platonem jam octogenarium et me-

ὀρνθεῖς, ἐπέταξ' αὐτοῖς πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀφορίζεσθαι τίνος ἐστὶ γένους· οἱ δὲ διήρουν. Cf. Meinek. fragm. com. gr. vol. III pag. 370. Athenæus lib. XII pag. 548. a. οὐ γὰρ ἴνα συβρέντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῆς ἑως τοῦ ὄρθρου γενομένης τραπεζῆς ἀπολαύσωσιν, ἢ χάριν ἐξοικίας, ἐποίησαντο τὰς συνόδους ταύτας οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Σπεύσιππον, ἀλλ' ἴνα φαίνωνται καὶ τὸ θεῖον τιμῶντας, καὶ φυσικῶς ἀλλήλοις συμπαιφερόμενοι καὶ τὸ πλεῖστον ἔνεκον ἀνέσεως καὶ φιλολογίας. Cf. Eustath. comment. in Odys. lib. I, vs. 110 pag. 1398 ed. Rom. — (85) Vid. Hermann. l. I. 79 seqq. Themist. orat. XXI pag. 245. Platonis de summo bono doctrinam numeris Pythagoricis exornatam discipuli editis commentariis illustrarunt. Aristoxenus Harmon. II, 30 ed. Meibom. Alexander Aphrodis. apud Simplicium Commentar. in Aristot. auscult. phys. fol. 32. b. coll. 104. Cf. Brandisii diatr. acad. de perdit. Aristot. libris de ideis et bono, Bonn. 1823 pag. 21 seqq. Ravaisson. de Arist. Metaph. pag. 214 sq. et quos laudat Hermann. de I. I. pag. 710 sq. — (86) Plutarchus Conviv. disp. I Proem. Vol. XI pag. 2 ed. Huttén. ἐπεὶ δὲ καὶ σοὶ δοκεῖ πῶν μὲν ἀτόπων ἢ λήθη τῶ ὄντι σοφῆ κατ' Ἐδριπίδην εἶνα, τὸ δὲ βλαβ. ἀμνημονεῖν τῶν ἐν οὐκῶ, μὴ μόνον τῶ φιλοσοφῆ λεγομένων μάχεσθαι τῆς τραπεζῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἄλλοιμωστῶτους ἀντιμαρτυροῦντας ἔχειν, Πλάτωνα καὶ Ξενοκράτην, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Σπεύσιππον, Ἐπίκουρον τε καὶ Πρότανιν καὶ Ἰερώνυμον, καὶ Δίωνα τὸν ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς ἀξιόν τινος σπουδῆς πεποιτημένους ἔργον, ἀναγράφασθαι λόγους παρὰ πτότον γενομένους. — (87) Athenæus Epit. I pag. 3. f. οἱ Ξενοκράτης ὁ Χαλκιδόνιος καὶ Σπεύσιππος ὁ Ἀκαδημαῖος καὶ Ἀριστοτέλης συμποτικὸς νόμους ἐγραψαν. Conf. lib. V pag. 186. b. — (88) Themistius orat. XXXI de sedis prærogativa pag. 353 ed. Paris. 1684 ταύτην ἄρχει τὴν ἀρχὴν μέχρι νῦν ὁ Ἀρίστωνος, ταύτην Ἀριστοτέλης, ταύτην Σπεύσιππος, ταύτην Ξενοκράτης. Cf. Aristid. Platon. 45. vol. II pag. 109 ed. Dindorf. — (89) Olympiodorus vit. Plat. διδασκαλεῖον ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ συνστήσατο μέρος τι τούτου τοῦ γυμνασίου τέμενος ἀφορίσας τὰς Μούσας. Cf. vit. ap.onymi, Pausan. lib. I cap. 30, 2. — (90) Diogenes Laertius IV, 6 ὅς τις Χάριον Xenocrati dixit Plato. Id. IV, 1 Χαρίτων τε ἀγάλματα ἀνέθηκεν ἐν τῷ μουσεῖῳ τῷ ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Ἀκαδημίᾳ ἰδρυθέντι. — (91) Diogenes Laertius III, 25 ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων Φαβωρίνου φέρεται, ὅτι Μιθριδάτης ὁ Πέρσης ἀνδράντα Πλάτωνος ἀνέθετο εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, καὶ ἐπέγραψε Μιθριδάτης ὁ Ροδοδάτου Πέρσης Μούσας εἰκόνα ἀνέθετο Πλάτωνος, ἦν

Σιλανίων ἐποίησε. — (92) Diogenes Laertius IV, 3 καὶ πρώτος εὔρεν φ' ἐκ φορμῆς τῶν φρυγῶνων εὐσογὰ ποιῶσιν. — (93) Ælianus var. hist. III, 19 λέγεται τὴν διαφορὰν Ἀριστοτέλους πρὸς Πλάτωνα τὴν πρώτῃν ἐκ τούτων γενέσθαι. Οὐκ ἠρέσατο αὐτοῦ τῶ βίῳ ὁ Πλάτων, οὐδὲ τῇ κατασκευῇ τῆ περὶ τὸ σῶμα. Καὶ γὰρ ἐσθῆτι ἐχρήτο περιέργῳ ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ὑποδέσει· καὶ κουρὰν δὲ ἐκείρου καὶ ταύτην ἀθήη Πλάτωνι. Καὶ δακτυλίους δὲ πολλοὺς φορῶν ἐκαλλύνετο ἐπὶ τούτῳ. Καὶ μωκία δὲ τις ἦν αὐτοῦ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἀκαίρος στωμιλία λαλοῦντος κατηγορεῖ καὶ αὐτὴ τὸν τρόπον αὐτοῦ. Πάντα δὲ ταῦτα, ὡς ἐστὶν ἀλλότρια φιλοσόφου δηλοῦν· ἀπερ οὖν ὄρων ὁ Πλάτων οὐ προσίετο τὸν ἄνδρα, προσέτιμα δὲ αὐτοῦ Ξενοκράτην καὶ Σπεύσιππον καὶ Ἀμύκλαν καὶ ἄλλους, τῇ τε λοιπῇ δεξιούμενος αὐτοῦς τιμῆ, καὶ οὖν καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν λόγων. Ἀποδημίας δὲ ποτε γενομένης τῶ Ξενοκράτη εἰς τὴν πατρίδα, ἐπέθετο τῶ Πλάτωνι Ἀριστοτέλης, χαρὸν τινα τῶν ὁμιλητῶν τῶν αὐτοῦ περιητούμενος· ὧν ἦν Μνάσων τε ὁ Φωκαεύς, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. Ἐνόσει δὲ τότε ὁ Σπεύσιππος, καὶ διὰ ταῦτα ἀδύνατος ἦν συμβαδίζειν τῶ Πλάτωνι. Ὁ δὲ Πλάτων ὀδοσήμενος ἐτῶν ἑξαετῶν, ὁμοῦ τι καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπελολοῦσε τὰ τῆς μνήμης αὐτόν. Ἐπιθέμενος οὖν αὐτῷ, καὶ ἐπιβουλεύων ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ φιλοτιμίας πᾶν τὰς ἐρωτήσεις ποιούμενος, καὶ τρόπον τινα καὶ ἐλεγκτικῶς, ἀδικῶν ἅμα, καὶ ἀγνωμονῶν ἦν δῆλος. Καὶ διὰ ταῦτα ἀποστὰς ὁ Πλάτων τοῦ ἔξω περιπάτου ἔνδον ἐβάδιζε σὺν τοῖς ἑταίροις. Τριῶν δὲ μηνῶν διαγωνόμενος, ὁ Ξενοκράτης ἀφίκετο ἐκ τῆς ἀποδημίας, καὶ καταλαμβάνει τὸν Ἀριστοτέλην βαδίζοντα, οὐ κατέλιπε τὸν Πλάτωνα. Ὅρων δὲ αὐτὸν μετὰ τῶν γνωρίμων οὐ πρὸς Πλάτωνα ἀναγοροῦντα ἐκ τοῦ περιπάτου, ἀλλὰ καθ' αὐτὸν ἀπὸντα εἰς τὴν πόλιν, ἤρετό τινα τῶν ἐν τῷ περιπάτῳ, ὅποι ποτὲ εἴη Πλάτων· ὅπῳπτε γὰρ αὐτὸν μαλακίζεσθαι. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· ἐκείνος μὲν οὐ νοσεῖ, ἐνοχλῶν δὲ αὐτὸν Ἀριστοτέλης παραχωρήσαι πεποίηκε τοῦ περιπάτου, καὶ ἀναχωρήσας ἐν τῷ κήπῳ τῶ αὐτοῦ φιλοσοφεῖ. Ὁ δὲ Ξενοκράτης ἀκούσας παραχρῆμα ἤκε πρὸς Πλάτωνα, καὶ κατέλαβε διαλεγόμενον τοῖς σὺν αὐτῷ. Ἦσαν δὲ μάλα συγχολοὶ καὶ δξιοὶ λόγοι καὶ οἱ μέγιστα δοκοῦντες τῶν νέων ἐπιφανεῖς. Ἐπεὶ δὲ ἐπαίσιατο τῆς ὁμιλίας, ἠσπασάτο τε, ὡς τὸ εἰκόξ, τὸν Ξενοκράτη φιλανθρώπως, καὶ αὐ πάλιν ὁ Ξενοκράτης ἐκίειν ὁμοίως. Διαλυθείσης δὲ τῆς συνουσίας, οὐδὲν οὔτε εἰπὼν πρὸς τὸν Πλάτωνα Ξενοκράτης, οὔτε ἀκούσας, συναγαγὼν τοὺς ἑταίρους, καὶ τῶ Σπεύσιππῳ πᾶν λοχυρῶς ἐπέπληξε, παραχωρήσαντι τοῦ περιπάτου Ἀριστοτέλει· αὐτὸς τε ἐπέθετο τῶ Σταγειρίτῃ κατὰ τὸ καρτερόν. Καὶ εἰς τοσοῦτον περιήλαθε φιλοτιμία, ὡς ἐξελᾶσαι αὐτόν, καὶ ἀποδοῦναι τὸ σύνθηες χωρίον τῶ Πλάτ.

moria labentem impugnavit et captiosis interrogationibus adortus perfecit, ut senex locum suum in Academia relinqueret ac domi cum amicis se teneret. Tribus tandem mensibus interjectis Xenocrates redux, hanc rerum mutationem miratus, simul Speusippum reprehendit, quod Aristoteli cessisset, simul Stagiriten exagitatam Academiæ spatiis eiecit, Platonemque in pristinum gratiæ et honoris locum restituit.

Hanc narrationem alii repudiarunt, alii, inter quos Hermannus est, probaverunt luculentum auctorem Ælianum esse rati. (94). Utcunque est, tamen apparet Aristotelem jam Platone vivo ab Academia secessisse et Isocratis rhetoris gloria motum dicere etiam cœpisse adolescentes docere, ac sapientiæ studium cum eloquentia jungere (95). Quemadmodum vero nemo Isocrati infensus adversatus est (96) : sic eum Platoni obrectasse ista narratione facile adducor, ut credam (97). Cum illis vero qui ad Platonis senescentis auctoritatem se contulerant, Aristoteli non fuisse amicitiam ex iis quæ exposita sunt conficitur. Speusippum certe non modo Isocrati, verum etiam Platoni addictum, simultates cum Stagirite gerere oportebat. Quare nemo dubitabit, quin Speusippi libellus πρὸς Γρύλλον (98) Aristotelis commentario cognomini Γρύλλος ἢ περὶ ῥητορικῆς (99) oppositus fuerit. Videtur enim Speusippus Isocratem contra Aristotelem defendisse. Insuper mortuo Platone quo tempore Speusippus Academiam regere cœpit, Apollodorus (100) auctor est, Stagiriten relictis Athenis Hermiam adiisse. Neque tamen Aristoteles Speusippi doctrinam scriptaque contempsisse putandus est, ut qui ei superstes mortui libros tribus talentis emisse tradatur (101). Ex eo igitur fonte fluxit Aristotelis volumen de Speusippi et Xenocratis philosophia, memoratum a Diogene Laertio lib. V, 25. Quod quale fuerit, e variis Stagiritæ locis conjici potest, ubi vel Pythagoreorum aliquod dogma Speusippo pro-

batum Platonis decreto anteponit, vel omnino de Speusippo, Xenocrate, Platone judicat. Licet enim nonnunquam Speusippum vituperet, sæpius tamen ei quam Platoni favet, Xenocratis sententia fere ubique repudiata (102).

Plato, quem supremum diem primo Olympiadis 108 anno, ante Chr. 348 obiisse vidimus (103) cum alios testamenti executores, tum Speusippum (104) constituerat. Qui quum amici more majorum cœnam funebrem facerent, eam habuit orationem, quæ post hæc edita ac modo Πλάτωνος περιδείπνον modo ἐγκώμιον inscripta hominum manibus terebatur (105). Hinc petita esse verisimile est, quæ de Platonis vita et studiis incertis auctoribus apud Diogenem et alibi afferuntur. Quæ conjectura Diogenis et Apuleji, ni fallor, testimoniis confirmatur, qui quæ super cœlesti Platonis origine ac puerili ejus institutione scribunt, Speusippo se auctore posteris tradere profitentur (106).

Ab eodem Speusippo procul dubio sumserunt veteres, quæ de Socratis somnio rumore ac fama se accepisse testificantur (107). Quod reliquum est, pietatis erga Platonem specimen etiam dedit Speusippus facto epigrammate, quod præter duo alia philosophi monumento insculptum fuisse fertur.

Σώμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,  
[ τῶνος,  
ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

Leguntur hi versiculi in Anthologia Planudea. Simile quidem carmen est tetrastichon, quod refert Diogenes Laertius lib. III, 44, sed ejus tertium quartumque versum Speusippi non esse persuasum habemus (108).

Dixi supra (109) morte occubuisse Platonem, successore in Academia relicto Speusippo. Qui quoniam octo annos scholæ Platonice inde a centesima octava Olympiade præerat, quæritur, qualis hic successor fuerit philosophus. Non negamus, eum acceptam a tam præclaro viro

τωνι. — (94) Vid. Nunnes. ad Ammonii seu Philoroni vit. Aristot. pag. 73-75 ed. Luc. Holsten; Wynpersse de Xenocrate Chalcedonio p. 24 sqq; Trendelenburg. Platonis de Ideis et numeris doctr. ex Aristotele illustrata. Lipsiæ 1826; Hermannus libr. I, I p. 124-125. — (95) Cicero Tusc. I, 4. — (96) Cicero orat. 51. — (97) Cicero de or. III, 35 : Itaque ipse Aristoteles quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam disciplinæ suæ, versumque quandam de Philocteta paulo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse *tacere, quum barbaros* : hic autem, *quum Isocratem pateretur dicere*. Conf. Orat. 19. — (98) ap. Diog. Laert. IV, 4. — (99) Diog. Laert. V, 22. — (100) Ap. Diog. Laert. V, 9. —

(101) Diogenes Laertius IV, 5 ἐν δευτέρῳ ἀπομνημονευμάτων Φαβωρίνης φησιν ὡς Ἀριστοτέλης αὐτοῦ τὰ βιβλία τριῶν τάλαντων ὠνήσατο. Gellius Noct. Att. II, 17 : Aristotelem quoque traditum libros pauculos Speusippi philosophi, post mortem ejus, emisse talentis Atticis tribus. Ea summa fit nummi nostri HS duo et septuaginta millia. — (102) Vide fragm. 195-196-197-198. — (103) Vid. supra not. 25 et 26. — (104) Diogenes Laertius lib. III, 43 ἐπίτροποι δὲ Σωσθένης, Σπεύσιππος κτλ. — (105) Diogenes Laertius III, 2 Σπεύσιππος : ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περιδείπνῳ (sic leg. pro Πλάτωνος περιδείπνου). Idem IV, 5 Πλάτωνος ἐγκώμιον. Nam idem videtur fuisse opusculum. — (106) Vid. supra not. 5 et 7. — (107) Vid. not. 9. — (108) Vid. fragm. 186. — (109) Vid. su-

disciplinam tenuisse, quamquam partim multa a Pythagoreis mutuatus est, partim minus bene moratus fuit. Namque ut inter intelligentes talium rerum existimatores convenit, optimi Platonis discipuli Speusippus, Xenocrates et Aristoteles fuerunt. Ex his Aristotelis familiares Peripatetici dicti sunt, quia in Lyceo inambulantes disputabant: illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod fuit alterum gymnasium, cætus et sermones habere consueverant, e loci vocabulo nomen habuerunt. Nec tamen quisquam negavit Speusippum vel Platonis exemplo vel sua sponte sæpe ambulantes disse-ruisse, ut qui postea Academici vocati sunt

ipsius et Xenocratis auditores communi cum Aristotelis sectatoribus Peripateticorum nomine et possent appellari et frequenter appellarentur (110).

Erat Speusippo genus orationis cum lenitate quadam æquabili profuens, quod tum Platonis spiritum et copiam, tum Isocratis elegantiam numerosque exprimeret. Porro in mathematicis artibus Speusippus versabatur, quod eas cæteris disciplinis longe præstare (111) censeret. Dissendi subtilitatem cum partiendi distinguendique artificio conjunctam præeunte Platone studiose sectabatur (112). Contendit autem fieri non posse, ut quidquam definiamus, nisi omnia

pra not. 27. — (110) David. Proleg. in Aristot. Categ. in Scholl. Aristot. pag. 23 ed. Brandis. ἑβδομος τρόπος: τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἰρέσεων ὁ ὀνομασθεὶς ἀπὸ τινος συμβεβηκότος ὡς οἱ Περιπατητικοὶ ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος κατὰ περιπάτον τὴν συνουσίαν ποιουμένων διὰ τὸ ἅμα τῆ ψυχῇ τὸ σῶμα γυμνάζειν. Καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀναχωρήσαντος διαδέχεται τὴν σχολὴν αὐτοῦ Σπυσιππος ὁ υἱὸς τῆς Πρωτόνης; (leg. Ποτόνης) ἀδελφῆς τοῦ Πλάτωνος: οὐκ εὐτύχησε γὰρ τῆ καὶ τῆ ἀριστοτέλης μετασταλαίς γὰρ ἦν ὑπὸ Φιλίππου ἐν Μακεδονίᾳ ἐπὶ τὸ παιδεύσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, ὃν παραλαβὼν οὕτως ἐπαίδευσεν τὴν βασιλικὴν ἐπιστήμην ὡς ἐπιλέγειν τὸν Ἀλέξανδρον, ἥνικα μηδὲν ὠφέλησεν, ὅτι σήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδένα γὰρ εὐεργέτησα. Καὶ ποτε τοῦ Ἀριστοτέλους εἰπόντος ὅτι ἀπειροὶ κόσμοι κατὰ Δημόκριτον, ἐπιδαρῦσαι φασὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπόντα «οὐδ' ἑνὸς ὄλου κόσμου ἡδυνήθη ἐπικρατήσαι.» Ἐκεῖθεν δὲ ὑποστρέψας ὁ Ἀριστοτέλης διαδέχεται τὴν σχολὴν τοῦ Σπευσίππου σὺν Ξενοκράτῃ, καὶ ἀμφοτέροι ἐλέγνον Περιπατητικοὶ τοῖς τόποις διαφέροντες: οἱ μὲν γὰρ ἐκαλοῦντο Λυκικοὶ Περιπατητικοὶ ὡς οἱ Ἀριστοτελικοὶ, οἱ δὲ Ἀκαδημαῖκοι Περιπατητικοὶ οἱ τοῦ Ξενοκράτους. Τῶ χρόνῳ δὲ, οἷα συμβαίνει, ἐξέλιπε μὲν τὸ ὄνομα τοῦ τόπου καὶ ἐκαλοῦντο Περιπατητικοὶ χωρὶς τοῦ Λυκικοῦ οἱ Ἀριστοτελικοὶ, τῶν δὲ Ξενοκρατέων ἐξέλιπε τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα καὶ ἐκαλοῦντο Ἀκαδημαῖκοι. Περιπατητικοὶ οὐν ἐκαλοῦντο οὐχ ὅτι κατὰ περιπάτους ἐξηγοῦντο, ἀλλ' ὅτι διεδέξαντο τὴν σχολὴν τοῦ Πλάτωνος διὰ μέσου Σπευσίππου κατὰ περιπάτους ποιουμένου τὰς ἐξηγήσεις. Philoponus in Aristot. Categ. init. in Scholl. Aristot. pag. 35 ed. Brandis. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Πλάτων ἐξηγουμένος ἐβάδιζε, θλίων τὸ ἑαυτοῦ σῶμα γυμνάζειν ὡς ἂν μὴ ἀσθενέστερον γεγονός ἐμποδῶν γένοιτο ταῖς ψυχικαῖς ἐνεργείαις, οἱ διαδεξάμενοι αὐτὸν ὀνομάσθησαν οὕτως, οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. Διεδέξαντο δὲ ὁ Ξενοκράτης καὶ ὁ Ἀριστοτέλης, ὧν ἐν Λυκείῳ μὲν ἐπαίδευσεν Ἀριστοτέλης, ὁ δὲ Ξενοκράτης ἐν Ἀκαδημίᾳ: ὕστερον δὲ τοῖς μὲν ὁ τόπος ἐξέλιπε, καὶ ὀνομάσθησαν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τοῦ διδασκάλου Περιπατητικοί, τοῖς δὲ ἡ ἐνεργεία, καὶ ὀνομάσθησαν ἀπὸ τοῦ τόπου Ἀκαδημαῖκοι. — (111) Cf. Plato de Republ. VII pag. 521 sqq. Plotinus Ennead. lib. I p. 20. F. (p. 42 ed. Creuzer.) ἡ δὲ φιλόσοφος τὴν φύσιν ἔτοιμος οὗτος καὶ ὅλον ἐπιτερωμένος, καὶ οὐ δεόμενος χωρίζεσθαι, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οὗτοι, κεινημένος πρὸς τὸ ἄνω. Ἀπορῶν δὲ τοῦ δεικνύντος δεῖται μόνον. Δεικτέον σὺν καὶ λυτέον βουλόμενον καὶ αὐτὸν τῆ φύσει καὶ πάλαι λαλόμενον. Τὰ μὲν δὴ μαθήματα δοτέον πρὸς συνθεσίμων κατανοήσεως καὶ πίστει ἁσωμάτου. Καὶ γὰρ βῆδιον (leg. βῆδαι) δέκεται, φιλομαθῆς ἄν, καὶ φύσει ἐνάρετον τὸ πρὸς τελείωσιν ἀρετῶν ἄκτεον. Καὶ μετὰ τὰ μαθήματα λόγου; διαλεκτικούς δοτέον, καὶ ὅλους διαλεκτικῶν

ποιητέων. De artium mathematicarum studiis, quæ in Academia viguerunt, tractavit Syrianus Comment. in Aristot. Met. lib. XII pag. 56 sqq. interp. lat. Venet. 1558. De mathematicæ autem principijs pauca e Speusippi libris excerpta reperiuntur apud Proclum Diadochum in prim. Euclid. element. lib. II, 8 p. 22 ed. Basil. 1533, pag. 45 interp. lat. Patav. 1560. Vid. fragm. 229. — (112) Plato Phædr. pag. 266 b. τούτων δὲ ἔγωγε αὐτό; τε ἔραστῆς, ὃ Φαίδρε, τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν, ἔν' ὁλῆς τε ὃ λέγειν τε καὶ φρονεῖν κτλ. Id. Sophist. p. 253. D. τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μῆτε ταῦτ' εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι, μῆτε ἕτερον ἐν ταῦτ' ὃν, μὴν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι; Dionysius Halicarnassensis Art. rhetor. XI, 7 Vol. V pag. 407 ed. Reisk. ἡ γὰρ τέχνη τῆς διαιρέσεως, ὡς φησὶν ὁ Πλάτων, διαιρέσεις καὶ συναγωγὰς, δεῖξαι τὰ εἶδη πόσα ἐστὶ καὶ πόσας ἔχει τομὰς, καὶ πάντα συναγαγεῖν εἰς ταῦτ'. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ διαιρέσεως τέχνη, ἐν πολλὰ, πολλὰ ἐν. Alexander Aphrodisiensis Poleg. in Aristot. top. pag. 3 [cf. Scholl. Arist. pag. 251 ed. Brandis.] τὴν μὲν πρόθεσιν τὴν κατὰ τὴν τοπικὴν πραγμασίαν, καὶ πρὸς πόσα τε καὶ τίνα χρήσιμὸς ἐστὶ τῷ φιλοσόφῳ ἢδε ἡ μέθοδος, καὶ τί τὸ τέλος αὐτῆς, αὐτὸς λέγει, τὸ μὲν ἀρχόμενος εὐθὺς τὸ δὲ ὀλίγον προσελθὼν, δι' ὧν γινώσκον ποιεῖται ὅτι καὶ τοῖς προηγουμένως φιλοσοφοῦσιν ἀξία σπουδῆς ἡ διαλεκτικὴ πρὸς τὴν εὐρεσιν τῆς ἀληθείας αὐτῆς συντελοῦσα, ὃ τέλος ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας θεωρίας. Ἡμεῖς δὲ καλῶς ἔχει προειδέναι ὅτι τὸ τῆς διαλεκτικῆς ὄνομα οὐκ ἐπὶ ταῦτ' ὀνομαζόμενον πάντες οἱ φιλόσοφοι φέρουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ὀρίζονται τὴν διαλεκτικὴν ἐπιστήμην τοῦ εὐ λέγειν ὀρίζονται, τὸ δὲ εὐ λέγειν ἐν τῷ ἀληθῆ καὶ προσήκοντα λέγειν εἶναι τιθέμενοι, τοῦτο δὲ ἴδιον ἡγουμένοι τοῦ φιλοσόφου κατὰ τῆς τελειωτέτης φιλοσοφίας φέρουσιν αὐτό, καὶ διὰ τοῦτο μόνος ὁ φιλόσοφος κατ' αὐτοῦς διαλεκτικός. Πλάτων δὲ τὴν διαιρετικὴν μέθοδον ἐξυμνῶν καὶ θρυγῶν αὐτὴν φιλοσοφίας λέγων, ταύτης δὲ θέμενος ἔργον εἶναι τὸ δύνασθαι τὸ τε ἐν πολλὰ ποιεῖν καὶ τὰ πολλὰ εἰς ἐν συνάγειν, ὅπερ ἂν εἴη ἴσον τῷ τὰ γένη δύνασθαι διαιρεῖν εἰς εἶδη καὶ εἰς τὰ ὑπὸ ταῦτα καὶ πάλιν τὰ άτομα συντιθέναι τε καὶ εἰς ἐν γένος ἀνάγειν τε καὶ συγκεφαλαιοῦσθαι, τὴν αὐτὴν ταύτην καὶ διαλεκτικὴν καλεῖ. Io. Philoponus ad Aristot. Analyt. post II, 5 fol. 78. b. [in Scholl. Arist. pag. 243. a. ed. Brandis] οἱ περὶ Πλάτωνα ἐπιτερωτὸν διὰ τῆς διαιρετικῆς μεθόδου συλλογίζεσθαι καὶ ἀποδεικνύναι τὸδε ὀρισμὸν εἶναι τοῦδε, λέγοντες ὡς εἰ ὁ ὀρισμὸς ἐκ γένους καὶ συστατικῶν διαφορῶν σύγκειται, ἐδείξαμεν διὰ τῆς διαιρετικῆς; καὶ τὸ ζῶον ὑπάρχειν τῷ ἀνθρώπῳ, ἐκάστην διαφορῶν, ἦσθαι τὸ πρὸν καὶ τὸ δέπου ὀρισμὸν εἶναι τοῦ ἀνθρώπου. —

perspexerimus, rerum investigationem comparationemque certis definitionibus præferens (113). Etsi vero omnem divisionem ac definitionem refellere videbatur, tamen rerum multitudinem, ut digerendam esse ratus, ut similia similibus jungerentur, multo plura quam Plato vel scientiæ pervestigatione vel disserendi ratione comprehendit.

Quocirca quod præclare Cicero ait, omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habere quoddam commune vinculum et quasi cognitione quadam inter se contineri (114): id, si credimus Diodoro in Commentariis, primus perspexit Speusippus (115). Verum quemadmodum multa diligentius cognovit, de iisque subtilius scripsit, quam Plato: sic non pauca quæ ipse intacta dimisisset aliorum ingeniis expolienda et accuratiore consideratione perspicenda reliquit (116). De reliquo quum aliæ res sub sensu caderent, aliæ mente cernerentur, harum iudicem esse dixit Speusippus rationem scientiæ præditam, illarum vero observationem subtilem. Atque hanc observationem subtilem putavit esse participem veritatis rationi consentaneæ. Ut enim tibicinis aut psaltæ digiti artis factitandæ facultatem habent, non in ipsis quidem præcipue consummatam, sed exercitationibus rationi convenientibus perfectam: atque ut musici sensus facultatem habet percipiendi congruentis ac discrepantis concentus, non nativam quidem, sed rationi convenienter adeptam; ita etiam subtilis observatio secundum naturam ratione magnum rerum incorrupte iudicandarum usum consequitur (117). Sed haud scio an Speusippus multo plus sensibus quam magister tribuerit. In principiis rerum exponendis ab ideis Platoniceis discessit, initia simplicissima rerumque varietati accommodata commentus. Sumebat videlicet Speusippus cum Pythagoreis, decem esse rerum principia, qui-

bus opposita decem altera ex parte responderent, ita ut duplex inde principiorum ordo sive συστοιχία oriretur. Quod his verbis testatur Aristoteles *Metaph. I, 5* ἑταροὶ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας καὶ ἀπειρον, περιττὸν καὶ ἄρτιον, ἕν καὶ πλῆθος, δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ἄρβρον καὶ θῆλυ, ἡρεμοῦν καὶ κινούμενον, εὐθὺ καὶ καμπύλον, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακόν, τετράγωνον καὶ ἑτερόμηκες. Principia autem non, ut Plato, sola mente intelligi, sed sensibus percipi posse censuit. Quum ergo unum in bonorum numero reponat, placet ei bonum non esse rem solam per se, sed rerum multitudinem ejus unitate contineri. Quapropter Pythagoreorum dogma Speusippo probatum Platonis decreto antefert Aristoteles, quia omnia bona ad unum bonum, quod est in rebus humanis referebant, non ad unam illam boni speciem, quæ ab omni concrezione mortali segregata est (118).

Ad hæc Speusippus ait, voluptatem, etsi oppositam dolori, qui sit malum, ideo tamen non esse bonum; nam sicut voluptas et dolor opposita sint bono, ita et majus et minus opposita esse æquali: non tamen majus, oppositum minori quod sit inæquale, per se jam æquale fieri. Hanc solutionem Aristoteles non admittit, quia sequeretur, voluptatem esse malum, quum voluptas et dolor bono sint opposita. Huc accedit Gellii auctoritas, qui *Noct. Attic. IX, 5* ita scribit: « Speusippus vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala esse dicunt opposita inter sese, bonum tamen esse quod utriusque medium foret. » Ubi apparet voluptatem hilarem animi corporisque affectionem appellari, contra dolorem utriusque cruciatum intelligi, quorum medium statuunt firmam corporis constitutionem, quam Galenus lib. I de morb. cogn. sanitatem definit (119).

(113) Vid. fragm. 204. 205. 206. — (114) Cicero pro Arch. post. cap. 1. — (115) Diogenes Laertius IV, 2 οὗτος πρῶτος, καθά φησι Διόδωρος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ, ἐν τοῖς μαθήμασιν ἰδίασατο τὸ κοινὸν καὶ συνεκίωσα καθόσον ἦν δυνατόν ἀλλήλοισ. At Cicero Platonem ipsum jam ita judicasse auctor est. Nam de orat III, 6 Est etiam, inquit, illa Platonis vera et tibi, Catule, certe non inaudita vox: omnem doctrinam harum ingeniarum, et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri; ubi enim perspecta vis est rationis ejus, qua causæ rerum atque exitus cognoscuntur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur. » Erunt fortasse qui huc trahant Platonis verba de Rep VII pag. 531. D. εἰκός γ', ἔρη. Οἶμαι δὲ γ', ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ τούτων πάντων ὧν διεληθθαμεν μέθοδος ἕαν μὲν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων κοινωνίαν ἀφίκηται καὶ συζυγείαιαν, καὶ συλλογισθῆ

ταῦτα ἢ ἔστιν ἀλλήλοισ οικεία, φέροντι αὐτῶν εἰς ἃ βουλόμεθα τὴν πραγματείαν, καὶ οὐκ ἀνόητα πονεῖσθαι· εἰ δὲ μή, ἀνόητα. Sed planius atque apertius hoc dicitur in Epinomide, incerti scriptoris libro, pag. 992. A. δεσμός γὰρ πεσοκῶς πάντων τούτων εἰς ἀναφανήσεται διανοουμένοις. Id saltem apparet Speusippum et Xenocratem viam Platonis vestigiis tritam longius esse progressos. De Xenocrate vide Sextum Empiricum adv. Math. VII, 16. — (116) Proclus in Euclid. elem. lib III p. 50 ed. Bas. p. 102 int. lat. Vid. fragm. 230. — (117) Sextus Empiricus adv. Math. VII, 145-146 pag. 402 ed. Fabric. [pag. 228 ed. Bekker.] Vid. fragm. 203. —

(118) Aristoteles Ethic. Nicomach. I, 4 pag. 1096. B. ed. Bekker. Vid. fragm. 195. — (119) Aristot. Ethic. Nicomach. lib. VII cap. 14 p. 1153. B. ed. Bekker. Vid.

Cæteroqui Speusippus, Aristotele teste, plures naturas ab uno orsus constituit, et principia uniuscujusque naturæ, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animi; atque hoc quidem modo extendit naturas. Constat enim Platonem omnem rerum varietatem in tria genera digessisse, quorum unum ideas, aliud formas geometricas cum numeris, tertium res sensibus subjectas complectitur. Hæc ita suspicamur auxisse Speusippum, ut quæ eidem generi subesse voluerat Plato, velut formas geometricas cum numeris, ea non solum aliter divisa novis generibus illustraret et partibus distribueret, sed suum cuique generi etiam principium assignaret (120).

In definienda boni natura ad Pythagoricorum placitum regressus a Peripateticis dissentit Speusippus. Docuit Aristoteles deum æternum et optimum hujus universitatis esse principium. Quo posito reprehendit tum Pythagoricos tum Speusippum, quod bonitatem et pulchritudinem a principio rerum segregandam et ad earum finem transferendam esse existimarint. Nempe illi in fraudem inciderunt singularum rerum consideratione decepti, quarum initia ac semina manca quidem atque imperfecta sunt, sed repetenda tamen e causis antecedentibus iisque perfectis. Neque vero propterea Speusippi sententia aspernanda est (121). Idem deum mentem nec uni nec bono æqualem, sed propriæ naturæ esse voluit (122). Ad hoc deum vim appellat eamque animale, qua omnia regantur (123). Quid? quod animi naturam in forma rei quoquoersus per hanc universitatem intentæ et comitantis posuit (124). Animum de magistri sententia triplicem finxit, cujus principatum, id est rationem, in capite, tanquam in arce, posuit; et duas partes parere voluit, iram et cupiditatem: quas locis ita disclusit, ut iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locaret. Licet autem Plato animi partem ratione præditam solam immortalem esse duceret, reliquas duas morti addiceret: Speusippus tamen et Xenocrates totum animum corporis vincu-

lis exsolutum sempiternum (125) fore dixerunt.

Sequitur, ut de ingenii monumentis quibus Speusippus nomen suum posteris commendavit, breviter dicamus. Librorum ejus duplex genus notatur, dialogi et commentarii sive ὑπομνήματα (126). E dialogis nescio an celeberrimus fuerit is qui Ἀρίστιππος inscribatur. Commentariorum ejus ingens fuit varietas, quippe qui nunc Platonis nunc aliorum philosophorum (127) dogmata sive explicata (128) sive confutata (129), nunc philosophiæ formulam ab ipso Speusippo compositam continent. Est autem credibile dialogos a Speusippo eleganter ad Platonis normam scriptos rerum et verborum copia abundasse, at ὑπομνήματα fuisse opuscula nondum ad editionem exposita. Ejusdem generis esse liquet volumina, quæ Commentariorum ordines (τάξεις ὑπομνημάτων) et Commentariorum dialogi (ὑπομνηματικοὶ διάλογοι) inscribentur. Oportet enim intelligi dialogos ad commentariorum similitudinem accedentes, quibus scriptor extremam manum non imposuit (130). Scimus ὑπομνήματα vocari sæpenumero etiam accuratas et meditata commentationes, sed Speusippeos illos dialogos cum hypomnematum turba libros ex tempore et negligenter scriptos fuisse nobis persuasimus (131). Reliqua quæ ad celebrandas Platonis laudes pertinent scripta, περίδειπνον vel ἐγκώμιον, item epigramma et epistolas jam supra attigimus. Subjiciamus nunc Speusippeorum voluminum enumerationem e Diogenis Laertii lib. IV, 4-5 depromptam:

- (1) περὶ πλούτου, α'.
- (2) περὶ ἡδονῆς, α'.
- (3) περὶ δικαιοσύνης, α'.
- (4) περὶ φιλοσοφίας, α'.
- (5) περὶ φιλίας, α'.
- (6) περὶ θεῶν, α'.
- (7) φιλόσοφος, α'.
- (8) πρὸς Κέφαλον, α'.
- (9) Κέφαλος, α.
- (10) Κλεινόμαχος ἢ Λυσίας, α'.
- (11) Πολίτης, α'.
- (12) περὶ ψυχῆς, α'.

fragm. 196. — (120) Vid. fragm. 197. — (121) Aristoteles Metaph. XI, 7 pag. 1072. B. ed Bekker. Vid. fragm. 198. — (122) Stobæus Ecl. phys. et eth. lib. I cap. 2, 28 pag. 58 ed. Heeren. Vid. fragm. 200. — (123) Cicero de nat. deor. I, 13. — (124) Stobæus Ecl. phys. et eth. lib. I cap. 52 pag. 862 ed. Heeren. Vid. fragm. 201. — (125) Vide Olympiodori Commentarium ined. in Plat. Phædon. apud Victor. Cousin. in Journal des Savants 1835 pag. 145. — (126) Diogenes Laertius IV, 4 καταλόγους δὲ πλείους ὑπομνήματα καὶ διαλόγους, ἐν οἷς καὶ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον. — (127) Talem numeramus

libellum περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν in Theologumenis Arithmetica citatum. — (128) Schol. cod. Reg. 1853 ad Aristot. de celo I, 10 pag. 489. a. ed. Brandis. ὁ Ξενοκράτης καὶ ὁ Σπεύσιππος ἐπιχειροῦντες βοηθῆσαι τῷ Πλάτωνι ἔλεγον ὅτι οὐ γενητὸν τὸν κόσμον ὁ Πλάτων ἔδοξαζεν, ἀλλὰ ἀγένητον, χάριν δὲ διδασκαλίας καὶ τοῦ γνωρίσαι καὶ παραστήσαι αὐτὸ ἀκριβέστερον ἔλεγε τοῦτον γενητὸν. — (129) Huc referimus librorum indices πρὸς Κέφαλον, πρὸς Γρόλλον, πρὸς τὸν Ἀμάρτυρον. — (130) Cf. Wytttenbach. epist. ad Heusidium in Opusc. vol. II pag. 22 seq. —

(131) Vide Stephani Thesaur. s. v. ὑπόμνημα.

13. πρὸς Γρύλλον, α'.  
 (14) Ἀρίστιππος, α'.  
 (16) Τεχνῶν ἑλεγχος, α'.  
 (16) Ὑπομνηματικοὶ διάλογοι.  
 (17) Τεχνικόν, α'.  
 (18) Διάλογοι τῶν περὶ τὴν πραγματείαν ὁμοίων,  
 α', β', γ', δ', ε', ς', ζ', η', θ', ι'.

Amplissimum opus e decem libris compositum atque omnis generis similitudines complexum, cujus memoriam crebro usurpat Athenæus. Vid. fragm. 209-210. 211 et quæ sequuntur usque ad 225. Adde Suidam voc. πηλίον ubi restituendum est ἐν τῷ β' pro ιβ'. Conf. Photii lexicon pag. 316. ed. Hermann.

(19) Διαίρεσεις καὶ πρὸς τὰ ὅμοια ὑποθέσεις.

(20) περὶ γυνῶν καὶ εἰδῶν παραδειγμάτων. De generibus et formis exemplorum. Huc spectat locus apud Simplicium in Aristotelis Categorias fol. 2. cf. Scholl. Arist. pag. 41 ed. Brandis. Vid. fragm. 208.

(21) πρὸς τὸν Ἀμάρτυρον.

Confer quæ dixi de Antisthenis disputatione περὶ τὸν Ἰσοκράτους Ἀμάρτυρον in Philos. Græc. Vol. II pag. 270. Videtur enim eandem Isocratis orationem quæ Antistheni displicuit, Speusippus quoque composito libello exagitasse.

(22) Πλάτωνος ἐγκώμιον.

(23) Ἐπιστολαὶ πρὸς Δίωνα, Διονύσιον, Φίλιππον.

(24) Περὶ νομοθεσίας.

(26) Μαθηματικός.

(28) Μανδρόβουλος.

Cf. Lucian. merced. cod. 21. Alciph. 1, 9. Zenob. 3, 82.

At codex Laurentianus LXIX præbet Ἀνδρόβουλος. Cf. Herodot. VII, 141. Res incerta est.

(27) Λυσίας.

(28) Ὅροι.

Definitiones, quæ ætatem tulerunt, in decem Platonis codicibus leguntur. Eorum unus Vindobonensis 32 titulum addit Ὅροι Σπευσίππου τοῦ Πλάτωνος recentiore manu scriptum, qui in reliquis membranis desideratur. Non audiendus est Ammonius in voce παιδεύσεις Platoni libellum hunc tribuens. Verba ejus sunt : παιδεύσεις καὶ παιδεία διαφέρει, ὥς φησι Πλάτων ἐν ἑροις. Παιδεία

μὲν γὰρ ἐστὶ δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς, παιδεύσεις δὲ παιδείας καὶ ἀρετῆς παραδόσεις, καὶ ἐκ παιδὸς ἀρετῆ ἐπ' ἀρετὴν ὀδηγοῦσα. Nam etsi hæ definitiones e Platonis dialogis collectæ sunt, tamen Speusippus potius quam ipse Plato eas collegisse putari debet. Itaque sub Speusippi nomine jam pridem latine a se versas edidit Marsilius Ficinus. Vide Fabricii Bibl. Græc. Vol. III pag. 109 sq. et 187 ed. Harl.

(29) Τάξεις ὑπομνημάτων.

Omisit Diogenes Laertius libros πρὸς Κλεοφῶντα memoratos a Clemente Alexandrino Strom. lib. II pag. 367. a. ed. Sylburg. (132). Possis etiam Speusippi scriptis adjicere commentarium περὶ φιλοσόφων, cujus meminit Laertius lib. IX, 23 (133), nisi forte existimandum est, illud opus non fuisse diversum ab eo cui περὶ φιλοσοφίας titulus erat. Multa scripsisse Speusippum indicat etiam versuum numerus, e quibus ejus volumina constabant. Fuerunt igitur quadragies ter mille ducenti septuaginta quinque (134). Cæterum quæ horum librorum fragmenta ad nostram memoriam manserunt, omnia infra proponam.

Quamdiu per valetudinem licuit, videtur Speusippus scholæ Platonice præfuisse; sed postquam morbo articulari afflictus est, collegam atque adeo successorem circumspexit. Itaque Xenocratem peregrinantem per litteras adiit, eumque etiam atque etiam rogavit, ut academice regendæ provinciam deposituro sibi succederet (135). Successit Xenocrates Speusippo Lysimachide apud Athenienses prætore secundo Olympiadis 110 anno vel ante Chr. 339. Hæc animum inclinant, ut Speusippum etiam post illud tempus in vita mansisse credam, quando eum interdum plostello vectum Academiam visisse proditum est. Ibi accidisse ajunt, ut quum Diogeni Cynico aliquando obviam factus hominem inurbanum salvere jussisset, Cynicus ipsum ludibrio haberet. Respondit enim : *at tu ne salve, qui talem vitam degere sustineas*, hortatusque est, ut mortem ipse sibi conscisceret. Tum ille : *Non cruribus*, inquit, *vivimus, sed mente*. (136) Nihilominus postremo philosophum senio

(132) Vid. fragm. 193. — (133) Diogenes Laertius lib. IX, 23 ὥς φησι Σπεύσιππος ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων. — (134) Diogenes Laertius lib. IV, 5 στίχοι μ, γ, σ, ο, ε'. Ita enim emendo vulgatam scripturam μ, γ, δ, ο, ε'. Patet autem codicis Laurentiani monstra στίχοι μ, γ, β, δ, ο, ε' ferri nullo modo posse. —

(135) Diogenes Laertius lib. IV, 3 ἦδη δὲ ὑπὸ παραλύσεως καὶ τὸ σῶμα διέφθαρτο, καὶ πρὸς Ξενοκράτην διεπέμπετο παρακαλῶν αὐτὸν ἐλθεῖν καὶ τὴν σχολὴν διαδέξασθαι. Themist. orat. XXI pag. 255 ed. Pelav. διὰ τοῦτο Σπεύ-

σιππος ἐκ Χαλκηδόνος μετεπέμπετο Ξενοκράτην. Galenus de histor. phil. cap. 2 (tom. XIX pag. 226 ed. Kuhn) Σπεύσιππος μὲν οὖν χρόνον τινὰ βραχὺν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αἰρέσεως διαμεμενηκώς, ἀρθριτικοῖς δὲ νοσήμασι περιπεσὼν Ξενοκράτην ἀντ' αὐτοῦ κατέστησε, τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων ἐξηγητήν. Adde fragm. 189. 190. — (136) Diogenes Laertius lib. IV. 3 Φασὶ δὲ ἐφ' ἀμαξίου αὐτὸν φερόμενον εἰς τὴν Ἀκαδημίαν συναντήσασαι Διογένην καὶ Χαῖρε εἰπεῖν, τὸν δὲ φάναι, Ἄλλὰ μὴ σύ γε, ὅστις ὑπομένεις τὴν τοιοῦτος ὄν. Stobæus Floril. CXIX, 17 Σπεύσιππῳ παραλυθέντι τὰ

confectum et mœrore afflictum voluntaria morte obiisse narrat (137). Hanc narrationem verisimilem esse, nemo non videt. Quare Scaligero probatur ad Euseb. Chron. pag. 225 (138) et ab ipso Laertio carmine celebrata est, quod e Jacobsii emendatione (139) sic scribitur :

Ἄλλ' εἰ μὴ Σπεύσιππον ἐμάνθανον ὧδε θανεῖσθαι,  
οὐκ ἂν ἔπεισέ μὲ τις τόδε λέξαι,  
ὡς ἦν οὐχὶ Πλάτωνι πρὸς αἵματος· οὐ γὰρ ἄθυμῶν  
κάτθανεν ἂν διὰ τι σφόδρα μικρὸν.

Memoria lapsus est Diogenes, qui famam etiam fuisse ait, Speusippum morbo pediculari consumtum esse atque ejus rei auctorem Plutarchum laudat. Nam tale quid apud Plutarchum neque in Lysandri neque in Sullæ vita, ut Diogenes vult, relatum legitur (140). Ut autem rebus commenticiis fidem adjungere non debemus : ita non audiendus est Tertullianus qui Apolog. cap. 46 : *audio*, inquit, *et quendam Speusippum de Platonis schola in adulterio periisse*. Tempus denique, quo ex hominum vita demigravit Speusippus, sine dubio ante tertium Olympiadis 111 annum vel ante Chr. 334 poni oportet, quo anno Aristoteles rursus Athenas habitatum concessit, et quum Xenocrates academiam regeret, in lyceo scholis apertis alter quasi Platonis successor nominari cœpit (141). Jam, ut pauca superioribus adjungamus, natura Speusippo corpus molle et fluidum (142) attribuit. Porro minus bene moratus fuit. Nam et iracundum et voluptarium fuisse hominem veteres testantur. Quo in genere Diogenes narrat, eum aliquando ira inflammatum caniculam suam in puteum abjecisse (143). Ipse quidem apud Clementem docet (144), si quis beatus esse velit, eum naturæ congruenter vivere debere

ac si ad talem vitam simul virtutes adjecerit, beatum fore. Sed mihi mores philosophi nostri cum præceptis ejus contententi vere videtur Corn. Nepos apud Lactantium divin. instit. lib. III cap. 15 de philosophorum vulgo judicasse. « Tantum abest, inquit, ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam beatæque vitæ perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse magistros vivendi, quam plerisque qui in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum qui in schola de pudore et continentia præcipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. » Neque tamen diffitendum est, Platonis disciplinam ad emendandos Speusippi mores multum valuisse, adeo ut omnibus artibus politus et facetus existimaretur. Citetur testis Dion qui Athenis Speusippi amicitia usus est discedensque ex illa urbe agrum antea emptum ei donavit (145).

Ad hæc quæ apud Hesychium exstant verba : *Συβώτας· Σπεύσιππος ὁ φιλόσοφος· ζῆδόν τι*, a nemine probabiliter exposita, mutanda putamus in τροφίας· Σπεύσιππος ὁ φιλόσοφος· ζῆδόν τι. Facile videlicet ΤΡΟΦΙΑΣ in ΣΥΒΩΤΑΣ abire poterat. Errorem autem non librariorum, sed ipsius Hesychii coarguimus, qui vocem mendose scriptam nec satis intellectam lexico suo inseruit. Quod superest, nemo Speusippum illud vocabulum usurpasse mirabitur qui Aristotelem etiam libro octavo historiæ animalium eo usum esse meminerit.

Frigidum nobis et jejenum videtur, quod Platonicus philosophus homini opulento qui deformem mulierem amaret, dixisse traditur : *Quid ista tibi opus est? ego tibi decem talentis formosiorē inveniam* (146).

σκέλη Διογένης ἐξαγαγεῖν αὐτὸν τοῦ βίου παρήγει, ὁ δὲ, οὐ τοῖς σκέλεσιν, ἔφη, ζῶμεν, ἀλλὰ τῷ νῷ. — (137) Diogenes Laertius IV, 3 καὶ τέλος ὑπὸ ἀθυμίας ἐκὼν τὸν βίον μετήλλαξε γρηραῖος ἄν. — (138) Cf. Petav. rat. tempor. lib. III, 13 pag. 162. — (139) Anthol. græc. VII, 101 pag. 293 ed. Dubner. — (140) Diogenes Laertius IV, 4 Πλούταρχος δὲ φησὶν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα φθεῖρσιν ἐκζεῖσαι αὐτόν. — (141) David. Prolegg. in Aristot. Categ. pag. 24 ed. Brandis. ἐμαίθεν δὲ ὑποστρέψας ὁ Ἀριστοτέλης διαδέχεται τὴν σχολὴν τοῦ Σπεύσιππου σὺν Ξενοκράτῃ, καὶ ἀμφοτέροι ἐλέγοντο Περιπατητικοὶ τοῖς τόποις διαφέροντες· οἱ μὲν γὰρ ἐκαλοῦντο Λύκειοι Περιπατητικοὶ ὡς οἱ Ἀριστοτελικοὶ, οἱ δὲ Ἀκαδημαῖοι Περιπατητικοὶ οἱ τοῦ Ξενοκράτους. Τῷ χρόνῳ δὲ, ὅσα συμβαίνει, ἐξέλιπε μὲν τὸ ὄνομα τοῦ τόπου καὶ ἐκαλοῦντο Περιπατητικοὶ χωρὶς τοῦ Λύκειοι οἱ Ἀριστοτελικοὶ, τῶν δὲ Ξενοκρατείων ἐξέλιπε τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα καὶ ἐκαλοῦντο Ἀκαδημαῖοι. — (142) Diogenes Laertius IV, 4 ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα διακεχυμένον, ὡς φησὶ Τιμόθεος ἐν τῷ περὶ βίων. —

(143) Diogenes Laertius lib. IV, 1 οὐ μὴν τὸ γε ἦθος διεμίμνε τοιοῦτος (ὁὗτος ὁ Πλάτων)· καὶ γὰρ ὄργιλος καὶ ἠδωνῶν κρείττων ἦν. Φασὶ γοῦν αὐτὸν ὑπὸ θυμοῦ τὸ κυνίδιον

εἰς τὸ φρέαρ ρίπει. Suidas v. Σπεύσιππος· αὐστηρὸς τὴν γνώμην, εἰς ἄκρον ὀξύθυμος. —

(144) Clemens Alexandrinus Strom. lib. II pag. 418. d. ed. Sylburg. Σπεύσιππος τε, ὁ Πλάτωνος ἀδελφεοῦς, τὴν εὐδαιμονίαν φησὶν ἔξιν εἶναι τελείαν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν, ἢ ἔξιν ἀγαθῶν· ἢς δὴ καταστάσεως ἀπαντας μὲν ἀνθρώπους ὁρεῖν ἔχειν, στοχάζεσθαι δὲ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς ἀοχλησίας. Εἰεν δ' ἂν αἱ ἀρεταὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀπεργαστικά. Vid. fragm. 194. —

(145) Plutarchus Dion. cap. 17 Vol. VI p. 182 ed. Hulten. ταῦτ' ἐπεφάτο ποιεῖν Πλάτων, καὶ Δίωνα τρέφας ἐπὶ φιλοσοφίαν, ἐν Ἀκαδημίᾳ συνείχεν· φησὶ μὲν οὖν ἐν ἄσται παρὰ Καλλίππῳ τινὶ τῶν γνωρίμων· ἀγρὸν δὲ διαγωγῆς χάριν ἐκτήσατο, καὶ τοῦτον ὕστερον εἰς Σικελίαν πλέων Σπεύσιππῳ δωρεάν ἔδωκεν. Ὡς μάλιστα τῶν Ἀθήνησι φίλων ἐχρήτο, καὶ συνιδεγῆτο, βουλομένου τοῦ Πλάτωνος ὀμιλίᾳ χάριν ἐχοῦσθαι, καὶ παιδιᾶς ἐμμελοῦς κατὰ καιρὸν ἐπιτομένην κεραννύμενον ἀφηδύνεσθαι τοῦ Δίωνος τὸ ἦθος. Τοιοῦτος δὲ τις ὁ Σπεύσιππος ἦν· ἢ καὶ σιχαίᾳ ἀγαθῶν αὐτὸν ἐν τοῖς Ἑλλοῖς ὁ Τίμων προσηγόρευεν.

(146) Diogenes Laertius lib. IV, 4 οὗτος, φησὶ (Τιμό-



Præter hunc alter quoque Speusippus ingenuis artibus inclaruit. Fuit enim ejusdem nominis medicus, Herophili sectator, Alexandrinus (147).

Sed hæc hactenus; jam ad ipsa Speusippi fragmenta accedamus, quæ primus collegi, recensui, verti et explicui.

θεος) πρὸς τὸν ἐρῶντα πλούσιον ἀμόρφου, ἔφη, Τί δέ σοι δεῖ  
τούτου· ἐγὼ γὰρ σοι δέκα ταλάντων εὐμορφότεραν εὐρήσω.

(147) Diogenes Laertius lib. IV, 5 γέγονε Σπεύσιππος  
καὶ ἕτερος, ἰατρός Ἡροφίλειος Ἀλεξανδρεὺς. —

# ΣΠΕΥΣΙΠΠΟΥ

## ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

### ΟΡΟΙ.

1. Ἄϊδιον τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὄν καὶ νῦν μὴ ἐφθαρμένον.
2. Θεὸς ζῶν ἀθάνατον, αὐταρκὴς πρὸς εὐδαιμονίαν· οὐσία αἰδίου, τῆς τάγαθου φύσεως αἰτία.
3. Γένεσις κίνησις εἰς οὐσίαν· μετάληψις οὐσίας· πόρευσις εἰς τὸ εἶναι.
4. Ἥλιος πῦρ οὐράνιον, ὃ μόνον ἀπ' ἡοῦς μέχρι δεῦλης τοῖς αὐτοῖς ἔστιν ὁραθῆναι· ἄστρον ἡμεροφανές· ζῶν αἰδίου, ἐμψυχον, τὸ μέγιστον.
5. Χρόνος ἡλίου κίνησις, μέτρον φορέας.
6. Ἡμέρα ἡλίου πορεία ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς· φῶς τοῦναντίον νυκτί.
7. Ἔως ἡμέρας ἀρχή· τὸ πρῶτον φῶς ἀπὸ τοῦ ἡλίου.
8. Μισσημέρῳ χρόνος ἐν ᾧ τῶν σωμάτων αἰ σκιαὶ ἐλαχίστου μήκους κοινωνοῦσιν.
9. Δεῖλη ἡμέρας τελευτή.
10. Νύξ σκότος, τοῦναντίον ἡμέρας· ἡλίου στέρησις.

# SPEUSIPPI

## FRAGMENTA.

### DEFINITIONES.

11. Τύχη φορὰ ἐξ ἀδῆλου εἰς ἀδῆλον, καὶ ἢ ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἢ αἰτία δαιμονίας πράξεως.
12. Γῆρας φθίσις ἐμφύγου ὑπὸ χρόνου γιγνομένη.
13. Πνεῦμα κίνησις ἀέρος περὶ τὴν γῆν.
14. Ἄῤῥ στοιχεῖον ὃ πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον κινήσεις κατὰ φύσιν εἰσὶν.
15. Οὐρανὸς σῶμα περιέχον πάντα τὰ αἰσθητὰ πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἀνωτάτου ἀέρος.
16. Ψυχὴ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν· αἰτία κινήσεως ζωτικῆς ζῶων.
17. Δύναμις τὸ καθ' αὐτὸ ποιητικόν.
18. Ὀψις ἕξις διακριτικὴ σωμάτων.
19. Ὅστοῦν μυελὸς ὑπὸ θερμοῦ παγεῖς.
20. Στοιχεῖον τὸ συνάγον καὶ διαλύον τὰ σύνθετα.
21. Ἄρετὴ διάθεσις ἢ βελτίστη· ἕξις θνητοῦ ζώου καθ' αὐτὴν ἐπαινετή· ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον ἀγαθὸν λέγεται· κοινωνία νόμων δικαία· διάθεσις, καθ' ἣν τὸ διακαίμενον τελείως σπουδαῖον λέγεται· ἕξις ποιητικὴ εὐνομίας.

1. Sempiternum est, quod quum omni tempore et prius fuerit, etiam nunc non est corruptum.
2. Deus est animal immortale, se ipso contentum ad beatitudinem : natura æterna, boni generati causa.
3. Generatio est motus in essentiam, acceptio essentia, in hanc vitam profectio.
4. Sol est ignis cælestis, qui solus ab aurora ad vesperam usque ab iisdem videri potest : astrum interdiu conspicuum, animal sempiternum, vivum, maximum.
5. Tempus est motus solis, mensura motionis.
6. Dies est solis cursus ab ortu ad occasum : lux est quod contrarium est nocti.
7. Aurora est diei initium, prima lux a sole.
8. Meridies est tempus quo corporum umbræ minimæ longitudinis participes sunt.
9. Vespera est diei finis.
10. Nox caligo est, contrarium diei ; privatio solis.
11. Fortuna est cursus ab incerto ad incertum, et fortuita felicitis sortis causa.

12. Senium est consumptio animantis procedente tempore contingens.
13. Ventus est motus aeris circum terram.
14. Aer est elementum cuius omnes in spatio motus secundum naturam sunt.
15. Cælum est corpus complectens omnia quæ sensibus percipiuntur, præter ipsum supremum aerem.
16. Anima est quod ipsum se ipsum movet : causa motus vitalis animalium.
17. Facultas est quod per se ipsum efficiendi vim habet.
18. Visus est habitus ad corpora discernenda accommodatus.
19. Os est medulla calore concreta.
20. Elementum est quod conglutinat et dissolvit composita.
21. Virtus est affectio optima : habitus mortalis animalis per se ipse laudabilis : habitus propter quem id quod eum gerit, bonum dicitur : iusta legum communio : af-

22. Φρόνησις δύναμις ποιητική καθ' αὐτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν· διάθεσις καθ' ἣν κρίνομεν τί πρακτέον καὶ τί οὐ πρακτέον.

23. Δικαιοσύνη ὁμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς αὐτὴν, καὶ εὐταξία τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἀλλήλα τε καὶ περὶ ἀλλήλα· ἕξις διανεμητική τοῦ καθ' ἀξίαν ἐκάστῳ· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων προαιρετικός ἐστι τῶν φαινομένων αὐτῷ δικαίων· ἕξις ἐν βίῳ νόμου ὑπήκοος· ἰσότης κοινωνική· ἕξις ὑπηρετική ὁρθῶν νόμων.

24. Σωφροσύνη μετριότης τῆς ψυχῆς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατὰ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς· εὐαρμοστία καὶ εὐταξία ψυχῆς πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἡδονάς καὶ λύπας· συμφωνία ψυχῆς πρὸς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχισθαι· αὐτοπραγία κατὰ φύσιν· εὐταξία ψυχῆς· λογιστική ὁμιλία ψυχῆς περὶ καλῶν καὶ αἰσχυρῶν· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων αἰρετικός ἐστι καὶ εὐλαθητικός ὄν χρη·

25. Ἄνδρεια ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ φόβου· θάρσος πολεμικόν· ἐπιστήμη τῶν κατὰ πόλεμον πραγμάτων· ἐγκράτεια ψυχῆς πρὸς τὰ φοβερά καὶ δεινά· τόλμα ὑπηρετική φρονήσεως· εὐθαρσία ἐπὶ θανάτου προσδοκία· ἕξις διαφυλακτική λογισμῶν ὁρθῶν ἐν κινδύνοις· ῥώμη πρὸς κίνδυνον ἀντίβροπος· ῥώμη καρτερική πρὸς ἀρετὴν· ἡρεμία ψυχῆς περὶ τὰ δεινά καὶ

θαρσαλέα κατὰ τὸν ὁρθὸν λόγον φαινόμενα· σωτηρία δογμάτων ἀδῆλων περὶ τὰ δεινά· ἐμπειρία πολέμου· ἕξις ἐμμενητική νόμου.

26. Ἐγκράτεια δύναμις ὑπομενητική λύπης· ἀκολούθησις τῷ ὁρθῷ λογισμῷ· δύναμις ἀνυπέδρητος τοῦ ὑποληφθέντος τῷ ὁρθῷ λογισμῷ.

27. Ἀυτάρκεια τελειότης κτήσεως ἀγαθῶν· ἕξις καθ' ἣν οἱ ἔχοντες αὐτοὶ αὐτῶν ἀρχουσιν.

28. Ἐπιείκεια δικαίων καὶ συμπερόντων ἐλάττωσις μετριότης ἐν συμβολαίοις· εὐταξία ψυχῆς ὁ λογιστικῆς πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχυρά.

29. Καρτερία ὑπομονὴ λύπης ἕνεκα τοῦ καλοῦ· ὑπομονὴ πόνων ἕνεκα τοῦ καλοῦ.

30. Θάρσος ἀπροσδοκία κακοῦ· ἀνεκπληξία διὰ κακοῦ παρουσίαν.

31. Ἄλυπια ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοί ἐσμεν εἰς λύπας.

32. Φιλοπονία ἕξις ἀποτελεστική οὐδ' ἂν προέλθῃται· καρτερία ἐκούσιος· ἕξις ἀδιάβλητος πρὸς πόνον.

33. Αἰδώς τολμησεως ὑποχώρησις ἐκούσια δικαίως καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φανέν· καταλαβὴ ἐκούσια τοῦ βελτίστου· εὐλάβεια ὁρθοῦ ψόγου.

34. Ἐλευθερία ἡγεμονία βίου· αὐτοκράτεια ἐπὶ παντί· ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ· ἀπειδία ἐν χρήσει καὶ ἐν κτήσει οὐσίας.

fectio propter quam id quod ita affectum est, omnino honestum dicitur : habitus ad rempublicam bonis legibus temperandam accommodatus.

22. Prudentia per se ipsa est facultas humanæ felicitatis procreandæ : scientia bonorum et malorum : affectio ex qua judicamus, quid faciendum sit et quid non faciendum.

23. Justitia est animæ cum se ipsa concordia et animæ partium inter se ac circa se bona compositio : habitus suum cuique pro dignitate tribuens : habitus, quo qui eum gerit amplectitur atque eligit ea quæ ipsi iusta videntur : habitus in vita legi obtemperans : socialis æqualitas : habitus rectis legibus parens.

24. Temperantia est moderatio animi circa cupiditates et voluptates quæ in ipso secundum naturam insident : convenientia ac bona animi compositio ad naturales voluptates et dolores : conspiratio animi ad imperandum et parendum : spontanea secundum naturam actio : contentio animi : sermo animi de honestis ac turpibus judicantis : habitus, quo qui eum gerit eligit et vitat ea quæ oportet.

25. Fortitudo est animi habitus qui metu non afficitur : confidentia militaris : rei bellicæ scientia : animi contentio in rebus horrendis et formidolosis : audacia serviens prudentiæ : fiducia in mortis expectatione : habitus rectorum consiliorum in periculis tenax : robur periculo par : robur virtutis capax et patiens : animi tranquillitas

circa ea quæ formidolosa et audenda secundum rectam rationem videntur : dubiarum de rebus formidolosis sententiarum conservatio : belli peritia : habitus legem servans.

26. Continentia est sustinendi doloris facultas : recti consilii comes : facultas inexsuperabilis ejus quod recta ratione continetur.

27. Animus sua sorte contentus perfectio est possessionis bonorum : habitus, quo qui eum gerunt ipsi sibi met ipsis imperant.

28. Æquitas est juris et commodorum imminutio : moderatio in negotiorum contractibus : bona compositio animi ratione præditi ad honesta et turpia.

29. Tolerantia est doloris ob honestum perpassio : laborum propter honestatem patientia.

30. Confidentia est malum non exspectantis : animus præsentī malo non perturbatus.

31. Indolentia est habitus, propter quem molestiis non implicamur.

32. Industria est habitus ejus qui propositum peragit : tolerantia voluntaria : inculcata laborum suscipiendorum facilitas.

33. Pudor audaciæ recessus voluntarius juste et ad id quod optimum visum est : deprehensio optimi voluntaria : cauta justæ vituperationis vitatio.

34. Libertas est caput vitæ : summa omnium rerum potestas : licentia per se faciendi quod quis velit in vita : sublata parsimonia in usu et possessione bonorum.

35. Ἐλευθερίτης ἔξις πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ὡς δαί· πρόσθεσις καὶ κτήσις οὐσίας ὡς χρή.

36. Πραότης κατὰστασις κινήσεως τῆς ἐπ' ὀργῆς· κρᾶσις ψυχῆς σύμμετρος.

37. Κοσμιότης ὑπείξις ἐκουσία πρὸς τὸ φανέν βέλτιστον· εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος.

38. Εὐδαιμονία ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἀγαθῶν συγκαίμενον· δύναμις αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν· τελειότης κατ' ἀρετὴν· ὠφέλεια αὐτάρκης ζωῆς °.

39. Μεγαλοπρέπεια ἀξίωσις κατὰ λογισμὸν ὀρθὸν καὶ τὸ σεμνότατον °.

40. Ἀγγίνοια εὐφυΐα ψυχῆς, καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστὶν ἐν ἐκάστῳ ° τοῦ δέοντος· δξύτης νοῦ.

41. Χρηστότης ἤθους ἀπλαστία μετ' εὐλογιστίας· ἤθους σπουδαιότης.

42. Καλοκαγαθία ἔξις προαιρετικῆ τῶν βελτίστων.

43. Μεγαλοψυχία χρήσις τοῖς ξυμβαίνουσιν ἀστέια· μεγαλοπρέπεια ψυχῆς μετὰ λόγου.

44. Φιλανθρωπία ἔξις εὐάγωγος ἤθους πρὸς ἀνθρώπου φιλίαν· ἔξις εὐεργετικῆ ἀνθρώπων· χάριτος σχέσις· μνήμη μετ' εὐεργασίας.

45. Εὐσέβεια δικαιοσύνη περὶ θεοῦ· δύναμις θεραπευτικῆ θεῶν ἐκούσιος· περὶ θεῶν τιμῆς ὑπόληψις ὀρθή· ἐπιστήμη τῆς περὶ θεῶν τιμῆς.

46. Ἀγαθὸν τὸ αὐτοῦ ἔνεκεν.

47. Ἀφοβία ἔξις καθ' ἣν ἀνέμπυτοι ἐσμεν εἰς φόβους.

48. Ἀπάθεια ἔξις καθ' ἣν ἀνέμπυτοι ἐσμεν εἰς πάθη.

49. Εἰρήνη ἡσυχία ἐπ' ἐχθρας πολεμικάς.

50. Ῥαθυμία ῤαθυμία ψυχῆς· ἀπάθεια τοῦ θυμοειδοῦς.

51. Δεινότης διάθεσις καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστὶ τοῦ ἰδίου τέλους.

52. Φιλία ἁμόνοια ὑπὲρ καλῶν καὶ δικαίων· προαίρεσις βίου τοῦ αὐτοῦ· ὁμοδοξία περὶ προαιρέσεως καὶ πράξεως· ἁμόνοια περὶ βίου κοινωνίαν μετ' εὐνοίας· κοινωνία τοῦ εὖ ποιῆσαι καὶ παθεῖν.

53. Εὐγένεια ἀρετὴ εὐγενοῦς ἤθους· εὐαγωγή ψυχῆς πρὸς λόγους καὶ πράξεις.

54. Αἴρεσις δοκιμασία ὀρθή.

55. Εὐνοια αἴρεσις ἀνθρώπου πρὸς ἀνθρώπου ἀσπασμός.

56. Οἰκειότης ταῦτοῦ γένους κοινωνία.

57. Ὁμόνοια κοινωνία τῶν ὄντων ἀπάντων· συμφωνία νοημάτων καὶ ὑπόλημμάτων.

58. Ἀγάπησις ἀπόδειξις παντελής.

59. Πολιτικὴ ἐπιστήμη καλῶν καὶ συμφερόντων· ἐπιστήμη ποιητικῆ δικαιοσύνης ἐν πόλει.

35. Liberalitas est lucrandi facilitas, ut decet : adjectio vel adeptio honorum, ut decet.

36. Lenitas est sedatio motus ira concitati : apta animi temperatura

37. Modestia est obsequium voluntarium in re, quæ optima visa est : decorum in corporis motu.

38. Felicitas est bonum ex omnibus bonis compositum : facultas per se sufficiens ad bene vivendum : perfectio virtutibus ornata : vitæ commoditas per se sufficiens.

39. Magnificentia est dignitas secundum rectam rationem et res una omnium gravissima.

40. Sagacitas est bona animi indoles, qua qui excellit conjectura consequitur, quid in quaque re fieri oporteat : acumen ingenii.

41. Probitas est incorrupta morum proprietas cum bono consilio : morum bonitas.

42. Honestas est habitus qui optima eligit et amplectitur.

43. Magnanimitas est usus honestus eorum quæ contingunt : altitudo animi cum ratione.

44. Humanitas est habitus morum docilis ad amicitiam cum homine contrahendam : habitus bene faciens hominibus : constans animi benevoli affectio : grata beneficiorum memoria cum bene faciendi studio conjuncta.

45. Pietas est justitia in deos : deorum colendorum

facultas sponte exercita : de deorum cultu recta existimatio : deorum venerandorum scientia.

46. Bonum est quod propter se ipsum est.

47. Securitas est habitus, propter quem in timorem non conjicimur.

48. Affectuum vacuitas habitus est, propter quem in affectus non inducimur.

49. Pax est otium ad inimicitias hostili animo suscipiendas.

50. Socordia est relaxatio animi : crucis et præservidæ iræ vacuitas.

51. Ingenii sollertia est affectio, qua qui præstat, proprium finem bona conjectura informare potest.

52. Amicitia est consensio in rebus honestis et justis : idem vitæ institutum : idem de consilio et actione judicium : consensio de vitæ societate cum benevolentia : mutuorum beneficiorum societas.

53. Nobilitas est virtus morum ingenuorum : animi ad dicta et facta docilitas.

54. Electio est justa probatio.

55. Benevolentia est electio : hominis erga hominem amor.

56. Agnatio communis ejusdem gentis societas est.

57. Concordia est rerum omnium communio : consensio sententiarum et opinionum.

58. Caritas argumentatio perfecta est.

59. Ratio civilis est scientia honestorum-et utilium : scientia effectrix justitiæ in civitate.

60. Ἐταιρεία φίλα κατὰ συνήθειαν ἐν τοῖς καθ' ἡλικίαν γεγεννημένοις.
61. Εὐβουλία ἀρετὴ λογισμοῦ σύμφυτος.
62. Πίστις ὑποληψίς ὀρθὴ τοῦ ὁπτως ἔχειν ὡς αὐτῷ φαίνεται· βεβαιότης ἤθους.
63. Ἀλήθεια ἕξις ἐν καταφάσει καὶ ἀποφάσει· ἐπιστήμη ἀληθῶν.
64. Βούλησις ἐφείσις μετὰ λόγου ὀρθοῦ· ὄρεξις εὐ-λογος· ὄρεξις μετὰ λόγου κατὰ φύσιν.
65. Συμβούλευσις παραίνεσις ἐτέρῳ πρὸ πράξεως, τίνα δεῖ τρόπον πράττειν.
66. Εὐκαιρία χρόνου ἐπίτευξις, ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν τι ἢ ποιῆσαι.
67. Εὐλάβεια φυλακὴ κακοῦ· ἐπιμέλεια φυλακῆς.
68. Τάξις ἐργασίας ὁμοιότης τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία κοινωνίας· αἰτία τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία πρὸς τὸ μαθεῖν.
69. Πρόσεξις συντονία ψυχῆς πρὸς τὸ καταμαθεῖν.
70. Εὐφυΐα τάχος μαθήσεως· γέννησις φύσεως ἀγαθῆ· ἀρετὴ ἐν φύσει.
71. Εὐμάθεια εὐφυΐα ψυχῆς πρὸς τάχος μαθήσεως.
72. Δίκη ἀπόφασις κυρία περὶ ἀμφισθητουμένου πράγματος.
73. Νόμος ἀμφισθητήσις περὶ τοῦ ἀδικεῖν ἢ μὴ.

74. Εὐνομία πειθαρχία νόμων σπουδαίων.
75. Εὐφροσύνη ἐπὶ τοῖς τοῦ σώφρονος ἔργοις χαρὰ.
76. Τιμὴ δόσις ἀγαθῶν ἐν ταῖς δι' ἀρετὴν πράξεσι διδομένων· ἀξίωμα ἀπ' ἀρετῆς· σχῆμα σεμνότητος· τήρησις ἀξιώματος.
77. Προθυμία ἐμφανισμὸς προαιρέσεως πρακτικῆς.
78. Χάρις εὐεργασία ἐκούσιος· ἀπόδοσις ἀγαθοῦ· βουργία ἐν καιρῷ.
79. Ὁμόνοια ὁμοδοξία ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὡς δεῖ ἀρχεῖν καὶ ἀρχεσθαι.
80. Πολιτεία κοινωνία πλήθους ἀνθρώπων αὐτάρκῃς πρὸς εὐδαιμονίαν· κοινωνία πλήθους ἔνομος.
81. Πρόνοια παρασκευὴ πρὸς μέλλοντά τινα.
82. Βουλή σκέψις περὶ τῶν μελλόντων πῶς συμ-φέρει.
83. Νίκη δύναμις κρατητικὴ περὶ ἀγωνίαν.
84. Εὐπορία εὐκρίνεια κρατητικὴ τοῦ λογιζομέ-νου.
85. Δωρεὰ ἀλλαγὴ χάριτος.
86. Καιρὸς χρόνου ἀκμὴ πρὸς τὸ συμφέρον· χρόνος ἀγαθοῦ τινος συνεργός.
87. Μνήμη διάθεσις ψυχῆς φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχούσης ἀληθείας.
88. Ἐννοια συντονία διανοίας.

60. Sodalitas est amicitia pro consuetudine inter juve-nes contracta.
61. Consilliorum bonitas est virtus menti insita.
62. Fides est recte judicantis ita rem se habere, ut ipsi videatur : ingenii firmitas.
63. Veritas est habitus affirmantis et negantis : scientia eorum quæ vera sunt.
64. Voluntas est appetitus cum recta ratione : deside-rium rationi consentaneum : desiderium cum ratione ad naturam accommodatum.
65. Consillium est cohortatio alterius ante actionem, declarans, quomodo agere oporteat.
66. Opportunitas est oblata patiendi aliquid aut fa-ciendi occasio.
67. Circumspectio est cautio mali : cavendi studium.
68. Ordo est muneris similitudo eorum omnium quæ inter se conferuntur : apta societatis compositio : causa eorum omnium quæ inter se conferuntur : apta disciplinæ compositio.
69. Attentio animi ad pernoscendum propensi contentio est.
70. Ingenium est cito discendi facultas : ingenita bona natura : virtus naturæ insita.
71. Docilitas est naturalis ingenii ad cito discendum dexteritas.
72. Judicium est rata sententia de re quæ in contro-versiam vocatur.

73. Lex est contentio de juste aut injuste factis.
74. Bona legum constitutio est præclaris legibus ob-temperatio.
75. Lætitia est gaudium ex viri moderati factis per-ceptum.
76. Honor est largitio bonorum quæ actionibus hone-stitis contingunt : dignitas virtutibus parta : gravitatis spe-cies : dignitatis conservatio.
77. Alacritas est declarata faciendi voluntas.
78. Gratia est beneficentia voluntaria : beneficii remun-eratio : opera tempore opportuno navata.
79. Concordia est idem principum ac civium de impe-rio et obedientia iudicium.
80. Respublica est communitas multitudinis hominum per se sufficiens ad felicitatem : communitas multitudinis legitima.
81. Provisio est præparatio ad futura quædam.
82. Consultatio est deliberatio de rebus futuris, quem usum præbere possint.
83. Victoria est facultas vincendi certamine.
84. Scientiæ facultas est animi sinceritas tenax ejus quod consideratur.
85. Donum est gratiæ commutatio.
86. Occasio est temporis opportunitas ad id quod con-ducit : tempestas boni alicujus adjutrix.
87. Memoria est affectio animi, veritatis quæ in ipso est custos.
88. Notio cogitationis contentio est.

89. Νόσος ἀρχὴ ἐπιστήμης.  
 90. Ἄγνευα εὐλάβεια τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς ἀμαρτημάτων τῆς θεοῦ τιμῆς κατὰ φύσιν θεραπεία.  
 91. Μαντική ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζῶν ὄντων.  
 92. Μαντεία ἐπιστήμη προδηλωτικὴ πράξεως ἀνευ ἀποδείξεως.  
 93. Σοφία ἐπιστήμη ἀνυπόθετος ἐπιστήμη τῶν ἀείδων ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας.  
 94. Φιλοσοφία τῆς τῶν ὄντων ἀεί ἐπιστήμης ὄρεξις· ἔξις θεωρητικὴ τοῦ ἀληθοῦς, πῶς ἀληθές· ἐπιμέλεια ψυχῆς μετὰ λόγου ὄρθου.  
 95. Ἐπιστήμη ὑπόληψις ψυχῆς ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· δύναμις ὑποληπτικὴ τινος ἢ τινῶν, ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· λόγος ἀληθὴς ἐπὶ διανοίᾳ ἀμετάπτωτος.  
 96. Δόξα ὑπόληψις μετὰ πίστεως λογικῆ· λογιστικὴ φορά· διάνοια ἐμπιπτουσα εἰς ψεῦδος καὶ ἀληθές ὑπὸ λόγου.  
 97. Αἴσθησις ψυχῆς φορά· νοῦ κίνησις· ψυχῆς διὰ σώματος εἰσαγγέλαις εἰς ὄρας ἀνθρώπων, ἀφ' ἧς γίνεται ψυχῆς ἄλογος δύναμις γνωριστικὴ διὰ σώματος.  
 98. Ἐξίς διαθέσις ψυχῆς καθ' ἣν ποιοὶ τινες λεγόμεθα.  
 99. Φωνὴ βρεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας.

100. Λόγος φωνῆ ἐγγράμματος, φραστικὴ ἐκάστου τῶν ὄντων· διάλεκτος σύνθετος ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἀνευ μέλους.  
 101. Ὀνομα διάλεκτος ἀσύνθετος ἐρμηνευτικὴ τοῦ τε κατὰ τῆς οὐσίας κατηγορουμένου καὶ παντὸς τοῦ μὴ καθ' ἑαυτὸ ἢ λεγομένου.  
 102. Διάλεκτος φωνῆ ἀνθρώπου ἐγγράμματος καὶ σημειῶν τι κοινὴ ἐρμηνευτικὴ ἀνευ μέλους.  
 103. Συλλαβὴ ἀνθρωπίνης φωνῆς ἄρθρον ἐγγράμματον.  
 104. Ὅρος λόγος ἐκ διαφορᾶς καὶ γένους συγκαίμενος.  
 105. Τεκμήριον ἀπόδειξις ἀφανοῦς.  
 106. Ἀπόδειξις λόγος συλλογιστικὸς ἀληθῆς· λόγος ἐμφανιστικὸς διὰ προγιγνωσκομένων'.  
*Xenocrates* (1) patriam habuit Chalcedonem, quam cæcorum urbem esse plerique olim credebant (2), quod conditores locum minus commodum elegissent, spreto solo vicino eoque fertiliori, ubi postea Byzantium conditum est. Namque ejus Bithyniæ partis, ubi tertio Olympiadis 43 anno Chalcedon a Megarensibus constituta floruit, sterile erat solum. Ibi Xenocratem natum esse memoriæ produnt Cicero (3), Athenæus (4) Suidas (5) et Stobæus (6), a quorum auctoritate dissident Clementis Alexandrini (7) membranæ et quidam Æliani (8) ac Diogenis Laertii (9) codices, eum Carthaginensem facientes. Nimirum librarii nomina Καρχηδόνιος et Χαλκηδόνιος confuderunt, quod eo facilius erat, quia pro hoc etiam Καλχηδόνιος dicebatur. Quamobrem Ciceronem sequimur auctorem cæterosque qui Xenocratem Chalcedonium fuisse tradunt, præsertim quum etiam marmore antiquo (10) illorum testimonia confirmentur.

Quando vero natus sit, nemo veterum commemorat; præterea de numero annorum quos explevit inter scriptores controversia est. At hæc quoque res neque obscura videtur, neque difficiles habet explicatus. Narrat enim Diogenes La-

ertius (11) Xenocratem, Speusippi successorem, viginti quinque annos scholæ præfuisse. Addit, eum munus auspicatum esse sub Lysimachide secundo centesimæ decimæ Olympiadis anno, sed quum annum ætatis octogesimum secundum ageret, repentina morte obiisse. Quæ si vera sunt, sequitur philosophum, posteaquam octoginta duos annos confecisset, tertio Olympiadis centesimæ sextæ decimæ anno mortalitatem explevisse, natumque esse primo vel secundo Olympiadis nonagesimæ sextæ anno sive ante Chr. 396. Obsistunt autem Laertio Censorinus (12) Lucianus (13) in Longævis et Scaliger in Ὀλυμπιάδων συναγωγῇ (14), quorum primus Xenocratem ad annum ætatis LXXXI, alter ad I.LXXXIV vixisse testatur, tertius ejus ortum ad primum Olympiadis nonagesimæ primæ annum refert. Quapropter, quum aliunde sciamus Xenocratem Olympiadis 116 non fuisse superstitem, ex Scaligeri computatione Meursius (15) collegit, eum ad annum vitæ centesimum secundum vel tertium pervenisse illiusque Olympiadis anno secundo aut tertio naturæ concessisse. A Meursio quoad cum Scaligero errare maluerit, quam cum Dio-

(1) Cf. Dionysii van de Wynperse de Xenocrate Chalcedonio, philosopho academico, dissertatio. Lugduni Batavorum 1822. — (2) Plinius Hist. nat. lib. V cap. 32; Pomponius Mela lib. I cap. 19; Tacitus Annal. lib. XII cap. 63. — (3) Cicero Acad. lib. I cap. 4 nam, quum Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ quasi heredem reliquisset; duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium et Aristotelem Stagiriten etc. — (4) Athenæus lib. XII p. 530. D. διὸ καὶ Ἀριστοτέλης Ξενοκράτην τὸν Χαλκηδόνιον σκώπτων κτλ. — (5) Suidas v. Ξενοκράτης. — (6) Stobæus Eclog. phys. lib. I cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren. Ξενοκράτης, Χαλκηδόνιος κτλ. Strabo lib. XII, p. 566. Β. ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γηγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος καὶ Διονύσιος ὁ διαλεκτικός. — (7) Clemens Alexandrinus Admon. ad gentes p. 44. A. ed. Sylburg. Ξενοκράτης, Καρχηδόνιος οὗτος κτλ. Id. Strom. lib. V, p. 604. C. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος. — (8) Ælianus var. hist. lib. II, cap. 41 καὶ ἐνίκητος Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος (al. codd. Καρχηδόνιος) et lib. XIII, cap. 31 Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος, ὁ ἐταῖρος Πλάτωνος. — (9) Diogenes Laertius lib. IV, 6 Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος (al. codd. Καρχηδόνιος). — (10) apud Fulvium Ursinum Elogiorum pag. 55 et Expressorum Vultuum Tab. 19, ubi legitur ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ ΑΓΑΘΑΝΟΡΟΣ ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΟΣ. Cf. Sponium in Misc. Erud. Antiq. pag. 136. —

(11) Diogenes Laertius lib. IV, 14 δ. δέξαστο δὲ Σπεύσιππον, καὶ ἀρηγήσαστο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἰκοσι ἔτη, ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Ἐτελευταίον δὲ νυκτός, λευκῆν προσκταίσας. ἔτος ἡδὴ γεγονὸς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστὸν. — (12) Censorinus de die natali cap. 15: Quare, sanctissime Carelli, quum istum annum qui maxime fuerat corpori formidolosus sine ullo incommodo transieris, cæteros, qui leviores sunt, climacteras minus tibi extimesco, præsertim quum in te animi potius quam corporis naturam sciam dominari, eosque viros qui tales fuerunt non prius vita excessisse quam ad annum illum octogesimum et unum pervenerint, in quo Plato finem vitæ et legitimum esse existimavit et habuit. Hoc anno et Dionysius Heracleotes ut vita abiret cibo abstinuit et contra Diogenes cynicus cibi cruditate in choleram solutus est. Eratosthenes quoque ille orbis terrarum mensor et Xenocrates Platonicus veteris academias princeps ad eundem annum vixerunt. — (13) Lucianus Longæv. cap. 20 Ξενοκράτης δὲ Πλάτωνος μαθητῆς γενόμενος τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. — (14) Scaliger in Ὀλυμπιάδων συναγωγῇ pag. 322 editionis Eusebiana. —

(15) Meursius de Archontibus Athen. lib. III, cap. 9.

gene vera sentire, dissentiunt Ionsius (16), Bælius (17), alii. Nam primum illa Ὀλυμπιάδων συναγωγῆ non est incerti scriptoris antiqui opus, ut Meursius putabat, sed Scaligeri, quemadmodum ipse fatetur ad Eusebii Chronica pag. 431, tum Valckenarius ad Theocritum pag. 270 demonstravit. Deinde multo verisimilius est Scaligerum errasse, quam Laertium non vera dixisse. Id autem rationibus certis et illustribus docuit Bælius. Earum prima, quam subjicit, hæc est. Xenocratem ait a juventute Platonis disciplina usum esse et Platonem jam seniore scholas habere cœpisse: de Scaligeri sententia Platonem quatuordecim tantum annis Xenocrati ætate præstitisse; ergo non potuisse hunc ab ineunte adolescentia illius auditorem esse. Etenim Plato jam trigessimus agebat annum, quo tempore Socrates ex hominum vita demigravit; cujus post mortem plura fecit itinera, unde redux demum philosophiam professus studiosorum juvenum cœtus habuit. Ergo aut Scaliger fallitur aut ii auctores, qui Xenocratem peradolescuntulum Platoni operam dedisse scribunt. Altera ratio a Bælio allata haud minus exquisita est. Quippe Xenocratem memorat tertio Olympiadis 114 anno legatum ad Antipatrum missum esse. Quodsi primo Olympiadis 91 anno natus esset, futurum fuisse, ut ætatis anno 93 hanc legationem obiret: minime autem probabile esse, auctores qui hanc legationem litteris memoriæque mandarunt nihil de summa legati senectute fuisse dicturos, si decrepitis senex tale negotium suscipere auderet. Justis igitur de causis Laertii auctoritas plus apud nos valet, quam Scaligeri Ὀλυμπιάδων συναγωγῆ, licet ex antiquis fontibus ducta sit. Senatorius vero exempla ponit virorum qui in fatali anno octogesimo primo finem vitæ habuerunt, plurimosque citat quos vel hunc ætatis annum non complevisse vel diutius vixisse ex aliis monumentis intelligitur. Denique Lucianum sive τῶν Μακροβίων scriptorem in exquirendis temporibus non semper diligentem fuisse inter omnes hodie constat. Itaque utriusque auctoris in hac quæstione

ratio haberi non potest, siquidem solum Laertium locupletem testem esse apparet.

Sed ut digressus a re ad propositum redeam, Xenocrates, Agathenoris filius, a puero Platonem audivit (18). Etenim procul dubio mature relicta patria urbe Athenas habitatum concessit, ut optimis auctoribus in philosophia versaretur. Ibi primum Æschinis in disciplinam se tradidit, qui propter paupertatem mercede docebatur (19). Hunc unicum discipulum mox ei Plato subtraxit, qui nunquam amice cum Æschine vixisse fertur. Contigit autem Xenocrati, ut quamvis tardo esset ingenio, tamen sub Platone magistro multum in philosophia et optimis studiis proficeret. Cæterum quot annos natus fuerit Xenocrates, quo tempore Platonis sermonibus interesse cœpit, incertum est. Plato enim, quum ille in vitam veniret, trigessimus quartum ætatis annum agebat. Accedit, quod Socrate mortuo, qui quarto Olympiadis 94 anno obierat, plura suscepit itinera. Deinde Athenas reversus postquam scholam aperuerat, bis tantum in Siciliam videtur esse profectus. Unius vero itineris comes fuit Xenocrates (20). Hinc conjicias eum Platonis institutione jam ante Dionysii majoris obitum esse usum, id est eo tempore quod inter primam et secundam philosophi Siciliensi peregrinationem interfuit. Vivo Dionysio majore Xenocratem Athenas venisse, ex certaminis potatorii narratione efficitur. Dionysius autem morbo debitum reddidit naturæ Nausigene archonte (21) primo Olympiadis 103 anno, quum Xenocrates duodetricesimum ætatis annum agebat. Adde quod Plato dicitur quadraginta annos natus Syracusas primum se contulisse (22); præterea Diodorus Siculus congressum Platonis cum Dionysio ad tertium Olympiadis 98 annum refert. Verum utcunque est, sive 40 sive 44 annos natus Plato primum Syracusas adiit, certe post tertium Olympiadis 98 annum Xenocrates Athenas venit. Neque enim verisimile est, eum puerum, nondum decem annos habentem Athenis in una philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocasse. Igitur Plato circiter quinquaginta

et lib. IV, cap. 12. — (16) Ionsius de Script. hist. phil. lib. I, cap. 10. — (17) Bayle, *Dictionnaire historique et critique* s. v. *Xenocrate* not. κ. —

(18) Diogenes Laertius lib. IV, 6 Ξενοκράτης Ἀγαθόνου Καλκηδόνιος ὁτός ἐκ νέου Πλάτωνος ἤκουσεν. Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren. Ξενοκράτης Ἀγαθόνου, Καλκηδόνιος. Vid. fragm. 1. Suidas v. Ξενοκράτης Ἀγάθωνος ἢ Ἀγαθόνου. Inscriptio marmoris antiqui: Ξενοκράτης Ἀγαθόνου Καλκηδόνιος. Vid. supra not. 10. — (19) Athenæus lib. XI, p. 607. C. Αἰσχίνου τε πένητος ὄντος καὶ μαθητὴν ἕνα ἔχοντος Ξενοκρά-

την, τοῦτον περίεσπασε (Πλάτων). Diogenes Laertius lib. II, 82 ἔπειτ' ἀφικόμενον Ἀθήνας (τὸν Αἰσχίνου) μὴ τοιαύτων σοφιστεῦν, εὐδοκίμουτων τότε τῶν περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοπικόν ἑμμέσθου; δὲ ἀκροάσεις ποιῆσθαι. —

(20) Diogenes Laertius lib. IV, 6 Πλάτωνος ἤκουσε, καὶ εἰς Σικελίαν αὐτῷ συναπαθήμεσεν. — (21) Diodorus Siculus lib. XV, cap. 73 μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Διονυσίος εἰς ἀβρωστίαν ἑμπεσὼν ἐτελεύτησε, δυναστεύσας ἐτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ. — (22) Cf. Aldobrandinus ad Diogen. Laert. lib. III, 21. —

confecerat annos, qua tempestate Xenocrates adolefcentem eum convenit.

Simulatque vero tali doctore adhibito ad philosophiam pertractandam Xenocrates se dedit, brevi tantos in litteris progressus fecit, ut postea Academiæ princeps evaderet. Laborabat quidem ingenii tarditate, sed omnes difficultates studiorum laboribus et exercitationis assiduitate tandem ita superavit, ut præclara eruditione et sapientia nemini cederet. Qua in re ridiculum fuit laboriosissimi hominis dictum, comparantis se cum vasis angusti oris et tabulis æneis, quod ægre doctrinam perciperet, firme autem et constanter retineret (23). Erat in Xenocrate singularis severitas, adeo ut perpetuo gravitatem præ se ferret atque etiam tristis et austerus videretur. Mores quoque nulla suavitate commendabantur. Quocirca sæpius a Platone, ut Gratiis litaret, admonebatur. Quam rem nunquam ægre tulit, bene se a Platone vituperari arbitratus (24). Plurimum autem intererat inter Xenocratem et alios Platonis auditores, Aristotelem potissimum, qui tantum ingenio valebat tantaque erat morum suavitate, ut brevi tempore percepta magistri disciplina inter omnes discipulos maxime emereret (25). Platoni tamen et hebes Xenocrates et acutus Aristoteles æque probabantur, sed de utroque ita iudicare solebat, ut *alterum calcaribus, alterum freno egere statueret*. Celebratur porro ejus vox: *contra qualem equum qualem asinum ungo* (26). Ad hæc carum fuisse Platoni Xenocratem satis constat, cum discipulum ea familiaritate magister complecteretur, ut servi

puniendi munus ei injungeret. Ingresso videlicet Xenocrati aliquando *cæde*, inquit, *hunc servum; nam ipse, quia iratus sum, non possum* (27). Fictam existimo narratiunculam, quam Valerii Maximi verbis libet referre. Is enim lib. IV cap. 1 ext. 2: « Audierat, inquit, Plato Xenocratem de se multa impie locutum: sine ulla cunctatione criminationem respuit. Instabat certo vultu index, causam quærens, cur sibi fides non haberetur. Adjecit Plato, non esse credibile, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur. Postremo quum ad jusjurandum inimicitias serentis malignitas confugisset, ne de perjurio ejus disputaret, affirmavit, nunquam Xenocratem illa dicturum fuisse, nisi ea dici expedire sibi judicasset. » Videntur vero multi exstitisse laudum Xenocratis obtrectatores, qui hominem nihil tale commeritum edacitatis et helluationis incusarent. Crimen hoc inferiore ætate confictum est. Neque tamen dubium, quin confingendi ejus ansam dederit Athenæi locus, cui consentanea Ælianus et Laertius tradunt.

Athenæus (28) ita scribit: Timæus narrat Dionysium tyrannum Congiorum die festo ei qui primus congium ebiberet præmium proposuisse coronam auream: primumque ebibisse Xenocratem philosophum et acceptam auream coronam quum domum rediret imposuisse Hermæ in aula constituto, cui solebat floreas imponere coronas, quotiescunque vespere donum redibat; quocirca admiratione dignus iudicatus est. Similiter Ælianus (29) var. hist. lib. II, 41: Et Bacchi die festo, qui Congiorum nomine appel-

(23) Plutarchus de auditione cap. 10, vol. VII, pag. 154 ed. Hulten. ὡς περ ὁ Κλεάνθης καὶ ὁ Ξενοκράτης βραδύτεροι δοκῶντες εἶναι τῶν συσχολαστῶν, οὐκ ἀπεδίδρασκον ἐκ τοῦ μανθάνειν, οὐδ' ἀπέκλιμον, ἀλλὰ φθάνοντες εἰς ἑαυτοῦς ἑπαιζόν, ἀγγείοι τε βραχυστόμοι καὶ πινακίσι χαλκαῖς ἀπεικάζοντες, ὡς μόλις μὲν παραδεχόμενοι τοὺς λόγους, ἀσφαλῶς δὲ καὶ βεβαίως τηροῦντες. — (24) Diogenes Laertius lib. IV, 6 σημῶς δὲ τὰ τε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς αἰεὶ, ὥστε λέγειν αὐτῷ συνεχῆς τὸν Πλάτωνα· Ξενοκράτης, θύει ταῖς Χάρσιν. Plutarchus Amator. cap. 23 vol. XII, pag. 62 ὁ μὲν οὖν Πλάτων τὸν Ξενοκράτην, τὰλλα γενναῖον ὄντα καὶ μέγαν, αὐστηρότατον δὲ τῷ ᾄδει, παρεκάλει θύειν ταῖς Χάρσιν. Ælianus var. hist. lib. XIV, cap. 9 Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ ἀχαρὶ σκυωπτόμενος οὐδέπω ἠγανάκτηε [φῆσιν], ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν παροῦντα αὐτόν, ὑπὲρ τοῦτου ἴνα τι ἀποκρίνηται τῷ Πλάτωνα, ὁδε καὶ πᾶν ἐμπερόνος κατασιγάζων τὸν ἄνδρα ἔφατο· ἀλλὰ τοῦτο ἐμοὶ συμφέρει. Plutarchus Conjug. Præc. vol. VII, pag. 419 ed. Hulten. ὁ Πλάτων τῷ Ξενοκράτει, βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τὰλλα δὲ καλῶ κάγαθῷ, παρεκάλειτο θύειν ταῖς Χάρσιν. — (25) Diogenes Laertius lib. V, 1 οὗτος γρησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν. — (26) Diogenes Laertius lib. IV, 6 ἦν δὲ τὴν φύσιν κωθρός, ὥστε φασὶ λέγειν τὸν Πλάτωνα, συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει, τῷ μὲν αἰώποιοι δέει, τῷ δὲ χαλινοῦ, καί, ἐφ' οἷον ἴππου οἷον ὄνον

ἀλείφω. Similiter dicitur ἐν μύθῳ ἀστίνω ἐν *unguento*, quod proverbii loco dici solet, quum nobis aliquis in deliciis est, qui amore nostro indignus videtur. Vide Diogenianum et Erasmus. — (27) Diogenes Laertius lib. III, 38 εἰσελθόντος ποτὲ Ξενοκράτους, εἶπε μαστιγῶσαι τὸν καὶ αὐτὸν γὰρ μὴ δύνασθαι διὰ τὸ ἀργίσθαι. — (28) Athenæus lib. X, pag. 437. Β. Τίμαιος δὲ φησιν, ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος τῇ τῶν Χωῶν ἑορτῇ τῷ πρώτῳ ἐκπίνοντι χάρις ἄλλον ἔθηκε στέφανον χρυσοῦν· καὶ οὗτος πρῶτος ἐξέπνε Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος, καὶ λαβὼν τὸν χρυσοῦν στέφανον, καὶ ἀναλίστων τῷ Ἑρμῇ τῷ ἰδρυμένῳ ἐπὶ τῆς αὐλῆς ἐπέθηκεν, ἥπερ εἰσέθει καὶ τοὺς ἀνθινούς ἐκίστοτε ἐπιτιθεῖν στέφανους, ἐσπέρας ἀπαλασσόμενος ὡς αὐτόν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐθαυμάσθη. — (29) Ælianus var. hist. lib. II, 41 καὶ ἐν Διονύσου δὲ τῇ τῶν Χωῶν ἑορτῇ προῦκειτο ἄλλον τῷ πίνοντι πλέον στέφανος χρυσοῦς· καὶ ἐνίκησε Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ τὸν στέφανον λαβὼν, ὅτε ἐπαύησε μετὰ τὸ δεῖπνον τῷ Ἑρμῇ τῷ πρὸ θυρῶν ἐστῶτι ἐπέθηκεν αὐτόν κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἐμπροσθεν ἡμερῶν. Καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀνθινούς καὶ τοὺς ἐκ τῆς μύρβηνος, καὶ τὸν ἐκ τοῦ κίττου, καὶ τὸν ἐκ τῆς δάφνης ἐνταῦθα ἀνέπασσε καὶ ἀπέλιπε. Pro πλέον Kühnius non male ex Athenæo reponit πρώτῳ; sed quod in codd. legitur Χωῶν, mutavit in Χῶων Henr. Stephanus Thes. L. Gr. v. χῶεῖς ἐφ' οὗτος. Nam χῶας appellabant τὴν ἑορτὴν, χῶας autem τὸ μέτρον, denique χῶας τὰς ἐκχύσεις καὶ σπονδὰς κερκίαις

latur, præmium propositum erat ei qui plurimum bibisset, corona aurea, quam meruit sodalium victor Xenocrates Chalcedonius. « Omitto cætera quæ cum Athenæi verbis concordant. Denique Diogenes Laertius (30) lib. IV, 8 sic de Xenocrate : » quumque in bibendi certamine apud Dionysium Congiorum die festo qui quotannis celebratur aurea corona esset donatus, exeuntem apposuisse illam Mercurii statuæ, ubi floreas quoque ponere solebat. » Jam vero festum illum diem τῶν Χῶν Athenis actum esse quotannis veteres scriptores testantur. Vide Meursium in Græcia feriata v. Ἀνθεστήρια, Ruhnkenii Disputationem de festis Dionysiorum Opusc. Vol. I, pag. 206-215, Car. Fr. Hermanni Antiq. sacr. (gottesdienstl. Alterthümer) § 58. Itaque non est quod cum Casaubono ad Athenæi locum citatum Syracusis quoque tale festum celebratum esse credamus. Recte enim Kuhnius ad Laertium notavit, hoc nulla antiquorum testimoniorum auctoritate demonstrari posse. Hinc efficitur, si vera retulit Timæus, ex cujus libris cæteri sua petierunt, Dionysium aliquando Athenas profectum apparatis epulis cum alios excepisse, tum Xenocratem philosophum. Nec tamen perperam de Laertii loco judicavit Kuhnius, qui vulgatam scripturam sic tuetur, ut exigua mutatione facta legi jubeat : τοῖς κατασχούσι παρὰ Διονυσίου i. e. per eos qui a Dionysio missi Athenas appulissent, ut non ipse tyrannus convivio interfuerit, sed ejus amici. Sed quoniam Ruhnkenii conjectura magis convenit cum rei gestæ relatione quæ est apud Timæum, huic album adjicere calculum non dubitavi. Enimvero scimus Xenocratem in Academia sedem ac domicilium habuisse et studiis deditum publice ferre caruisse, uno die excepto quo homo laboriosus quotannis in astu se contulerit, Liberalibus, ut novorum tragædorum solemnia condecoraret (31). Licet igitur die festo Athenis super vinum et epulas in bibendi certamine victor fuerit Xenocrates, quis ei vitio vertet,

quod semel a regula et præscriptione vitæ aberravit? Injuria ergo nonnulli hac narratione inducti immoderatum pastum potumque Xenocrati objiciunt. Gregorius enim Nazianzenus (32) ὀφθαγίαν ei exprobrat pariterque edacitatis eum insimulat Nonnus (33). Verum hos refutare supervacaneum est.

Xenocratem Cicero (34) iis annumerat philosophis, qui ætates suas in perpetua peregrinatione consumserunt, ut semel egressi nunquam domum reverterint. Quam rem ita se habere nemo non videt, quoniam eum mature relicta patria post multos annos natale Bithyniæ solum repetiisse ea mente, ut ibi consenesceret, nusquam legimus. Quamquam autem alia ejus itinera ignorantur, tamen eum Syra usas adiisse notum est. Quum enim ter in Siciliam profectus sit Platō, unius itineris socium fuisse Xenocratem, Diogenes Laertius (35) testificatur. Sed in aula Dionysii eximium fidei et amoris, quo præceptorem amplectebatur, specimen dedit. Simul atque videlicet Dionysius Platoni dixit (36) : *colulum tibi aliquis secabit*, Xenocrates suum ostendens respondit : *nemo id prius quam hoc decidet*; quo dicto se dignissimum esse qui tanti philosophi et discipulus et comes esset, satis probavit.

Ejusdem generis illud est, quod memoriæ prodit Ælianus. Nam quum Xenocrates aliquando in patriam iter fecisset, Speusippus autem ægrotaret, Aristoteles Platonem jam octogenarium et obliviosum propositis quæstionibus ita conturbasse fertur, ut senex locum suum in Academia relinqueret ac domi cum amicis maneret. Tribus mensibus post redux Xenocrates, hac rerum mutatione offensus, tum Speusippum reprehendit, quod Aristoteli cessisset, tum Stagiriten objurgatum Academiam spatii ejecit Platonemque in integrum restituit (37).

Post Platonis mortem primo Olympiadis 108 anno Aristoteles ad Hermiam tyrannum, amicum et discipulum suum, comite Xenocrate (38), profectus est; ibique triennium ambo transege-

Ego codicum vestigia sarta tecta habui. — (30) Diogenes Laertius lib. IV, 8 καὶ χρυσὸν στεφάνῳ τιμηθέντα ἐκ' ἄλλῃ πολυκοσίας τοῖς κατ' ἔτος Χῶσι παρὰ Διονυσίῳ, ἐξίοντα θείναι πρὸς τὸν ἰδρυμένον Ἑρμῆν, ἔθλιασε τιθέναι καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἰσῶν. Scripsi e Ruhnkenii conjectura τοῖς κατ' ἔτος Χῶσι παρὰ Διονυσίῳ pro vulgata lectione τοῖς κατασχούσι παρὰ Διονυσίῳ. Vid. Ruhnkenii Opusc. vol. I, pag. 213 ed. Friedem. — (31) Vide supra Speusippi vitam not. 82. — (32) Gregorius Nazianzenus orat. 8 adv. Julianum pag. 78. D. ed. Paris. anni 1609. — (33) Nonnus in Collectione profanarum historiarum, quarum meminit Nazianzenus orat. cit. § 23. — (34) Cicero Tusc. lib. V, cap. 37. — (35) Vide supra not. 20. — (36) Dio-

genes Laertius lib. IV, 11 εἰπόντος δὲ Διονυσίου πρὸς Πλάτωνα ὡς ἀραιρήσει τις αὐτοῦ τὸν τράχηλον, παρὼν οὗτος καὶ δειξας τὸν ἴδιον, οὐκ ἂν γε, ἔφη, τις πρότερον τούτου. — (37) Vide Speusippi vitam not. 93. — (38) Strabo lib. XIII, p. 610 ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀριστοτέλης διέτριψε διὰ τὴν πρὸς Ἑρμῆαν τὸν τύραννον κηδεῖαν. Ἦν δὲ Ἑρμῆας εὐνοῦχος, τραπέζιτου τινὸς οἰκίτης· γενόμενος δ' Ἀθήνησιν ἠκροάσατο καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους· ἐπαυθῶν δὲ τῆ δεσπότη συνετυράνησε, πρῶτον ἐπιθεμένῳ τοῖς περὶ Ἀταρνεῖα καὶ Ἀσσον χωρίοις· ἔπειτα διεδέξατο ἐκείνον, καὶ μετεπέμψατο τὸν τε Ἀριστοτέλην καὶ Ξενοκράτην καὶ ἐπεμελήθη αὐτῶν· τῆ δ' Ἀριστοτέλει καὶ θυγατρὶ ἀδελφοῦ συνήπισε. Μέμων δ' ὁ Ῥόδιος ὑπερῶν τότε τοῖς Πέρσαις καὶ στρατη-

runt; post triennium Hermia capto atque intersecto Aristoteles Mitylenas confugit et secundo Olympiadis 109 anno Macedoniam petiit ibique apud Philippum et Alexandrum usque ad secundum Olympiadis 111 annum commoratus est (39). Xenocrates vero, ut opinor, Athenas rediit, ubi Speusippus in Academia Platoni successerat.

Ex Asia redux Xenocrates ad Philippum Macedonem legatus de rebus majoribus missus neque pecunia corrupti neque voluptatum blanditiis deleniri se passus est (40). Reversi ceteri legati dixerunt frustra Xenocratem secum ivisse. Atheniensibus autem jamjam mulctam ei irrogaturis affirmavit Xenocrates, Philippum ceteros donis corrupisse, se vero nulla ratione capi potuisse. Quocirca duplici honore Athenis auctus est, et Philippus ipse postea præ se tulit, solum Xenocratem ex omnibus qui ad se venissent legatis, munera non accepisse. Hæc Laertius: quando vero eam legationem obierit, non constat.

Postquam Speusippus octo annos continuos scholæ Platonicæ præfuit, morbo articulari ita afflicto est, ut tuendæ Academiæ stationem Chalcedonio philosopho mandare cuperet. Successit ei Xenocrates quinquaginta septem annos natus Lysimachide apud Athenienses prætore secundo Olympiadis 110 anno vel ante Chr. 339 (41). Mox Aristoteles e Macedonia redux ipse

in Lyceo scholam aperuit, usus Euripidis versu in hunc modum mutato:

αἰσχρὸν σιωπῆν, Ξενοκράτη δ' ἔβην λέγειν (42).

Ab eo inde tempore laudum et gloriæ æmuli Xenocrates et Aristoteles fuerunt. Quid? quod ipse Alexander aliquamdiu Aristoteli offensus ad Xenocratem dona misit eumque honestavit (43). Aristoteles etiam librum confecit de Speusippi et Xenocratis philosophia (44), in quo controversias, quæ inter Academicos et Peripateticos erant, videtur composuisse (45). Uterque tamen doctrinæ fama celebratus tum gratia et auctoritate tum discipulorum nobilitate floruit. Namque Aristoteles tredecim annos docuit Athenis et plurimos habuit discipulos, inter quos Theophrastum et Aristoxenum; Xenocrates vero viginti quinque annos academiam rexit usque ad tertium Olympiadis 116 annum, ut ait Diogenes Laertius (46).

De forma institutionis Xenocrateæ sciendum est, Platoni et Xenocrati duplex fuisse docendi munus, ita ut modo adolescentes in philosophia erudirent, modo viros claros et reipublicæ moderandæ studiosos civili ratione instruerent. Namque in Platoni disciplinam se tradiderunt qua philosophi qua clari viri, velut Dio (47), alii. Hac docendi ratione, quam Platonem a Pythagoreis accepisse suspicamur, usus est etiam Xe-

γῶν, προσκοιησάμενος φιλίαν καλεῖ πρὸς εαυτὸν ἐξινίας τε ἅμα καὶ πραγμάτων προσποιητῶν χάριν, συλλαβῶν δ' ἀνεπεμψεν ὡς τὸν βασιλεῖα, κάκει κρεμασθεὶς ἀπόλετο· οἱ φιλόσοφοι δ' ἐσώθησαν, φεύγοντες τὰ χωρία, & οἱ Πέρσαι κατέσχον. — (39) Diogenes Laertius lib. V, 9 Πλάτωνος δὲ τελευταῖσαντος (Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς φησὶν αὐτὸν) τῷ πρώτῳ ἔπει ἐπὶ Θεοφίλου πρὸς Ἑρμείαν ἀπάραι, καὶ μείναι ἔτη τρία· ἐπὶ Πυθοδότῳ δ' ἔλθειν πρὸς Φίλιππον τῷ δευτέρῳ ἔπει τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος· εἰς δ' Ἀθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔπει τῆς ἐνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ ἐν Λυκίῳ σχολάζειν ἔτη τρία πρὸς τοὺς δέκα, εἶτα ἀπάραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔπει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος κ. τ. λ. —

(40) Diogenes Laertius lib. IV, 8-9 λόγος δὲ αὐτὸν μετὰ καὶ ἄλλων πεμφθῆναι πρεσβευτῆν πρὸς Φίλιππον· καὶ τοὺς μὲν δώροισι μαλθασομένους καὶ ἐς τὰς κλήσεις συνίεναι καὶ τῷ Φίλιππῳ λαλεῖν· τὸν δὲ μηδέτερον τούτων ποιεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ Φίλιππος αὐτὸν προσέειπε διὰ τοῦτο. Ὅθεν ἐλθόντας τοὺς πρέσβεις εἰς τὰς Ἀθήνας φάσκειν, ὡς μάτην αὐτοῖς Ξενοκράτης συνελθῆναι· καὶ τοὺς ἐτοιμοὺς εἶναι ζημιῶν αὐτὸν. Μαθόντας δὲ παρ' αὐτοῦ ὡς νῦν καὶ μάλλον προντιστέον εἶναι τῆς πόλεως αὐτοῖς, (τοὺς μὲν γὰρ ἤδη ἐδωροδόκησεν ὁ Φίλιππος, ἐμὲ δὲ μηδὲν λόγῳ ἐπαξέμενος·) φασὶ διπλασίως αὐτὸν τιμῆσαι· καὶ τὸν Φίλιππον δὲ λέγειν ὕστερον, ὡς μόνος εἶη Ξενοκράτης τῶν πρὸς αὐτὸν ἀριμμένων ἀδωροδόκητος. — (41) Vide Speusippi vitam not. 135. — (42) Diogenes Laertius lib. V, 2-3 φησὶ δ' Ἑρμῆπος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων, σχολάζ-

ρης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἐλθόντα δὲ αὐτὸν καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τῆν σχολῆν, ἐλθεῖν περιπατῶν τὸν ἐν Λυκίῳ. Καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. Οἱ δ' ἔτι ἐκ νόσου περιπατοῦντι Ἀλεξάνδρῳ συμπαρῶν διελέγετο ἅπαντα. Ἐπειδὴ δὲ πλείους ἄγοντο ἤδη, καὶ ἐκάθισεν, εἰκῶν· αἰσχρὸν σιωπῆν, Ξενοκράτη δ' ἔβην λέγειν. Euripidis ex Philocteta versus fuit αἰσχρὸν σιωπῆν, βαρβάρους δ' ἔβην λέγειν, quem sic mutavit Aristoteles. Vid. Quintilian. Instit. orat. lib. III, cap. 1. Cicero ad Attic. lib. VI, ep. 8; de Orat. lib. III, cap. 35 et Tusc. lib. I, cap. 4 qui rem paulo aliter narrant. Cf. Menagius ad Laertii l. c.; Valckenar. Diatribæ cap. XI et nos supra in Speusippi vita not. 97. — (43) Diogenes Laertius lib. V, 10 λέγεται δὲ διὰ τὴν Καλλισθένους πρὸς Ἀλεξάνδρον σύστασιν προσκρούσαι τῷ βασιλεῖ, κάκεινον ἐπὶ τῷ τούτῳ λυπήσασαι Ἀναξίμανην μὲν αἰετῆσαι, πέμψαι δὲ καὶ Ξενοκράτη δῶρα. — (44) περὶ τῆς Ξενοκράτους φιλοσοφίας Cf. Diog. Laert. lib. V, 25. — (45) Vide Luzacii Lectiones Atticas Sect. II § 3 pag. 142. — (46) Diogenes Laertius lib. IV, 14 διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἰκοσι ἔτη ἐπὶ Λυσισμαχίδου, ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Cf. not. 41. — (47) Diogenes Laertius lib. III, 46 μαθητὰ δ' αὐτοῦ Σπεύσιππος Ἀθηναῖος, Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος, Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης, Φίλιππος ὁ Ὀπούντιος, Ἑστιαῖος Παρίνθιος, Δίων Συρακοῦσιος κτλ. —

nocrates qui et privatim discipulos instituit et publice de sapientiæ studio disseruit, quum scholis habitis unicuique adesse liceret. Huiusmodi enim disputationi Polemo ebrius aliquando (48) interfuit. Aristoteleam vero docendi rationem haud multum diversam, sed paulo perfectionem fuisse conijcimus. Cæterum singulas diei partes certis negotiis assignans Xenocrates aliud tempus docendis adolescentibus constituebat, aliud meditationi, id est commentationi solitariæ, attribuebat, unam denique horam silentio destinabat (49).

E Xenocratis discipulis, qui non minus honoribus, quam rerum gestarum gloria floruerunt, primo loco ponendus est Phocion (50), vir probus et eruditus, ut qui adolescentulus Platoni, deinde in Academia Xenocrati operam dedisset atque ab initio ætatis jam in optima quæque studia incubisset. Porro Chæron Pel-lenensis, tyrannus sævus et violentus, Platonis et Xenocratis quæ tenebat præcepta, crudelitate vitæque sæda et facinorosa refutavit (51). Transeo ad eos qui auctore Xenocrate in philosophia versati tempus ætatis in rerum contemplatione consumserunt. Horum primus est Polemo Atheniensis. Is perditæ luxuriæ adolescens neque illecebris tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens, quum e convivio non post occasum solis sed post ortum surrexisset, domumque repetens, Xenocratis philosophi patentem januam vidisset; vino gravis, unguentis delibutus, ser-

tis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit. Nec contentus tam deformi introitu consedit etiam, ut clarissimum eloquium et prudentissimum præcepta temulentia lascivia eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissisque de quibus disserebat, de modestia ac temperantia loqui cœpit. Cujus gravitate sermonis respiscere coactus Polemo, primum coronam, capite detractam, projecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivalis hilaritatem deposuit; ad ultimum totam luxuriam exiit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus philosophus evasit (52). Eandem historiam sicut tetigit Horatius Satir. II, 3 vs. 254 sq.

quæro, faciasne quod olim

Mutatus Polemo? ponas insignia morbi,

Fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille

Dicitur ex collo furtim carpisse coronas,

Postquam est impransi correptus voce magistri?

Fuerunt qui putarent Xenocratem a Cratæro quoque esse auditum; sed hoc sola conjectura continetur, neque ab antiquis scriptoribus traditum est (53). At Crantor Solensis (54) quum in magno honore apud suos esset, motus Xenocratis gloria Athenas venit, ut talis magistri disci-

(48) Diogenes Laertius lib. IV, 11 φασι και Ἀντιπάτρου ποτὲ ἐλθόντος εἰς Ἀθήνας και ἀσπασαμένου αὐτόν, μὴ πρότερον ἀντιπροσαγορευῆσαι πρὶν ἢ τὸν λόγον δι ελεγε διαπεράνασθαι. — (49) Diogenes Laertius lib. IV, 11 ἀτυρότατος δὲ ὢν, πολλὰς ἐαυτοῦ τῆς ἡμέρας διεμάλετα, και ὦραν μίαν, ρασίν, ἀπένευε σιωπῆ. Stobæus Flor. XXXIII, 11 Ξενοκράτης θαιρῶν διαστον μέρος τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξιν τινα και τῆ σιωπῆ μέρος ἀπένευε (vid. fragm. 75). Conf. Hesychius Milesius v. Ξενοκράτης. — (50) Plutarchus vit. Phocion. cap. 4 vol. V, pag. 5 ed. Huttén. εἰ γὰρ ἦν, ὡς φησιν Ἰδομενεύς, δοιδυκοποιοῦ πατρός, οὐκ ἂν ἐν τῷ λόγῳ Γλαύκιππος ὁ Ὑπερίδου, μυρία συνειληγώς και εἰρηκώς κατ' αὐτοῦ κακά, τὴν δυσγένειαν παρήκεν· οὐδ' ἂν οὕτως ἐλευθερίου βίου και σώφρονος και παιδείας μετέσχεν, ὡστε τῆς Πλάτωνος, ἐπὶ μεράκιον ὢν, ὄστερον δὲ τῆς Ξενοκράτους διατριβῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ μετασχεῖν, και τῶν ἀρίστων ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευμάτων ζηλωτῆς γενέσθαι. — (51) Athenæus lib. XI, pag. 509. τοιοῦτοι δ' εἰσὶ και νῦν τῶν Ἀκαδημαϊκῶν τινες, ἀνοσίως και ἀδόξως βιοῦντες. Χρημάτων γὰρ ἐξ ἀσεβείας και παρὰ φύσιν κυριεύσαντες διὰ γοητείας νῦν εἰσι περίδελκτοι· ὡσπερ και Χαίρων ὁ Πελληνεύς, ὃς οὐ μόνον Πλάτωνι ἐσθλάσκειν, ἀλλὰ και Ξενοκράτης. Καὶ οὗτος οὖν τῆς πατρίδος πικρῶς τυραννήσας οὐ μόνον τοὺς ἀρίστους τῶν πολιτῶν ἐξήλασεν, ἀλλὰ και τοὺς τούτων δούλους τὰ κτήματα τῶν δεσποτῶν χαρισάμενος, και τὰς ἐκείνων γυναῖκας συνάκτισε πρὸς γάμου κοινοῖαν· ταῦτ' ὠφελήεις ἐκ τῆς καλῆς Πολιτείας και τῶν παρανόμων Νόμων. — (52) Valerius

Maximus lib. VI, cap. 9 Ext. 1. Diogenes Laertius IV, 16 Πολέμων, Φιλοστράτου μὲν υἱὸς ἦν, Ἀθηναῖος, τὸν δὴ μὸν Οἰθηεν. Νέος δ' ὢν ἀκόλαστος τε και διακεχυμένος ἦν οὕτως, ὡστε και περιφέρειν ἀργύριον πρὸς τὰς ἐτοίμους λύσεις τῶν ἐπιβουμῶν· ἀλλὰ και ἐν τοῖς στενωποῖς διέκρυπτεν. Ἀλλὰ και ἐν Ἀκαδημίᾳ πρὸς ἰονί τινι τριώβολον εὐρέθη προσπεπλασμένον αὐτοῦ, διὰ τὴν ὁμοίαν τῆ προειρημένη πρόφασιν. Καὶ ποτε συνθέμενος τοῖς νέοις, και ἐστεφανωμένος, μεθύων εἰς τὴν Ξενοκράτους ἦξε σχολήν. Ὁ δὲ, οὐδὲν διατραπείς, ἦρε τὸν λόγον ὁμοίως· ἦν δὲ περὶ σωφροσύνης· ἀκούον δὲ τὸ μεράκιον κατ' ὀλίγον ἐθέρθη· και οὕτως ἐγένετο φιλόπνοος, ὡς ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἄλλους, και αὐτὸν διαδέξασθαι τὴν σχολήν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς ἑκτης και δεκάτης και ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Id. IV, 19 ὡς ἐφίκει δὲ, ὁ Πολέμων κατὰ πάντα ἐζηλώκει τὸν Ξενοκράτην· και ἐρασθῆναι αὐτοῦ φησιν Ἀριστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. Sed de hac re vide Phil. Gr. vol. II, pag. 403 seq. De Polemone autem ad virtutem revocato cf. Plutarchus super adulatoris et amici discrimine cap. 47 vol. VII, p. 230 ed. Huttén. ὡσπερ ἀμέλει και Πολέμωνα Ξενοκράτης ὀφθεῖς μόνον ἐν τῆ διατριβῆ, και ἀποστέψας πρὸς αὐτόν, ἐτρέψατο και μετέθηκεν. Lucianus in his Accusato tom. II, pag. 321. Themistius orat. 26 p. 303. D. Epictetus Diss. III, 1 p. 348. Origenes contra Celsum p. 379. A. et 492. A. — (53) Cf. Cicero de orat. III, 18 et Laertius lib. IV, 21-23. — (54) Diogenes Laertius



plina exercitatus rectam vitæ viam sequeretur et præceptis institutisque philosophiæ abundaret. Denique Zeno, Stoicæ sectæ conditor, et Epicurus Xenocratis institutione imbuti sunt, quorum hic duodeviginti annorum adolescens (55), ille vero per decem annos continuos ejus scholis interfuit (56).

Porro præcipua omnium virtutum experimenta edidit. Ac primum quidem fide ita eminebat, ut nemo locupletiores Xenocrate auctorem laudare posset. Quocirca Athenienses hominem, testimonium dicentem, jurare prohibuerunt (57). Quum enim aliquando Chalcedonius philosophus, qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset, et ut mos fuit Græcorum (58) jurandi causa ad aram accederet, una voce, ne is juraret, reclamarunt. Nota ejus in victu continentia est. Nam si quando vini cadum relevisset, in vappam vertebatur, antequam consumeretur. Sed sæpe etiam obsonia pridiana jam corrupta ejiciebat. Hinc natum est proverbium: *Xenocratis caseolus*, de rebus diu durantibus, quæ non celerrime absumuntur (59). Divitias non inutiles quidem esse affirmavit, sed tamen contempsit, sibi iis non opus esse ratus (60). Quamobrem pecunia Alexandri jussu aliquando ei allata, acceptos apparatus epulis suo more legatos Alexandro nuntiare jussit, quam diu ita viveret, non opus sibi quinquaginta talentis fore. Tantum enim pecuniæ missum erat. Quum autem postridie legati Xenocratem rogarent, cui numerari juberet: Quid? Vos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quos ubi tristiores vidit, triginta minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur (61). Quin etiam Xenocratem rogavit Alexander, ut in

Macedoniam veniret et apud se maneret, siquidem Plutarchus narrat Chalcedonium philosophum Alexandri convictum recusasse (62). Verum quanti Xenocratis virtutem et ingenium æstimaverit rex, apparet e quodam Plutarchi (63) loco qui Alexandram a Xenocrate præcepta de regno petiisse refert. Cæterum morem gessit regi; nam quatuor libros confecit, qui *elementa de regno ad Alexandrum* inscribebantur (64). In publicum prodeunti philosopho turbulenti homines et impudici (65) omnes de via decedebant. Castitatem ejus frustra a meretricem tentatam esse veteres ajunt. Qua de re Valerius Maximus lib. IV, cap. 3. extr. 3: « Phryne, inquit, nobile Athenis scortum, juxta eum vino gravem in pervigilio accubuit, pignore cum quibusdam juvenibus posito, an temperantiam ejus corrumpere posset. Quam nec tactu, nec sermone aspernatus, quoad voluerat in sinu suo morari, irritam propositi dimisit. Factum sapientia imbuti animi abstinens, sed meretriculæ quoque dictum perquam facetum. Deridentibus enim se adolescentibus, quia tam formosa tamque elegans potius senis animum illecebris pellicere non potuisset, pactumque victoriæ pretium flagitantibus, de homine se cum iis, non de statua pignus posuisse respondit. Potestne hæc Xenocratis continentia a quoquam magis vere magisque proprie demonstrari, quam ab ipsa meretricula expressa est? Phryne (66) pulchritudine sua nulla ex parte constantissimam ejus abstinentiam labefecit. Maxima fuit ejus beneficentia. Accidit autem, ut aliquando imprudens hominem minus probum Polysperchonti commendaret (67). Namque is a Macedone comiter exceptus interrogatusque num qua re egeret, talentum petiit. Ac dedit

lib. IV, 24. — (55) Diog. Laert. X, 1. Cicero de nat. deor. lib. I, cap. 26. — (56) Diogenes Laertius lib. VII, 2. Eusebius Præp. Evang. lib. XIV, cap. 5 pag. 729. — (57) Diogenes Laertius lib. IV, 7. Valerius Maximus lib. II, cap. 10. Cicero pro Balbo cap. 5. Epist. ad Attic. lib. I, 16. — (58) De hac lege cf. Petitus pag. 445 ed. Wesseling. — (59) Stobæus Flor. XVII, 25. Vid. fragm. 74. — (60) Plutarchus adv. Stoic. cap. 13 vol. XIV pag. 19 ed. Hutten. οἱ τοῦ Ξενοκράτους καὶ Ἐπεισίππου κατηγοροῦντες ἐπὶ τῷ μὴ τὴν ὑγίειαν ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι μηδὲ τὸν πλοῦτον ἀνωφελεῖς. —

(61) Cicero Tuscul. Quæst. lib. V, cap. 32; Valerius Maximus lib. IV, cap. 3 extr. 3; Plutarchus de Fort. Alex. orat. I, cap. 12 vol. IX, p. 48 ed. Hutten.; vita Alex. cap. 8, vol. IV, pag. 261; Apophthegm. vol. VIII, pag. 105 ejusd. ed.; Stobæus Flor. V, 118 [Vid. fragm. 73]; Diogenes Laertius lib. IV, 8; Suidas et Hesychius Milesius v. Ξενοκράτης; Themistius Orat. 2, pag. 26; Orat. 21, pag. 252. — (62) Plutarchus de Stoic. Repugn. ap. 20, vol. XIII, pag. 366 ed. Hutten. Ἐφορον δὲ καὶ Ξενοκράτην καὶ Μενέδημον ἐπαινοῦσι παραιτησαμένους τὸν Ἀλέξανδρον. — (63) Plutarchus adv. Colot. cap. 32,

vol. XIV, pag. 194 ed. Hutten. παρὰ δὲ Ξενοκράτους Ἀλέξανδρος ὑποθήκας ἤτησε περὶ βασιλείας. — (64) Diogenes Laertius lib. IV, 14 Στοιχεῖα πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ βασιλείας δ'. — (65) Diogenes Laertius lib. IV, 6 καὶ εἴποτε μέλλοι ἐς ἄστυ ἀνίεναι, φασὶ τοὺς θορυβώδεις πάντας καὶ προυνείκους ὑποστέλλειν (leg. ὑποστέλλεσθαι) αὐτοῦ τῆ παρόδῳ. —

(66) Diogenes Laertius lib. IV, 7 καὶ ποτε καὶ Φρὺνῃ τὴν ἑταῖραν ἐβελῆσαι πειρᾶσαι αὐτόν, καὶ δῆθεν διωκομένην ὀπίτιον καταφυγεῖν εἰς τὸ οἰκίδιον. Τὸν δὲ ἔνεκα τοῦ ἀνθρωπίνου εἰσδέξασθαι, καὶ ἐνὸς ὄντος κλινίδιου δεομένη μεταδύουσαι τῆς κατακλίσεως καὶ τέλος πολλὰ λιπαροῦσα, ἀπρακτος ἀναστῆναι, λέγειν τε πρὸς τοὺς πυνθανομένους, ὡς οὐκ ἄπ' ἀνδρός ἄλλ' ἀπ' ἀνδριάντος ἀνασταίη. Ἐνιοὶ δὲ λατρεῖ φασὶ παρακατακλίνας αὐτῷ τοὺς μαθητάς τὸν δὲ οὕτως εἶναι ἐγκρατῆ, ὥστε καὶ τομάς καὶ καύσεις πολλὰς ἐπομαίνει περὶ τὸ αἰδοῖσθαι. — (67) Plutarchus de vitioso pudore cap. XI, vol. X, pag. 175 ed. Hutten. Ξενοκράτης δὲ, καίπερ αὐστηρὸς ὦν τὸν τρόπον, ὅμως ὑπὸ δυσωπίας ἐκάμωθη, καὶ συνέστησε Πολυσπέρχοντι δι' ἐπιστολῆς ἀνθρωπον οὐ χρηστόν, ὡς τὸ ἔργον ἔδειξε· δεξιωσαμένου δ' αὐτόν τοῦ Μακεδόνα, καὶ πυθομένου, μὴ τινας ἔχει χρεῖαν, ἤτησε

quidem hoc Polysperchon, sed Xenocratem tamen per litteras monuit, ut diligentius posthac examinaret, quos commendare vellet. Misericordiam brutis etiam animalibus tribuit; cuius rei hanc dedit significationem. Passer instantem accipitrem fugiens in ejus sinum devolaverat. Tum Xenocrates avem libenter receptam et occultatam custodivit, donec hostis e conspectu evollasset. Quo facto avem liberavit, dicens se supplicem hosti non prodidisse (68).

Fuisse eum injuriarum patientem, his testimoniis cognoscimus. Quum maledico quorundam sermoni summo silentio interesset; uno ex his quærente, cur solus ita linguam suam cohiberet (69): Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Præterea a Bione sugillatus Xenocrates, non respondebo tibi, inquit: nam ne tragœdia quidem comœdiam, quando ab ea lacessitur, responsione dignatur (70).

Talis autem tantusque vir ter legationibus functus est. Hoc enim honore Athenienses eum decorarunt non solum quod donis se corrumpi non pateretur, sed etiam quod putarent, Xenocratis aspectum ad sedandas animi perturbationes valere (71). Has ob causas cum antea ad Philippum Athenienses legatum Chalcædonium philosophum miserunt, tum postea bis ad Antipatrum tertio Olympiadis 114 anno. Lamiaco scilicet bello pacem petere coacti viros claros

ad Antipatrum legarunt, in his Phocionem et Xenocratem (72). Qui quum Antipatrum adiissent, hic primum reliquis data dextra solum Xenocratem non salutavit, deinde dicere orsum non sustinuit, sed reclamando silentium ei imposuit. Qua in re Xenocrates affirmasse traditur, recte facere Antipatrum quod aspere tractaturus civitatem sua tantum præsentia erubesceret. Mox duras tulit condiciones, quas cæteri legati ita acceperunt, ut bonas esse præ se ferrent, Xenocrates servis æquas, liberis indignas esse judicaret (73). Iterum Athenienses eum ad Antipatrum de captivis reddendis (74) miserunt. Facile autem id quod volebat obtinuit. Nam benigne exceptus est ab homine præpotente quumque ad cœnam ab eo vocaretur, respondit his versiculis, quibus apud Homerum Circe Ulixes alloquitur:

Ἦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνὴρ, δεῖ ἐναΐσιμος εἶη,  
πρὶν πλάτῃ πάσσασθαι ἔδητύος ἡδὲ ποτῆτος,  
πρὶν λύσασθ' ἐτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;

Postea Xenocrates apud Antipatrum in honore fuit: sed pecuniam ab hoc sibi missam accipere noluit (75). Deinde Macedo Athenas profectus philosophum in schola disputantem salutavit, cui hic non ante respondit, quam coeptam orationem finiisset (76).

Sed quamvis de Atheniensium republica optime meruisset Xenocrates, ut etiam Phocioni

τάλαντον· ὁ δ' ἐκείνῳ μὲν ἔδωκε, Ξενοκράτει δ' ἔγραψε παραινῶν ἐπιμελέστερον τὸ λοιπὸν ἐξετάζειν, οὗς συνίστησιν. — (68) Aelianus var. hist. lib. XIII, cap. 31 Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος ὁ εὐαίρος Πλάτωνος τὰ τε ἄλλα ἦν φιλοικτιρῶμων, καὶ οὐ μόνον φιλόανθρωπος, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἀλόγων ζῴων ἤλειε. Καὶ οὐν ποτὲ καθημένου ἐν ὑπαίθρῳ, διωκόμενος βριαῖος στρουθὸς ὑπὸ ἱέρακος, εἰς τοὺς κόλπους αὐτοῦ κατέπτη. Ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο τὸν ὄρνιν, καὶ διεφύλαξεν ἀποκρύψας, ἕστε δὴ ὁ διώκιον ἀπήλθεν. Ἐπει δὲ ἡλευθέρωσεν αὐτὸν τοῦ φόβου, ἀπλώσας τὸν κόλπον ἀφήκε τὸν ὄρνιν, ἐπεικῶν, ὅτι μὴ ἐξέδωκε τὸν ἰκέτην. Diogenes Laertius lib. IV, 10 στρουθίου δὲ ποτὲ διωκόμενον ὑπὸ ἱέρακος, καὶ εἰσπηδήσαντος εἰς τοὺς κόλπους αὐτοῦ, καταψήσας μεθήκεν, εἰπὼν, τὸν ἰκέτην δεῖν μὴ ἐκδιδόναι. — (69) Valerius Maximus lib. VII, cap. 2 ext. 6. — (70) Diogenes Laertius lib. IV, 10 σκωπτόμενος ὑπὸ Βίωνος οὐκ ἔφη αὐτῷ ἀποκρινέσθαι· μηδὲ γὰρ τὴν τραγωδίαν ὑπὸ τῆς κωμῆδίας σκωπτομένην ἀποκρίσεως ἀξιοῦν. Bion hic diversus fuit a Borysthenita, qui post Xenocratis mortem demum natus est. Vid. Fragm. Phil. Gr. vol. II, pag. 419. — (71) Plutarchus vit. Phocion. cap. 27 vol. V, pag. 28 ed. Hutten. τοσοῦτον γὰρ ἦν ἀξίωμα τῆς ἀρετῆς τοῦ Ξενοκράτους καὶ δόξα καὶ λόγος παρὰ πᾶσιν, ὥστ' οἰεσθαι μήτε ὄρνιν εἶναι, μήτ' ὀμώτητα, μήτε θυμὸν ἐν ἀνθρωπίνῳ ψυχρῷ φερόμενον, φ. Ξενοκράτους μόνον ὀφθέντος, οὐκ ἂν αἰδοῦς τι καὶ τιμῆς ἐγγύοιτο πρὸς αὐτόν. —

(72) Plutarchus vit. Phoc. cap. 27 ὡς οὐδ' ἐπαυλῆθεν ὁ Φωκίων εἰς ἄστυ, καὶ τοὺς Ἀθηναίους τὸ αὐτὸ ἔδοξεν ὑπ'

ἀνάγκης, αὐθις εἰς Θήβας ἐβάδιζε μετὰ τῶν ἄλλων πρέσβειων, Ξενοκράτῃ τὸν φιλόσοφον τῶν Ἀθηναίων προσελομένον. — (73) Plutarchus vit. Phoc. cap. 27 πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἠσπάσατο τὸν Ξενοκράτην, τοὺς ἄλλους δεξιωσάμενος· ἐφ' ᾧ φασιν εἰπεῖν ἐκεῖνον, ὡς Ἀντίπατρος καλῶς ποιεῖ, μόνον αὐτὸν αἰσχυρόμενος ἐφ' οἷς ἀγνωμονεῖν μέλλει πρὸς τὴν πόλιν. Ἐπειτα λέγειν ἀρξάμενον οὐχ ὑπομένων, ἀλλ' ἀντιπρῶτον καὶ δυσκολαίων, ἐποίησεν ἀποσιωπήσαι. Τῶν δὲ περὶ τὸν Φωκίωνα διαλεχθέντων, ἀπεκρίνατο φίλαν εἶσεσθαι τοὺς Ἀθηναίους καὶ συμμαχεῖν, ἐκδοῦσι μὲν τοὺς περὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερίδην, πολιτευομένους δὲ τὴν πατριὸν ἀπὸ τιμῆματος πολιτείας, δεξαμένοις δὲ φρουρὰν εἰς τὴν Μουνηχίαν, ἐτι δὲ χρήματα τοῦ πολέμου καὶ ζημίαν προσεκτίσασιν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πρέσβεις ἠγάπησαν ὡς φιλανθρώπου τὰς διαλύσεις, πλην τοῦ Ξενοκράτους. Ἐφη γάρ, ὡς μὲν δούλοις, μετρίως κεχρησθαι τὸν Ἀντίπατρον· ὡς δὲ ἐλευθέροις, βραβείως. — (74) Diogenes Laertius lib. IV, 9 ἀλλὰ καὶ προσεύχων πρὸς Ἀντίπατρον περὶ αἰχμαλώτων Ἀθηναίων κατὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον, καὶ κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον πρὸς αὐτόν, προσηνήγατο ταῦτ'· Ἦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνὴρ, δεῖ ἐναΐσιμος εἶη, πρὶν πλάτῃ πάσσασθαι ἔδητύος ἡδὲ ποτῆτος, πρὶν λύσασθ' ἐτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι; καὶ τὸν, ἀποβεβήμενον τὴν εὐστοχίαν, εὐδὺς ἀνείναι. — (75) Diogenes Laertius lib. IV, 8 ἀλλὰ καὶ ὑπ' Ἀντίπατρον πεμφθέν (ἀργύριον) μὴ προσέσθαι, ὡς φησι Μυρριανίδος ἐν Ὀμοίοις. — (76) Diogenes Laertius lib. IV, 11 φασὶ καὶ Ἀντίπατρον ποτὲ ἐλθόντος εἰς Ἀθήνας καὶ ἀσπασσάμενον αὐτόν, μὴ πρότερον ἀντιπροσαγορεύσαι, πρὶν ἢ τὸν λόγον, ὃν ἔλεγε, δια-

civitate donandus (77) videretur, tamen virum egregium, quia inquilinorum tributum aliquando pendere non posset, vendiderunt (78). Eum vero Demetrius Phalereus emit et utrique succurrit: Xenocrati enim libertatem statim reddidit, Atheniensium autem reipublicæ collato tributo profuit. Post vitam honestissime actam philosophus repentina morte obiit. Octoginta duos scilicet annos natus noctu capite ad æneam pelvim offenso et fronte vulnerata animam efflavit, tertio Olympiadis 116 anno (79). Verum ut vivo inimici, ita mortuo quoque obtractores non defuerunt. Quum enim primo Olympiadis 118 anno Demetrio Phalereo civitate expulso ejusque status eversis sapientiæ doctores etiam exsilio afficerentur (80): comicos poetas philosophorum auctoritati et præceptis illis apparet. Hinc Alexis comicus in quadam fabula sic invectus est in Xenocratem (81):

Τούτ' ἔστιν Ἀκαδήμεια, τοῦτο Ξενοκράτης;  
πῶλλ' ἀγαθὰ δοίεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ,  
καὶ τοῖς νομοθέταις, διότι τοὺς τὰς τῶν λόγων,  
ὡς φασι, δυνάμεις παραδιδόντας τοῖς νέοις  
ἐς κόρακας ἔρβειν φασὶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς.

Narrata Xenocratis Chalcedonii vita, relinquunt ut pauca de aliis viris, quibus idem nomen fuit, dicamus. Diogenes Laertius (82) lib. IV, 15 sex alios enumeraturus Xenocrates primum ponit per antiquum disciplinæ bellicæ scriptorem, cujus discipulos fuisse Hecatæum Milesium et Menecratem Elaitam auctor est Strabo lib. XII, pag. 550 his verbis: ἔπειναι δὲ μάλιστα [ὁ Σχῆψος] τὴν Ἑκαταίου τοῦ Μιλήσιου καὶ Μενεκράτους τοῦ Ἐλαίτου, τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρῶν, δόξαν. Secundum numerat nostri philosophi pro-

pinquum et civem, eique assignat orationem Arsinoticam, de Arsinoe defuncta scriptam. Tertium librariorum indiligentia omisit. Quartum fuisse prodit philosophum, elegiæ auctorem non satis probatum, cui fortasse cum Fabricio (83) attribuendum est epigramma in Mercurii imaginem factum, quod exstat Anthologiæ lib. IV. Tit. 2. el. 34. Quintum statuarium nominat, Tisicratis vel Euthycratis discipulum (84), Ptolemæi Philadelphi temporibus clarum (85): quem de toreutice commentatum esse refert Plinius in indice libri XXXIII et de arte statuarum composuisse volumina lib. XXXIV, cap. 8 ait, et de pictura librum confecisse testatur lib. XXXV, cap. 10 (86). Sextum denique, Aristoxene auctore laudato, poemata condidisse tradit. His adjungamus cæteros viros cognomines, qui ab antiquis memorantur. Fuit igitur septimus Xenocrates, Agrigentinus, Isthmionices, celebratus a Pindaro carmine Isthmico secundo (87). Octavus (88), cujus primum Chronicon citat Etymologus Magnus v. Ἀσσυρία. Nonus, Bæotarcha, de quo Pausanias lib. IV, cap. 32, 6 et lib. IX, cap. 13, 6 disserit. Decimus, cujus Οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα memorat Suidas v. Ξενοκράτης φιλόσοφος et Οἰωνιστική. Est enim οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, quum observantur ea quæ domi accident. Velut si in tecto apparuerit mustela vel serpens, aut oleum effusum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis: aut lignum crepuerit, aut aliquid aliud acciderit, hoc vel illud significat. Hæc vaticinia tractavit Xenocrates. Cf. Casaubonus Lect. Theocrit. cap. 5. Undecimus superioribus accedit ejusdem nominis medicus Aphrodisiensis, qui Tiberio imperante vixit. Is inclaruit edito opere de percipienda ex animalibus utilitate (περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζῴων ὠφελείας),

περάνασαι. Cf. Hesychius Milesius v. Ξενοκράτης. — (77) Plutarchus vit. Phocion. cap. 29 ὁρῶν δὲ τὸν Ξενοκράτην τελούντα τὸ μετοίκιον, ἐβούλετο γράψαι πολίτην· ὁ δ' ἀπέπει, φήσας, οὐκ ἂν μετασχεῖν ταύτης τῆς πολιτείας, περὶ ἧς ἐπρέσβευεν, ἵνα μὴ γένηται. — (78) Diogenes Laertius lib. IV, 14 Ἀθηναῖοι δ' ὁμοῦς αὐτὸν ὄντα τοιοῦτον ἐπίπρασκόν ποτε, τὸ μετοίκιον ἀδυνατοῦντα θεῖναι. Καὶ αὐτὸν ὠνεῖται Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, καὶ ἑκάτερον ἀποκατέστησε· Ξενοκράτης μὲν τὴν ἐλευθερίαν, Ἀθηναῖοις δὲ τὸ μετοίκιον. Cf. Hesychius Milesius s. v. Ξενοκράτης. — (79) Diogenes Laertius lib. IV, 14 ἐτελεύτα δὲ νυκτός, λεκάνῃ προσπταίσας ἔτος ἦδη γεγονώς δεύτερον καὶ ὀδοσκοπτόν. Φαμὲν δὲ καὶ εἰς αὐτὸν οὕτως· Καλῆς προσπταίσας λεκάνῃ ποτὲ καὶ τὸ μέτωπον Πλήξας, ἴαχεν ὃ σύντονον, εἰτ' ἔθανεν, ὃ πάντα πάντῃ Ξενοκράτης ἀνὴρ γεγώς. — (80) Diogenes Laertius lib. V, 38; Pollux lib. IX, cap. 5. — (81) Athenæus lib. XIII, p. 610. Ἀλεξίς γοῦν ἐν Ἰππῷ φησὶ· τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδήμεια κτλ· καὶ Σοφοκλῆς δὲ τις ψηφισματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς, καθ' ὃ λόγον ἔγραψε Φίλων, ὁ Ἀριστοτέλους γνώριμος. Vid. Luzacii Lectt. Attic. Sect. II § 5 pag. 126. —

(77) Diogenes Laertius lib. IV, 15 γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ξενοκράταις ε'. ὁ τε τακτικός, ἀρχαῖος σφόδρα· καὶ ὁ συγγενῆς αἵμα καὶ πολίτης τῆ προσηρημένῃ φιλοσοφῷ· φέρεται δὲ αὐτοῦ λόγος Ἀρσινότικός, γεγραμμένος περὶ Ἀρσινόης ἀποθανούσης. Τέταρτος, φιλόσοφος, ἐγγεγραμμένος οὐκ ἐπιτυχῶς· ἴδιον δέ. Ποιηταὶ μὲν γὰρ ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν, ἐπιτυγχάνουσι· πεζογράφοι δὲ ἐπιτιθέμενοι ποιητικῇ, πταῖουσι· ὁ δὲ μὲν φύσει εἶναι, τὸ δὲ τέχνης ἔργον. Πέμπτος, ἀνδριαντοποιός· ἔκτος, ἔσματα γεγραγώς, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλεος. — (83) Fabricius Bibl. Græc. vol. III, pag. 193 ed. Harles. — (84) Plinius lib. XXXIV cap. 8. — (85) Vide Vossium de Historicis Græcis lib. III, pag. 192. — (86) Pro Xenocrate fortasse Hypsicrates hic nominandus erat. Vide Diogenem Laertium lib. VII, 188. Cf. Junius de pictura veterum lib. II, cap. 8 et in catalogo architectorum, mechanicorum et pictorum pag. 278; item Fabricius Bibl. Gr. vol. III, pag. 193 ed. Harles. — (87) Cf. Goeller de origine et progressu Syracusarum pag. 24. — (88) Etymologus Magnus p. 157, 53 Ἀσσυρία, ἢ Βαβυλωνία. Τὸ μὲν πρῶτον ἐκαλεῖτο Εὐφρατις, ὑστερον δὲ Χαλδαία, τὸ τελευταῖον δὲ ἀπὸ Ἀσσοῦ τοῦ

cujus primum librum spectat Galenus decimo volumine super temperatura et facultate medicamentorum simplicium tom. II, pag. 132 ed. Basil. Vide eundem Galenum tom. II, pag. 68, Artemidorum Onirocrit. IV, 22 et Aetium Tetrab. I, lib. II, cap. 83. De hoc autem sic judicat Clemens Alexandrinus Stromatum lib. VII, p. 717 : δοκαί δὲ Ξενοκράτης ἰδίᾳ πραγματευόμενος περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς, καὶ Πολύμων ἐν τοῖς περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου συντάγμασι σαφῶς λέγειν, ὡς ἀσύμφορόν ἐστιν ἢ διὰ τῶν σαρκῶν τροφή, εἰργασμένη ἤδη καὶ ἐξομοιωμένη (leg. ἐξομοιωμένη) ταῖς τῶν ἀλόγων ψυχαῖς. Caeteroquin ex illo opere locum satis longum περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς servavit Oribasius Collectan. med. II, 58. Cf. Fabricius Bibl. Gr. vol. III, pag. 193. Agmen claudit Xenocrates Ephesius a Plinio aliquoties laudatus, ut lib. XXXVII, cap. 2, qui in physiologia videtur elaborasse (89).

Venio nunc ad Xenocratis Chalcedonii scripta. Diogenes Laertius lib. IV, 11 plurima eum ingenii sui monumenta reliquisse docens, in his συγγράμματα καὶ ἔπη καὶ παραινέσεις, id est, libros soluta oratione conscriptos, carmina heroica et monita fuisse ait. Sed ut quanta doctissimi viri de singulis philosophiæ litterarumque partibus merita fuerint, appareat, non illum voluminum ordinem, qui Laetio placuit, sequemur, sed philosophi scripta generatim disposita exhibebimus.

### I. Scripta mathematica.

(1) περὶ γεωμετρῶν βιβλία ε', *de geometris*, libri quinque.

(2) περὶ γεωμετρίας α' β', *de geometria*, libri duo.

(3) περὶ ἀριθμῶν, *de numeris*.

(4) ἀριθμῶν θεωρία, *numerorum contemplatio*.

(5) τῶν περὶ ἀστρολογίαν ζ', *astrologiæ libri sex*.

### II. Scripta physica.

(6) περὶ φιλοσοφίας α'.

In hoc singulari de philosophia libro verisimile est Xenocratem ea exposuisse quæ ad tripartitam sapientiæ divisionem spectarent. Huc pertinet Sexti Empirici locus qui adv. mathem. VII, 16 ita Chalcedonii philosophi placitum tangit : πλὴν οὗτοι μὲν ἑλλειπῶς ἀνεστράφηται δοκοῦσιν, ἐντελέστερον δὲ παρὰ τούτους οἱ εἰπόντες τῆς φιλοσοφίας τὸ μὲν τι εἶναι φυσικόν, τὸ δὲ ἠθικόν, τὸ δὲ λογικόν. ὧν δυνάμει μὲν Πλάτων ἐστὶν ἀρχηγός, περὶ πολλῶν μὲν φυσικῶν, πολλῶν δὲ ἠθικῶν, οὐκ ὀλίγων

δὲ λογικῶν διαλεχθεῖς· βητότατα δὲ οἱ περὶ τὸν Ξενοκράτην καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, ἐτι δὲ οἱ ἀπὸ τῆς στοῆς ἔχονται τῆσδε τῆς διαιρέσεως.

(7) περὶ θεῶν α' β'.

Hos libellos intuitus Vellejus apud Ciceronem de nat. deor. lib. I, cap. 13 : Neque vero, inquit, ejus condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior; in cujus libris, qui sunt de natura deorum, nulla species divina describitur : deos enim octo esse dicit : quinque eos, qui in stellis vagis nominantur, unum, qui ex omnibus sideribus, quæ infixæ cælo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus; septimum Solem adjungit : octavumque Lunam, qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest.

(8) περὶ φύσεως α' β' γ' δ' ε' ζ' *de natura libri sex*.

(9) φυσικῆς ἀκροάσεως α' β' γ' δ' ε' ζ'.

(10) περὶ τῶν Παρμενίδου α'.

(11) περὶ εἰμαρμένης α'.

(12) περὶ τοῦ ὄντος α'.

(13) περὶ τοῦ ἐνδὸς α'.

(14) περὶ τοῦ ἀορίστου α', *de infinito liber unus*.

(15) περὶ τοῦ λευθέρου α'.

(16) περὶ ἔκουσίου α'.

(17) περὶ τοῦ ἐναντίου α' β'.

(18) ἐναντίων α'.

(19) περὶ διαστημάτων α'.

(20) περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν α'.

(21) περὶ εἰδῶν α'.

(22) περὶ ψυχῆς α' β'.

(23) τῶν περὶ τὴν διάνοιαν α' β' γ' δ' ε' ζ' η'.

*De Rebus quæ ad mentem spectant libri octo.*

(24) τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἄλλα βιβλία δύο.

*De eodem argumento alii libri duo.*

(25) περὶ ἰδεῶν α', *de ideis liber unus*.

(26) περὶ μνήμης α'.

(27) περὶ τῶν παθῶν α'

(28) περὶ βίου α'.

(29) περὶ θανάτου α'.

### III. Scripta dialectica.

(30) τῆς περὶ τὸ διαλέγεσθαι πραγματείας βιβλία 18. μετὰ τοῦτο βιβλία 15', καὶ ἄλλα βιβλία 15'.

De disserendi ratione libri XIV, post hæc libri XV et alii XVI. Emendavi locum e latina Ambrosii interpretatione. Nam corruptam pleborumque codicum scripturam τῆς περὶ τὸ διαλέγεσθαι πραγματείας βιβλία 15', μ', α', β', ψ', μ'. Μετὰ τοῦτο βιβλία 15', καὶ ἄλλα βιβλία 15' ortam reor

e verbis μετὰ τοῦτο a librario bis scriptis. Quod reliquum est, bene meruisse Xenocratem de hac philosophiæ parte, ostendit Cicero Acad. lib. II, cap. 46. Sic autem judicat: « Ubi enim (Antiochus) aut Xenocratem sequitur, cujus libri sunt de ratione loquendi multi, et multum probati? aut ipsum Aristotelem etc. »

(31) περὶ τοῦ γράφειν α'.

(32) περὶ τέχνης α'.

(33) περὶ ἐπιστήμης α'. de scientia liber unus.

(34) περὶ ἐπιστημοσύνης α'. de peritia liber unus.

(35) λύσεις τῶν περὶ τοὺς λόγους ια',

Solutio questionum ad litteras pertinentium undecim libris comprehensa.

Legendum enim ια', non, ut vulgo fit, α' ι'.

(36) λύσεις α' β', Solutionum libri duo.

(37) διαιρέσεις η', Divisionum libri octo.

(38) θέσεων βιβλία μγ' Propositorum libri XLIII. Scripsi μγ', quum vulgo mendose legeretur α' μ' γ'.

Cæterum θέσεων verti propositorum imitatus Ciceronem Topic. cap. 21.

(39) περὶ μαθημάτων τῶν περὶ τὴν λέξιν λογικῶν βιβλία θ',

de disciplinis rationalibus, quæ circa dictionem versantur libri novem.

(40) τῶν περὶ τὰ μαθήματα βιβλία ς', eorum quæ circa disciplinas versantur libri sex.

#### IV. Scripta moralia et politica.

(41) περὶ εὐδαιμονίας α' β', de felicitate libri duo.

Fortasse huc referendum est Sexti Empirici testimonium adv. math. XI, 3-4 πάντες μὲν οἱ κατὰ τρόπον στοιχειοῦν δοκοῦντες τῶν φιλοσόφων, καὶ ἐπιφανέστατα παρὰ πάντας οἱ τε ἀπὸ τῆς ἀρχαίας ἀκαδημίας, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, ἔτι δὲ τῆς στοᾶς, εἰώθασι διαιρούμενοι λέγειν τῶν ὄντων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δὲ μεταξὺ τούτων, ἅπερ καὶ ἀδιάφορα λέγουσιν· ἰδιαίτερον δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ὁ Ξενοκράτης καὶ ταῖς ἐνικαῖς πτώσει χρώμενος ἔφασκε· « πᾶν τὸ ὄν ἢ ἀγαθόν ἐστίν, ἢ κακόν ἐστίν, ἢ οὔτε ἀγαθόν ἐστίν οὔτε κακόν ἐστίν. » Καὶ τῶν λοιπῶν φιλοσόφων χωρὶς ἀποδείξαι τὴν τοιαύτην διαίρεσιν προσεμμένον αὐτὸς ἐδόκει καὶ ἀπόδειξιν συμπαραλαμβάνειν. Nimirum tradita rerum divisione, quæ vel bonæ sunt, vel malæ, vel neque bonæ neque malæ, videtur de vita beata disse-ruisse. Cf. Clemens Alexandrinus Strom. II, pag. 419.

(42) περὶ τοῦ ἀγαθοῦ α'.

(43) περὶ τοῦ ὀφελίμου α'.

(44) περὶ πλούτου α'.

(45) περὶ ἡδονῆς α' β'.

(46) περὶ ἀρετῆς α' β', de virtute libri duo.

Quomodo hanc materiam tractaverit Chalcedonius sapientis doctor, declarat Cicero Tusc. Disp. lib. V, cap. 18: Quid ergo aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum, gravissimum philosophorum, exaggerantem tantopere virtutem, extenuantem cætera et abjicientem, in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere? quod quidem nisi fit, virtutum interitus consequetur.

(47) περὶ δικαιοσύνης α'.

(48) Ἀρχέδημος ἢ περὶ δικαιοσύνης α'.

(49) περὶ ἐπιεικείας α', de æquitate liber unus.

(50) περὶ ἀνδρείας α', de fortitudine liber unus.

(51) περὶ φρονήσεως α' β', de prudentia libri duo.

Citat hoc opus Clemens Alexandrinus Strom. lib. II, pag. 369 ἐπεὶ καὶ Ξενοκράτης ἐν τῷ περὶ φρονήσεως τὴν σοφίαν ἐπιστήμην τῶν πρώτων αἰτίων καὶ τῆς νοητῆς οὐσίας εἶναι φησὶ· τὴν φρόνησιν ἡγούμενος διττήν· τὴν μὲν πρακτικὴν· τὴν δὲ θεωρητικὴν· ἣν δὲ σοφίαν ὑπάρχειν ἀνθρωπίνην· διόπερ ἢ μὲν σοφία φρόνησις· οὐ μὴν πᾶσα φρόνησις σοφία.

(52) περὶ σωφροσύνης α', de temperantia liber unus.

(53) περὶ ἐγκρατείας α', de continentia liber unus.

(54) ὅτι παραδοτὴ ἢ ἀρετὴ α', virtutem tradi posse liber unus.

(55) περὶ σοφίας ς', de sapientia libri sex.

(56) περὶ φιλίας α' β', de amicitia libri duo.

(57) περὶ ὁσιότητος α', de sanctitate liber unus.

(58) περὶ ὁμονοίας α', de concordia liber unus.

(59) περὶ τοῦ ψεύδους α', de mendacito liber unus.

(60) Στοιχεῖα πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ βασιλείας δ'. Elementa de regno ad Alexandrum quatuor libris comprehensa.

(61) περὶ πολιτείας α', de republica liber unus.

(62) Οἰκονομικὸς α', Oeconomicus unus.

(63) Πολιτικὸς α', Politicus liber unus.

(64) περὶ δυνάμεως νόμου α', de vi legis liber unus.

Ex hoc opusculo fortasse petitus est locus de tribus Triptolemi legibus, quem ex Hermippo proferre se dicit Porphyrius de Abstinencia lib. IV, cap. 22 τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρελήφαμεν· περὶ οὗ Ἑρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα· φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίους νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσίνοι τούτους· γονεῖς τιμῆν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῆα μὴ σίνεσθαι. Vid. fragm. 72.

- (68) περί τοῦ παιδίου α', *de puero* liber unus.  
 (69) περί μαθητῶν α' β', *de discipulis* libri duo.

## V. Scripta varia.

- (67) περί βίων α', *de vitis* liber unus.

In hoc volumine probabile est eum de Platone quoque et Pythagora egisse, siquidem utriusque philosophi vitam a Xenocrate litteris mandatam fuisse veteres testificantur. Simplicius in Aristotelis Physica lib. VIII, p. 265 B. (Cf. Scholia in Aristot. pag. 427 ed. Brandis.) ἔτι δὲ τοῦτο σαφέστερον πεποίηκε Ξενοκράτης ὁ γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος ἀκροατῶν ἐν τῇ περὶ τοῦ Πλάτωνος βίου τάδε γεγραφός κτλ. Iamblichus de vita Pythagoræ cap. II, 7 παραιτητέοι γὰρ Ἐπιμενίδης καὶ Εὐδοξος καὶ Ξενοκράτης ὑπονοῦντες τῇ Παρθενίδι τότε μιγῆναι τὸν Ἀπόλλω, καὶ κύουσαν αὐτὴν ἐκ μὴ οὕτως ἐχούσης καταστήσαι τε καὶ προαγγεῖλαι διὰ τῆς προφήτιδος· τοῦτο μὲν οὖν οὐδαμῶς προσέσθαι. Conf. Wyttenbachius Bibl. Crit. parte VIII pag. 120.

- (68) Ἀρχὰς α'.  
 (69) Καλλικλῆς α'.  
 (70) Κεφαλαίων α'.

Inutilis est Fabricii conjectura qui Bibl. Græc. vol. III, p. 192 ed. Harl. ait pro Κεφαλαίων legendum videri Κέφαλος, quia Speusippi liber quidam sic inscriptus fuerit.

- (71) Πυθαγόρεια α'.

Menagius ad Diog. Laert. lib. IV, 13 ratus librum Clementi Alexandrino Stromatum, lib. VII, p. 717 citatum περί τῆς ἀπὸ τῶν ζῶων τροφῆς, non fuisse diversum ab eo qui Πυθαγόρεια inscribebatur, utrumque Chalcedonio philosopho tribuit. Licet autem supra Xenocrati Aphrodisiensi commentarium illum assignaverimus, tamen, quum incerta res sit, neque Menagium refellere, neque nostram sententiam allatis rationibus tueri conabimur.

- (72) Ὑπομνημάτων α', *commentariorum* liber unus.

- (73) πρὸς Ἀρύβαν α', *ad Arybam* liber unus.

- (74) πρὸς Ἡφαίστιωνα α', *ad Hephæstionem* liber unus.

Hæc omnia volumina continere versus μ' κβ' δ' σ' λ' θ' Diogenes Laertius auctor est, quem versuum numerum plerique animo assequi non potuerunt. Sed componi cum hoc similem locum

oportet, qui legitur lib. V, 27 de Stagiritæ scriptis : γίνονται αὖ πᾶσαι, μυριάδες στίχων τέτταρες καὶ τετταράκοντα πρὸς τοῖς πεντακισχίλοις καὶ διακοσίοις ἑβδομήκοντα. Itaque si librarios hic στίχοι μ' pro στίχων μυριάδες scripsisse conjicimus, cuncti Xenocratis libri ducenties vicies quater mille ducentos triginta novem versus habebant. Sin aliter propter scriptoris inconstantiam et librarium indiligentiam de nostro loco judicandum est, possis facile reponere στίχοι μ' β' σ' λ' θ' i. e. quadragies bis mille ducenti triginta novem Cf. supra Speusippi vitam not. 134. Verum hic in lubrico versamur.

Transeo ad philosophiæ formam a Xenocrate institutam. Quamquam Chalcedonius sapientiæ doctor Platonis disciplinam explicuit et illustravit, tamen magistri vestigia persecutus in rerum contemplatione ulterius progressus est in sitasque opiniones evellere et novas inserere studuit. Jam primum omnium statuit philosophiæ mysteria tradi nemini posse, nisi qui perceptis prius artibus mathematicis animum ad sapientiam præparatum haberet (90). Qua in re magistri auctoritatem secutus est Xenocrates. Plato (91) enim magni æstimaverat mathematica, neque quemquam in dialecticis omnem curam consumere patiebatur, nisi qui doctrinis illis, quibus puerilis ætas impertiri debet, eruditus esset ac simul pulverem eruditum attigisset. Quin etiam idem Pythagoræ fuerat judicium, quippe qui numeros omnium rerum principia appellaret atque adeo cuilibet quæstioni mathematicas disciplinas adhiberet. Quid? quod scholæ inscripserat : μηδαὶς ἀγεωμέτρητος εἰσέρτω.

Porro quum ab antiquis philosophis usque ad Socratem numeri rerumque origines tractarentur, studioseque siderum magnitudines, intervalla, cursus et cuncta cœlestia anquirentur, Socrates primus philosophiam e cœlo devocavit et ad hominum mores traduxit, Plato de singulis philosophiæ partibus multa disseruit; sed ejus discipulus Xenocrates primus sapientiæ disciplinam in tres partes, physicam, ethicam, dialecticam divisit (92). Sic igitur Socratica dubitatione relicta Xenocrates dogmaticus evasit philosophus. Verissime autem Cicero Acad. Quæst. lib. I, cap. 4 de Academicis et Peripateticis disputans : « Utrique, inquit, Platonis ubertate

(90) Diogenes Laertius IV, 10 πρὸς δὲ τὸν μῆτε μουσικὴν, μῆτε γεωμετρικὴν, μῆτε ἀστρονομικὴν μαθηματικὰ, βουλόμενον δὲ παρ' αὐτὸν φοιτῆν Ποσειδῶν, ἔφη· λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας. Οἱ δὲ τοῦτ' ἔφασιν εἰπεῖν, Παρ' ἡμοῖ γὰρ πόκος οὐ κνίπτεται. — (91) Plato de Rep. lib. VII, pag. 536. D. Cf. Plutarch. Sympos. pag. 718. C. — (92)

Sextus Empiricus adv. Math. VII, 16, cujus verba supra attuli. Contra minus recte Platonem ejus divisionis auctorem dicere videntur Cicero Acad. Quæst. I, 5, Augustinus de civ. dei lib. VIII, cap. 4; Aristocles apud Eusebium Præp. Evang. lib. XI, cap. 2; Galenus hist. phil. tom. II. p. 21. C. ed. Paris. anni 1679; Joannes et Saris-

completi certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, et eam quidem plenam ac referatam : illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus et, nulla affirmatione adhibita, consuetudinem disserendi reliquerunt. Ita facta est, quod minime Socrates probabat, ars quædam philosophia et rerum ordo et descriptio disciplinæ. » Plus dubitationis videntur habere sequentia : « Quæ quidem erat primo duobus, ut dixi, nominibus una : nihil enim inter Peripateticos, et illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam ingenii præstabat, ut mihi videtur, Aristoteles quidem, sed idem fons erat utrisque, et eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio. » Sed cave putes errasse Ciceronem, qui iudicat Aristotelem cum Platone verbis sæpius quam re dissidere. Quippe morum præcepta prope eadem tradunt, ac de aliis (93) quoque philosophiæ locis similiter disserunt. Præterea tum Academici tum Peripatetici, postquam ex eodem fonte, id est Platonis disciplina, decreta sua hausserunt; quamvis diversis quasi itineribus in naturæ contemplatione ad ultimum pervenire tentarint, tamen in morali philosophia eandem rerum expetendarum fugiendarumque partitionem fecerunt.

In Xenocratis physica cum multæ res sunt non satis explicatæ, tum perdifficilis et obscura quæstio de numeris est. Solet enim in tractanda hac materia vocabulis Pythagoreis Platonis dogmata obscurare potius quam illustrare. In primis vero numeris ad designandas Platonis ideas usus est. Quod ne cui temere fecisse videatur, reputare nos convenit, Platonem Pythagoræ ejusque sectatoribus multa debuisse (94). Itaque summam alterius numeros, alterius ideas attingamus, ut quomodo Xenocrates in hoc argumento versatus sit, conjicere nobis liceat. Numeros Pythagorei omnium rerum principia vocarunt (95). Cuncta enim numeris sunt assimilata (96), quia, quæcumque in universo exstant, numerari possunt. Ergo

numerorum principia rerum etiam principia esse debent (97). Monas autem et dyas, id est unum et plura, sunt elementa uniuscujusque numeri (98) ideoque etiam omnium rerum. Quo in genere monas est principium activum, agentis causæ rationem : dyas passivum, patientis materiæ locum obtinens (99). Hæc Pythagoras et qui ad ejus auctoritatem se contulerunt.

Contra Platoni tria placet esse rerum principia eaque æterna, Deum, ideas, materiam. Materiam vagam et incerto motu fluctuantem deus in ordinem digessit, ad idearum exemplum conformavit et mundum ex ea composuit : mundo animam (ψυχήν) animæque mentem (νοῦν) indidit (100). Hæc anima mixta est ex materia bipartita; altera simplici et immutabili, altera corporea, dividua et mutabili. Eam vero animam per totam rerum naturam intentam et comitantem, quamvis a summo deo procreatam, tamen intelligentem ac divinam et quasi secundum deum esse (101) statuit. Porro summus deus opifex deos cœlestes generavit, qui sunt astra ignea (102) : immortales, non quidem sua natura, sed sursum dei voluntate. Deinceps summus deus effecit animas animalium eadem ratione, qua effecerat animam mundi, non tamen ita perfectas ut animam mundi, sed deteriores; quippe quæ minorem partem haberent materiæ illius simplicis et immutabilis (103). Has animalium animas idem summus opifex deus inter deos cœlestes divisit, ut ipsi illis corpora fabricarentur (104), iisque corporibus illas includerent. Nolo persequi cætera quæ in Timæo dicuntur. Id tantum apparet, ideas Platonicas, hoc est, species æternas et ab omni concretionem mortali segregatas, quarum similitudinem gerunt res creatæ, posse cum numeris comparari. Ut enim ex uno plura fiunt (105) : sic ex materia ad idearum exemplum conformata ingens rerum varietas exorta est. Hinc patet, optimo jure Xenocratem, philosophiæ Platonice fontes aperientem, maxime in commen-

beriensis Metaphisicæ lib. II, cap. 2. — (93) Cicero Quæst. Acad. lib. I, cap. 5-8. Cf. II, cap. 42 et 44; de Finibus lib. II, cap. 11, lib. IV, cap. 1 et 6. — (94) Aristoteles Metaph. lib. I, cap. 6. Porphyrius vit. Pythag. cap. 53. — (95) Sextus Empiricus Pyrrh. Hyp. lib. III, 152. — (96) Sextus Empiricus adv. Mathem. lib. IV, 2. — (97) Sextus Empiricus adv. Math. lib. X, 248. — (98) Id. Pyrrh. Hyp. III, 153 seqq. adv. Math. X, 261 seqq. — (99) Id. adv. Math. lib. X, 277 δὲν φασὶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ταύταις τὸν μὲν τοῦ δρώντος αἰτίου λόγον ἐπέχειν τὴν μονάδα· τὸν δὲ τῆς πασχούσης ὕλης τὴν δυάδα. —

(100) Plato Tim. p. 517. A. B. — (101) Id. Tim. p. 528. — (102) Ibid. p. 530. C. D. — (103) Ibid. p. 531. A. B. seqq. — (104) Ibid. p. 531 seqq. — (105) Cf. Plato Phileb. pag. 14. D. Sextus Empiricus adv. mathematicos lib. IX,

362 τῶν δὲ ἀσώματα δογματιζόντων οἱ μὲν περὶ Πυθαγόραν τοὺς ἀριθμοὺς θεῶν πάντων ἀρχαί, οἱ δὲ μαθηματικοὶ τὰ πέρατα τῶν σωμάτων, οἱ δὲ περὶ τὸν Πλάτωνα τὰς ἰδέας. Id. adv. mathematicos lib. X, 258 ἀλλ' ὅτι ἀσωμάτου εἶναι δεῖ τὰς ἀρχὰς τῶν λόγων θεωρητῶν σωμάτων, ἐκ τῶν εἰρημένων συμφανές. Ἐβη δὲ οὐκ εἰ τινα προδρόστηκε τῶν σωμάτων ἀσώματα, ταῦτ' ἐξ ἀνάγκης στοιχεῖά ἐστι τῶν ὄντων καὶ πρῶται τινες ἀρχαί. Ἴδου γὰρ καὶ αἱ ἰδέαι ἀσώματοι ὄσαι κατὰ τὸν Πλάτωνα προὔρεσθαι τῶν σωμάτων, καὶ ἕκαστον τῶν γινομένων πρὸς αὐτὰς γίνεται· ἀλλ' οὐκ εἰσι τῶν ὄντων ἀρχαί, ἐπεὶ περὶ ἕκαστη ἰδέα κατ' ἰδίαν μὲν λαμβανομένη ἐν εἶναι λέγεται, κατὰ σύλληψιν δὲ ἑτέρας ἢ ἄλλων δύο καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες, ὥστε εἶναι τι ἐκαστὸς αὐτῶν τῆς ὑποστάσεως, τὸν ἀριθμὸν, οὗ κατὰ μετοχὴν τὸ ἐν ἢ τὰ δύο ἢ τὰ τρία ἢ τὰ τούτων εἶναι κλεισίων ἐκικατη-

tariis, quos in magistri libros composuerat, potuisse numeris ad designandas Platonis ideas uti et vocabulis Pythagoreis illius decreta explicare. Sed de singulis philosophiæ locis (106) copiose hic disputare non vacat. Quæcunque enim ad Xe-

nocratis doctrinam et intelligendam et recte judicandam valent, ex ejus fragmentis veterumque de eo testimoniis cognoscentur. Hæc autem omnia collecta, emendata, diligenter denique conversa jam proponemus.

γορεΐται αὐτῶν. Cf. id. adv. Math. lib. IV, 11. — (106) Cf. Philoponus ad Aristot. Metaph. lib. XIII, cap. 9, pag. 1085 seq. ed. Bekker. [pag. 56 et 60]; Syrianus ad Aristotelis Metaph. lib. XIII, cap. 7 [lib. XII, pag. 84.] φανερόν δ' ἐκ τούτων, καὶ ὅτι χεῖριστα λέγεται ὁ τρίτος τρόπος, τὸ εἶναι τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τὸν τῶν εἰδῶν, καὶ τὸν μαθηματικόν. Cf. pag. 58. B. et pag. 71 seq. Scholia in

Aristotelem p. 820 A. ed. Brandis. τῶν περὶ ἀριθμοῦ ἐπιπόντων οἱ μὲν δύο ἐποίουν αὐτοὺς καὶ διέκρινον, ὡς περὶ Πλάτων (σαφῶς γὰρ οὗτος τὸν μαθηματικὸν ἕτερον εἶναι λέγει τοῦ εἰδητικοῦ), οἱ δὲ ἓνα τὸν μαθηματικόν, ὡς περὶ τινῶν Πυθαγορείων· οἱ δὲ ἐγίνωσκον μὲν ἀμφοτέρους καὶ τὸν εἰδητικὸν καὶ τὸν μαθηματικόν, ἓνα δὲ ἐποίουν, ὡς περὶ Σπεύσιππου καὶ Ξενοκράτης. cf. pag. 822. B.



# ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ

## ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Ξενοκράτης, Ἀγαθήνορος, Χαλκηδόνιος \*, τὴν μονάδα καὶ τὴν δυάδα θεοῦς, τὴν μὲν ὡς ἄββενα πατρὸς ἔχουσαν τάξιν, ἐν οὐρανῷ βασιλεύουσαν, ἤντινα προσαγορεύει καὶ Ζῆνα καὶ περιττὸν καὶ νοῦν, ὅστις ἐστὶν αὐτῷ πρῶτος θεός· τὴν δὲ ὡς θήλειαν, μητρὸς θεῶν δίκην, τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν λήξεως <sup>b</sup> ἡγουμένην, ἥτις ἐστὶν αὐτῷ ψυχὴ τοῦ παντός.

(Stobæus Eclog. phys. lib. I, cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren.; pag. 24 ed. Gaisford.; pag. 15 ed. Meinek. Scripsi : \* Χαλκηδόνιος] cod. Aug. ἀλγηδόνιος. — <sup>b</sup> λήξεως] accipiendum ut apud Herodotum lib. IV, 21 ἢ πρώτη τῶν λαζίων. Quum autem codex Vaticanus præbeat λέξεως, non ionice scripsisse λάξιος ut ait Meinekius, sed Herodoteo more hic locutus esse Xenocrates putari debet.)

2. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος τὸν μὲν ἕπατον Δία, τὸν δὲ νέατον καλῶν, ἔμφασιν πατρὸς ἀπολείπει καὶ υἱοῦ.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. V, pag. 604. C. quem locum Eusebius Præp. Ev. lib. XIII, cap. 13, pag. 681 descripsit, sed pro Χαλκηδόνιος mendose Καρχηδόνιος substituit.)

3. Ξενοκράτης Δία τὸν ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσιν ἕπατον καλεῖ, νέατον δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην.

(Plutarchus Quæst. Platon. IX, vol. XIII, p. 275 ed. Hutten. τὸ γὰρ ἄνω καὶ πρῶτον ἕπατον οἱ παλαιοὶ προσηγόρευον· ἧ καὶ Ξενοκράτης Δία κτλ.)

4. Ξενοκράτης, Καρχηδόνιος οὗτος, ἑπτὰ μὲν θεοῦς τοὺς πλάνητας, ὄγδοον δὲ τὸν ἐκ πάντων αὐτῶν συνεστῶτα κόσμον ἀνίττεται.

# XENOCRATIS

## FRAGMENTA.

(Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gentes pag. 44. Aliter Cicero de natura deorum lib. I, cap. 13, apud quem Vellejus : Nec vero, inquit, ejus condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior : in cujus libris, qui sunt de natura deorum, nulla species divina describitur. Deos enim octo esse dicit : quinque eos, qui in stellis vagis nominantur : unum qui ex omnibus sideribus, quæ infixæ cælo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus : septimum, solem adjungit : octavamque, lunam : qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest. Quare Davigius ad Ciceronis l. c. apud Clementem legi jubet ὄγδοον δὲ τὸν ἐκ πάντων τῶν ἀπλανῶν. At nihil mutare ausim.)

5. Ἐλήρει δ' Ἀριστοτέλης, ἐλήρει δὲ Ξενοκράτης, ὠφελίσθαι μὲν ἀνθρώπους ὑπὸ θεῶν, ὠφελίσθαι δὲ ὑπὸ γονέων, ὠφελίσθαι δὲ ὑπὸ καθηγητῶν ἀποφαινόμενοι· τὴν δὲ θαυμαστὴν ἀγνοοῦντες ὠφελίαν, ἣν οἱ σοφοὶ κινουμένων κατ' ἀρετὴν ἀλλήλων ὠφελοῦνται, καὶ μὴ συνῶσι, μηδὲ γινώσκοντες τυγχάνουσιν.

(Plutarchus adv. Stoic. cap. 22, vol. XIV, pag. 29 ed. Hutten. Disputat hoc loco Plutarchus de Stoicorum dogmate, qui contendunt, si unus sapiens digitum prudenter quodammodo porrigat, omnes toto orbe sapientes fructum inde capere. Hoc si contingit, ait Plutarchus, delirasse dicendum est Xenocrates, ratus homines a diis, parentibus et præceptoribus juvari, quum de Stoicorum sententia sapientes tantum de hominibus bene merere queant. Patet autem hinc, Xenocratem deorum providentia mundum administrari affirmasse.)

1. Xenocrates, Agathenoris filius, Chalcedonius, monadem et dyadem deos facit, illam quidem ut marem patris vice fungentem atque in cælo regnantem, quam et Jovem vocat et imparem et mentem, qui est ipsi primus deus : hanc vero ut feminam, matris deorum instar, portioni cælo subjectæ imperantem, quæ ipsi est anima mundi.

2. Xenocrates autem Chalcedonius, unum quidem vocans supremum Jovem, alterum vero infimum, nonnullam patris ac filii significationem dat.

3. Xenocrates Jovem in rebus immutabilibus supremum appellat, infimum autem in iis quæ sunt infra lunam.

4. Xenocrates (fuit hic Carthaginiensis) septem quidem deos planetas, octavum vero, qui ex his omnibus constat, mundum obscure significat.

5. Delirabat igitur Aristoteles, delirabat Xenocrates, adjuvari homines a diis, adjuvari a parentibus, adjuvari a præceptoribus censentes, mirabilem vero illam ignorantem utilitatem, quam sapientes mutua virtute commoti percipiunt, etiamsi non intelligant neque agnoscant.

α. Καθολου γ' οὖν τὴν περὶ τοῦ θείου ἔνοιαν Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος οὐκ ἀπελπίζει καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῷοις.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. V, p. 590. B. Scripsi Χαλκηδόνιος rejecta librorum lectione Καρχηδόνιος. Vid. supra ad fragm. 2.)

7. Θεὸν<sup>α</sup> δὲ εἶναι καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἀστέρας πυρώδεις δλυμπίους θεοὺς, καὶ ἑτέροισι ὑποσελήνους δαίμονας ἀοράτους<sup>β</sup>. Ἀρέσκει δὲ καὶ αὐτῶ πλὴν τούτων φύσει τινὰς ὑπάρχειν ἐν τῷ περιέχοντι καὶ ἐνδοικεῖν<sup>γ</sup> τοῖς ὑλικοῖς στοιχείοις. Τούτων δὲ τὴν μὲν δι' αἴρος διήκουσαν Ἦραν προσαγορεύει<sup>δ</sup>, τὴν δὲ διὰ τοῦ ὑγροῦ Ποσειδῶνα, τὴν δὲ διὰ τῆς γῆς φυτοσπόρον Δήμητρα<sup>ε</sup>.

(Stobæus Eclog. phys. lib. I, cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren; pag. 24 ed. Gaisford; pag. 15 ed. Meinek. Scripsi : α θεὸν] e codd. Vat. et Aug; vulgo θεῶν. — β ἀοράτους] ex iisdem codd; vulgo δρατούς. — γ ἀρέσκει δὲ καὶ αὐτῶ πλὴν τούτων φύσει τινὰς ὑπάρχειν ἐν τῷ περιέχοντι καὶ ἐνδοικεῖν] secutus Plutarchum de Isid. et Osir. cap. 26. Cf. fragm. 10; codd. ἀρέσκεται δὲ καὶ αὐτὸς et post plurimum verborum lacunam καὶ ἐνδοικεῖν (al. ἐνδιήκειν) τοῖς ὑλ. στ. Cæterum ἐνδοικεῖν similiter dicitur ab eodem scriptore pag. 22 ed. Gaisford. in verbis τὰς ἐνδοικούσας τοῖς στοιχείοις ἢ τοῖς σώμασι δυνάμεις, quamquam ibi quodam aliæ membranæ ἐνδιήκειν præferunt. Est autem utraque vox philosophorum propria. Sic Stobæus l. c. p. 26 καὶ πνεῦμα ἐνδιήκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, item Sextus Empiricus pag. 296 αἱ ἐνδιήκουσαι ἐν τοῖς κατὰ μέρος κοινότητες. — δ τούτων δὲ τὴν μὲν δι' αἴρος διήκουσαν Ἦραν προσαγορεύει] codd. Vat. et Aug. τὴν μὲν αἰετὴν προσαγορεύει, nisi quod post μεν aliquid deesse indicant. Quare lacunam inserto διήκουσαν explevi, atque αἰετὴν cum Heerenio in δι' αἴρος converti. — ε Δήμητρα] vulgo Δήμητραν.)

8. Βέλτιον οὖν οἱ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα καὶ Ὅσιριν

καὶ Ἰσιν ἰστορούμενα, μῆτε θεῶν παθήματα, μῆτε ἀνθρώπων, ἀλλὰ δαιμόνων μεγάλων εἶναι νομίζοντες, οὐκ<sup>α</sup> καὶ Πλάτων καὶ Πυθαγόρας καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρυσίππος, ἐπόμενοι τοῖς πάλαι θεολόγοις, ἐβρώμενεστέρους μὲν ἀνθρώπων γεγονέναι λέγουσι, καὶ πολλῇ τῇ δυνάμει τὴν φύσιν υπερφέροντας ἡμῶν, τὸ δὲ θεῖον οὐκ ἀμιγές, οὐδ' ἀκρατὸν ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσει καὶ σώματος αἰσθήσει συνειληχός<sup>β</sup>, ἡδονὴν δεχομένη καὶ πόνον, καὶ ὅσα ταύταις ἐγγενόμενα ταῖς μεταβολαῖς πάθη, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἥττον ἐπιταράττει. Γίνονται γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας.

(Plutarchus de Isid. et Osir. cap. 25 vol. IX pag. 134 ed. Hutten. quem locum descripsit etiam Eusebius Præp. Evang. lib. V, cap. 5, pag. 187. Posui autem : α οὐκ] ex Eusebio; ὡς codd. Plutarchi. — β συνειληχός] ex Eusebio; ἐνσυνειληχός vel ἐν συνηλιχός Plutarchi exemplaria. — )

9. Ὅμοιος δὲ καὶ εὐδαίμονα, οὗ ἂν ὁ δαίμων ἦ σπουδαῖος, καθάπερ Ξενοκράτης φησὶν εὐδαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαῖον· ταύτην γὰρ ἐκάστου εἶναι δαίμονα.

(Aristoteles Topicor. lib. II, cap. 6, pag. 112. A. ed. Bekker. εἶτι τὸ ἐπιχειρεῖν μεταφέροντα τοῦνομα ἐπὶ τὸν λόγον, ὡς μᾶλλον προσῆκον ἐκλαμβάνειν ἢ ὡς κεῖται τοῦνομα, ὅσον εὐψυχον μὴ τὸν ἀνδρείον, καθάπερ νῦν κεῖται, ἀλλὰ τὸν εὐ τὴν ψυχὴν ἔχοντα, καθάπερ καὶ εὐελπιν τὸν ἀγαθὰ ἐλπίζοντα· ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα κτλ. ad quem locum Alexander Aphrodisiensis (cf. Scholl. in Arist. p. 268. B. ed. Brandis) hæc annotavit : εἰ δὲ δαίμων ἐκάστου ἢ ψυχῆ, καθὰ Ξενοκράτης δοκεῖ, εἴη ἂν εὐδαίμων ὁ εὐ τὴν ψυχὴν ἔχων· εὐ δὲ τὴν ψυχὴν ἔχει ὁ σπουδαῖος. σπουδαῖος ἄρα ὁ εὐδαίμων.)

10. Παράδειγμα δὲ τῶ λόγῳ Ξενοκράτης μὲν, ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος, ἐποίησατο τὸ τῶν τριγώνων, θεῖον μὲν ἀπεικάσας τὸ ἰσόπλευρον, θνητῶ δὲ τὸ σκαληνόν, τὸ δ' ἰσοσκελές δαιμονίῳ· τὸ μὲν γάρ, ἴσον πάντη· τὸ

6. Quippe omnino Xenocrates Chalcedonius non desperat, etiam in animalibus rationis expertibus esse dei notitiam.

7. Deum etiam cælum statuit ardentesque stellas deos Olympios, et alios subter lunam genios non aspectabiles. Placet ei autem præter hos naturas quoque quasdam in aere esse, easque per elementa materiæ penetrare. Ex his quæ per aerem transit Junonem, qui per aquam Neptunum, qui per terram, Cererem frugiferam vocat.

8. Melius igitur ii qui quæ de Typhone, Osiride, Iside narrantur, neque deorum neque hominum, sed magnorum geniorum casus esse putant, quos genios et Plato et Pythagoras, et Xenocrates et Chrysippus priscorum theologorum exemplo hominibus robustiores exstitiisse di-

cunt et virum magnitudine nostram naturam superasse, divinitate autem non sincera aut pura fuisse præditos, sed quæ animi natura corporisque sensu temperata voluptatis esset dolorisque capax, allisque id genus obnoxia affectionibus cum mutationum varietate conjunctis, quibus alii magis, alii minus turbantur. Namque ut in hominibus, ita etiam in dæmonibus sunt virtutum et vitiorum discrimina.

9. Similiter εὐδαίμονα (Id est beatum) eum cujus dæmon sit bonus, quemadmodum Xenocrates ait εὐδαίμονα esse cujus animus sit bonus : hunc enim unicuique esse dæmonem.

10. Hujus argumenti exemplum Xenocrates, Platonis sodalis, proposuit formas triangulorum, quum divines

δ', ἀνισον πάντη· τὸ δέ, πῆ μὲν ἴσον, πῆ δ' ἀνισον, ὥσπερ ἡ δαιμόνων φύσις ἔχουσα καὶ πάθος θνητοῦ καὶ θεοῦ δύναμιν.

(Plutarchus de oracul. def. cap. 13, vol. IX, p. 319 ed. Hutten.)

11. Ἀλλὰ φαύλους μὲν (ἔφη) δαίμονας οὐκ ἔμπεδοκλῆς μόνον, ὃ Ἡρακλέων, ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρῦσιππος.

(Plutarchus de oracul. def. cap. 17, vol. IX, p. 326 ed. Hutten. Cf. Euseb. Præp. Ev. lib. V, cap. 17, p. 206. B. Adde Philos. Græc. fragm. vol. I, pag. XVIII.)

12. Ὁ δὲ Ξενοκράτης καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς ἀποφράδας, καὶ τῶν ἑορτῶν ὅσαι πληγὰς τινας, ἢ κοπετούς, ἢ νηστείας, ἢ δυσφημίας, ἢ αἰσχρολογίαν ἔχουσι, οὔτε θεῶν τιμαῖς, οὔτε δαιμόνων οἰεται προσήκειν χρηστῶν, ἀλλὰ εἶναι φύσεις ἐν τῷ περιέχοντι μεγάλας μὲν καὶ ἰσχυράς, δυστρόπους δὲ καὶ σκυθρωπάς, αἱ χαίρουσι τοῖς τοιοῦτοις καὶ τυγχάνουσαι πρὸς οὐθὲν ἄλλο χεῖρον τρέπονται.

(Plutarchus de Iside et Osir. cap. 26, vol. IX, pag. 136 ed. Hutten.)

13. Ὁ δὲ Ξενοκράτης τὰ μὲν ἄστρα καὶ τὸν ἥλιον ἐκ πυρὸς φησι καὶ τοῦ πρώτου πυκνοῦ συγκεῖσθαι, τὴν δὲ σελήνην ἐκ τοῦ δευτέρου πυκνοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀέρος, τὴν δὲ γῆν ἐξ ὕδατος καὶ πυρὸς καὶ τοῦ τρίτου τῶν πυκνῶν· ὅλως δὲ μήτε τὸ πυκνὸν αὐτὸ καθ' αὐτό, μήτε τὸ μανόν, εἶναι ψυχῆς δεκτικόν.

(Plutarchus de facie in orbe lunæ cap. 29, vol. XIII, pag. 93 ed. Hutten.)

14. Ξενοκράτης κατὰ μίαν ἐπιφάνειαν οἰεται κεῖσθαι τοὺς ἀστέρας· οἱ δὲ ἄλλοι Στωϊκοὶ πρὸ τῶν ἐτέρων τοὺς ἐτέρους ἐν ὕψει καὶ βάθει.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 24, p. 514 seq. ed. Heeren; pag. 200 ed. Gaisford; pag. 141

ed. Meinek. Idem locus exstat apud Pseudoplutarchum de Placit. phil. lib. II, cap. 15 et Eusebium Præp. Evang. lib. XV, cap. 46, pag. 846, nisi quod ibi legitur : Ξενοκράτης κατὰ μίαν ἐπιφάνειαν οἰεται κινεῖσθαι. Sed quoniam de stellis inerrantibus videtur disputari, non κινεῖσθαι, sed κεῖσθαι hic flagitari apparet. Ut autem hac in re certior auctor Stobæus est : ita scriptura κατὰ μίαν ἐπιφάνειαν, quam ejus codices præbent, mutanda in κατὰ μίαν ἐπιφάνειαν. Hanc enim Plutarchi et Eusebii exemplaria exhibent. Mirum est hæsisse criticos et interpretes omnes in verbis οἱ δὲ ἄλλοι Στωϊκοὶ; sed illorum errores convincere supersedeo. Constat enim ἄλλος sæpe salva sententia omitti posse, velut apud Platonem Gorg. p. 473. C. εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ubi vide Heindorfium. Adde eundem ad Phæd. pag. 110. E.)

15. Καὶ γὰρ αὐτὸν οὕτω τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἀνω καὶ τῶν κάτω φύσει φερομένων συνηρμοσμένον ἀπηλλάχθαι παντάπασι τῆς κατὰ τόπον κινήσεως. Ταῦτα δὲ καὶ Ξενοκράτης ἔοικεν ἐνοῆσαι θεῖω τινὶ λογισμῷ, τὴν ἀρχὴν λαβὼν παρὰ Πλάτωνος.

(Plutarchus de facie in orbe lunæ cap. 29, vol. XIII, pag. 93 ed. Hutten.)

16. Ξενοκράτης μέτρον τῶν γεννητῶν καὶ κίνησιν ἀΐδιον (τὸν χρόνον ἔλεγε).

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 8, 40 pag. 250 ed. Heeren; pag. 91 ed. Gaisford; pag. 63 ed. Meinek.)

17. Δοκεῖ μὲν πρὸς Ξενοκράτην μάλιστα καὶ τοὺς Πλατωνικοὺς ὁ λόγος τείνειν, διότι ἐξ ἀτάκτου καὶ πλημμελοῦς γεγονέναι τὸν κόσμον φασί, τοῦ Πλάτωνος εἰπόντος « παραλαβὼν γὰρ ὁ θεὸς πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν οὐχ ἡσυχίαν ἀγον ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς

naturæ conferret triangulum æquilaterum, mortali fastigio scalennum, geniorum prosaplæ æquicrurium : quippe primum undique æquale est, alterum inæquale, tertium tum æquale tum inæquale, ut geniorum natura simul affectionibus humanis simul dei viribus conspicua.

11. Sed malos (inquit) genios esse, non solum Empedocles, o Heracleo, scriptum reliquit, sed Plato etiam, Xenocrates et Chrysippus.

12. Xenocrates etiam dies nefastos et festos, quibus verbera, plactus, jejunia, mali ominis voces aut obscæna dicta usurpantur, neque cum deorum neque cum bonorum geniorum cultu convenire censet; sed esse in aere naturas quasdam magnas et fortes, easdemque morosas ac difficiles, quæ istius modi rebus delectentur, easque consecutæ injuriosas esse desinant.

13. Xenocrates vero stellas et solem ex igne ait et primo denso constare, lunam ex secundo denso et pro-

prio aere, terram ex aqua et igne et tertio dense; omnino autem neque densum ipsum per se, neque rarum animæ esse capax.

14. Xenocrates in una superficie positas putat stellas : at Stoici alias aliis altius vel humillius.

15. Nam ipsum quoque mundum ita ex iis, quæ sua natura sursum et deorsum feruntur, apte compositum, liberum esse ab omni loci mutatione. Hæc etiam Xenocrates videtur divinitus concepisse mente, principium a Platone mutuatus.

16. Xenocrates (tempus) rerum creaturarum mensuram motumque perpetuum (appellabat).

17. Videtur ad Xenocratem maxime et ad Platonicos disputatio pertinere, quia ex inordinato et incomposito mundum effectum esse ajunt, quum Plato dixerit : *quidquid erat, quod cerni posset, id sibi deus assumpsit, non tranquillum et quietum, sed immoderate*

καὶ ἀτάκτως εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. » Οὗτοι οὖν γενητὸν καὶ ἀφθαρτὸν λέγοντες τὸν κόσμον τὴν γένεσιν οὐχ ὡς ἀπὸ χρόνου φασὶ δεῖν ἀκοῦειν, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως εἰρημένην, διδασκαλίας χάριν τῆς τάξεως τῶν ἐν αὐτῷ προτέρων τε καὶ συνθετωτέρων.

(Simplicius ad Aristotelem de Cælo pag. 70. B. Cf. Schol. Arist. p. 488. Spectat autem hæc explicatio ad lib. I de Cælo cap. 10, pag. 279. B. ed. Bekker. εἰ δὲ γέγονεν, ἀνάγκη δηλονότι κακείνα δυνατὰ εἶναι ἄλλως ἔχειν καὶ μὴ αἰεὶ οὕτως ἔχειν, ὥστε καὶ συνεστῶτα διαλυθῆσεται καὶ διαλελυμένα συνέσθη ἔμπροσθεν, καὶ τοῦτ' ἀπειράκις ἢ οὕτως εἴχεν ἢ δυνατὸν ἦν. Εἰ δὲ τοῦτ', οὐκ ἂν εἴη ἀφθαρτος, οὐτ' εἰ ἄλλως εἶγέ ποτε οὐτ' εἰ δυνατὸν ἄλλως ἔχειν. \*Ὦν δὲ τινες βοήθειαν ἐπιχειροῦσι φέρειν ἑαυτοῖς τῶν λεγόντων ἀφθαρτὸν μὲν εἶναι γενόμενον δέ, οὐκ ἔστιν ἀληθές κτλ. Huc pertinet etiam scholion cod. Coisl. 166, p. 489 ed. Brandis. ταῦτα πρὸς Ξενοκράτην εἰρηται ἀπολογούμενον ὑπὲρ Πλάτωνος καὶ λέγοντα ὅτι γενόμενον εἶπε τὸν κόσμον ὁ Πλάτων οὐ τοῦτο βουλευόμενος, ἀλλὰ διδασκαλίας χάριν ἔφησεν ἐκ τῆς ὕλης τῆς προηγουμένης καὶ τοῦ εἶδους γενομένη τὸν κόσμον, ὡς ἔχει ἐπὶ τῶν μαθημάτων. Simile est scholion cod. Reg. 1853 l. c. ὁ Ξενοκράτης καὶ ὁ Σπεύσιππος ἐπιχειροῦντες βοηθῆσαι τῷ Πλάτῳ ἐλεγον ὅτι οὐ γενητὸν τὸν κόσμον ὁ Πλάτων ἐδόξαζεν, ἀλλὰ ἀγένητον, χάριν δὲ διδασκαλίας καὶ τοῦ γνωρίσαι καὶ παραστήσαι αὐτὸ ἀκριβέστερον ἔλεγε τοῦτον γενητὸν. De reliquo quæ affert Simplicius Platonis verba παραλαβὼν γὰρ ὁ θεὸς κτλ. leguntur in Timæo p. 30 A. Est vero operæ pretium audire Censorinum de die natali cap. 4 antiquorum de rerum origine opiniones sic referentem. Sed prior, inquit, illa sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet Pythagoran Samium et Ocellum Lucanum et Archytan Tarentinum omnesque adeo Pythagoricos. Sed et Plato Atheniensis et Xenocrates et Dicæarchus Messenius itemque antiquæ academix philosophi non aliud videntur opinati.)

18. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ξενοκράτης ἐκ μικροτέρων

ὄγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει, ὅπερ ἔστιν ἐλάχιστα καὶ οἶνεϊ στοιχεῖα στοιχείων.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 17 pag. 368 ed. Heeren; pag. 143 ed. Gaisford; pag. 100 ed. Meinek. Eadem verba exstant apud Pseudo-plutarchum de placit. phil. lib. I, cap. 17, nisi quod omissio Xenocratis nomine scribit Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μικροτέρων ὄγκων κτλ. Cf. ibid. cap. 13 Ἐμπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα, οἶνεϊ στοιχεῖα στοιχείων, ἴσομερῶ, ὅπερ ἔστι στρογγύλα. In eandem sententiam Galenus hist. phil. cap. 10 οἱ μὲν παλαιότεροι τὰς τῶν στοιχείων μίξεις κατ' ἀλλοίωσιν ἤτοι κρᾶσιν ὤθησαν γίνεσθαι, οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον κατὰ παράθεσιν. Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἐκ μικροτάτων οἰεῖται τὰ στοιχεῖα συγκρίνειν. Quidam igitur Galenum secuti non modo apud Plutarchum, sed etiam apud Stobæum pro μικροτέρων substitui μικροτάτων voluerunt. Verum illam rem haud in magno discrimine ponimus.)

19. Ξενοκράτης καὶ Διόδωρος ἀμερῆ τὰ ἐλάχιστα ὀρίζοντο.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 14, 1 pag. 350 ed. Heeren; pag. 133 ed. Gaisford; pag. 94 ed. Meinek. Ut autem e minoribus corpusculis orta sunt elementa: ita ex quatuor elementis illa, quæ in terris sunt, corpora originem acceperunt. De quo argumento Plutarchi locus est, quem nunc proponemus.)

20. Τί οὖν; οὐχὶ καὶ Πλάτωνι συνέβαινε καὶ Ἀριστοτέλει καὶ Ξενοκράτει, χρυσὸν ἐκ μὴ χρυσοῦ, καὶ λίθον ἐκ μὴ λίθου, καὶ τᾶλλα γεννᾶν ἐκ τεσσάρων ἁπλῶν καὶ πρώτων ἀπάντων; Πάνυ μὲν οὖν. Ἄλλ' ἐκείνοις μὲν εὐθὺς τε συνίσασιν αἱ ἀρχαὶ πρὸς τὴν ἐκάστου γένεσιν, ὥσπερ συμβολὰς μεγάλας φέρουσαι τὰς ἐν αὐταῖς ποιότητας, καὶ σταν συνέλθωσιν εἰς τὸ αὐτὸ καὶ συμπεσσωσι ξηροῖς ὑγρά, καὶ ψυχρὰ θερμοῖς, καὶ στερεὰ μαλθακοῖς, σώματα κινούμενα παθητικοῖς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μεταβάλλοντα δι' ὄλων, ἐτέραν ἀπ' ἐτέρας κρᾶσεως συναποτίκται γένεσιν.

(Plutarchus adv. Colot. cap. 9 vol. XIV,

*agitatum et fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit.* Hi igitur procreatum et immortalem vocantes mundum rerum procreationem non ut quodam tempore factam intelligi oportere ajunt, sed ea conditione dictam, ut indicaretur ordo eorum quæ in mundo priora et magis composita sunt.

18. Empedocles et Xenocrates e minoribus corpusculis elementa componunt, quæ minima sunt ac tanquam elementorum elementa.

19. Xenocrates ac Diodorus minima partibus carere censebant.

20. Quid ergo? nonne Plato et Aristoteles et Xenocrates aurum ex non auro, lapidem ex non lapide et reliqua e quatuor primis et simplicibus omnium elementis generari faciebant? Sane quidem. Verum his statim ad uniuscujusque rei generationem coeunt principia magnamque rerum velut adjumentum suas quodque qualitates afferunt: et quando congressa sunt cum siccis humida, cum calidis frigida, cum mollibus dura, corpora mota cum his quæ invicem se afficiunt, et penitus mutata diversum diversa mixtura partum simul edunt.

pag. 150 ed. Hutten. De reliquo omnia, quæ in terra exstant, vel per se sunt, vel ad aliquid referuntur. Docet hoc Simplicius ad Aristot. Categ. pag. 27 (interp. lat. Venet. 1567): *Xenocrates et Andronicus videntur omnia comprehendere sub per se et ad aliquid: perinde quasi supervacaneum sit apud eos tantam multitudinem generum afferre*. Qui locus sic explicandus est, ut quod per se sit, substantiam esse dicamus, quod ad aliquid referatur, accidens vel modum appellemus, quoniam hic non potest nisi in altero esse.)

21. Οἱ δὲ περὶ Ξενοκράτην τὴν μὲν πρώτην ἀκολουθίαν ὑπεῖναι συνεχώρουν, τοῦτ' ἔστιν ὅτι εἰ ἐν ἔστι τὸ ὄν, καὶ ἀδιαίρετον ἔσται· οὐ μὴν ἀδιαίρετον εἶναι τὸ ὄν· διὸ πάλιν μηδὲ ἐν μόνον τὸ ὄν, ἀλλὰ πλείω· διαίρετόν μέντοι μὴ ἐπ' ἀπειρον εἶναι, ἀλλ' εἰς ἄτομά τινα καταλήγειν· ταῦτα μέντοι μὴ ἄτομα εἶναι ὡς ἀμερῆ καὶ ἐλάχιστα, ἀλλὰ τὸ ποσὸν καὶ τὴν ὕλην τμητὰ καὶ μέρη ἔχοντα· τῶν δὲ εἶδει ἄτομα καὶ πρῶτα πρῶτας τινὰς ὑποτιθέμενος εἶναι γραμμὰς ἀτόμους καὶ ἔξ ἐκ τούτων ἐπίπεδα καὶ στερεὰ πρῶτα. Τὴν οὖν ἐκ τῆς διχοτομίας καὶ ἀπλῶς τῆς ἐπ' ἀπειρον τομῆς καὶ διαιρέσεως ὑπαντῶσαν ἀπορίαν ὁ Ξενοκράτης οἴεται διαλύσθαι, τὰς ἀτόμους εἰσαγαγὼν γραμμὰς, καὶ ἀπλῶς ἄτομα ποιήσας μεγέθη, φεύγων τὸ ὄν εἶπερ ἔστι διαίρετόν εἰς τὸ μὴ ὄν ἀναλυθῆναι καὶ ἀναλωθῆναι, τῶν ἀτόμων γραμμῶν ἐξ ὧν ὑπίσταται τὰ ὄντα ἀτμήτων μενουσῶν καὶ ἀδιαίρετων.

(Simplicius in Aristotelis Phys. pag. 30. A.)

22. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ξενοκράτης σοφὸς ἦν ἀνὴρ, πῶς ἄρα τὰς ἀτόμους γραμμὰς ὑπετίθετο; Οὐδὲ γὰρ ἠγνόει τὴν φύσιν τοῦ μεγέθους, ἀλλ' οὐδὲ τῶν εἶδει ἀδιαίρετον ἔλεγε· τοῦτο γὰρ οὐ μόνον αἱ ἐλάχισται γραμμῆαι ἔχου-

σιν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα σώματα· μήποτε οὐδ' οὐ πρὸς τὴν ἐπ' ἀπειρον τομὴν ἐνίστατο ὁ Ξενοκράτης; οὐ γὰρ ἂν γεωμετρικὴν ἀρχὴν ἀνείλεον, γεωμετρικὸς ὢν ἀνὴρ, ἀλλὰ πρὸς τὸ εἰς ἀπειρα διηρῆσθαι, ὄντων αἰετινῶν ἀτμήτων μεγεθῶν, ἅτινα οὐδὲ ὑπὸ φύσεως ἰσχύει καθ' αὐτὰ διαίρεσθαι διὰ σμικρότητα, ἀλλ' ἐνωθέντα πάλιν ἄλλοις σώμασιν, οὕτως, τοῦ δλου διαιρουμένου, ἐν ἑαυτοῖς ἐκείνῃν δέχεται τὴν διαίρεσιν, ἣν μόνα ὄντα οὐκ ἂν ὑπέμεινεν. Ὡς οὖν ὁ Πλάτων ἐπίπεδα εἶπεν εἶναι τὰ πρῶτα καὶ ἐλάχιστα σώματα, οὕτως ὁ Ξενοκράτης γραμμὰς ἑδαιρέτους μὲν διὰ σμικρότητα, διαίρετὰς δὲ καὶ αὐτὰς οὕσας τῇ φύσει.

(Simplicius in Aristotelis Phys. pag. 30 B. Scripsi autem ἐκείνῃν δέχεται τὴν διαίρεσιν rejecta membranarum lectione ἐκείνα δέχεται τὴν διαίρεσιν.)

23. Ἄλλα μὴν δέδεικται ἐν τῇ Φυσικῇ Ἀκροάσει, ἐν τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις, ἐν οἷς ἀντέλεγε πρὸς Ξενοκράτην γραμμὰς ἀτόμους λέγοντα, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀδιαίρετοι γραμμῆαι, τοῦτ' ἔστιν ὅτι οὐδὲν μέρος γραμμῆς ἔστιν ἀδιαίρετον, ἀλλ' εἰς ἀπειρόν ἔστι διαίρετόν· οὐκ ἄρα ἐκ σημείων ἔστι γραμμῆ, οὐδ' ἐκ γραμμῶν τὸ ἐπίπεδον, οὐδ' ἐξ ἐπιπέδων τὸ στερεόν ταῦτα μὲν τὰ Ἀριστοτέλους, ὅπερ αἰεὶ ἔφη, ἀπαντῶντος πρὸς τὸ τοῦ λόγου φαινόμενον. Ῥητέον δὲ ὅτι εἶπερ τὰ ἐπίπεδα ἔλεγον μαθηματικὰ εἶναι, ὡς μῆκος μόνον καὶ πλάτος ἔχειν, οἱ ἐξ ἐπιπέδων τὰ στερεὰ λέγοντες καὶ εἰς τὰ ἐπίπεδα αὐτὰ ἀναλύοντες, καλῶς ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἐπήγαγε τὰ ἄτοπα καὶ τὰ ἐξῆς ἐπέαξε. Εἰ δὲ φυσικὰ τὰ ἐπίπεδα λέγουσιν, ὡς μὴ μόνον μῆκος καὶ πλάτος ἀλλὰ καὶ βάθος ἔχειν, ὅπερ ἀρχὴν ἐν τοῖς φυσικοῖς καθιστάναι δυνατόν, οὐκέτι τῇ θέσει αὐτῶν ἔπεται τὰ ἄτοπα τὰ ἐπαγόμενα πρὸς τὰ ἐπίπεδα, ὡς μὴ βεβαθυμένα. Ὅτι δὲ φυσικὰ καὶ οὐ

21. At Xenocrates primam consecutionem subesse concedebat, hoc est, si unum sit ens, etiam individuum fore: non tamen individuum esse ens, ideoque rursus ne unum quidem solum, sed plura: in infinitum vero dividi non posse, sed in atomos quasdam desinere: has porro atomos non esse partium expertes et minimas, sed pro quantitate et materia dividi posse et partes habere: cæteroqui specie atomos et prima naturæ statuens esse primas quasdam lineas insecabiles et ex his facta plana et solida prima. Hanc igitur quæstionem ex divisione in duas partes et omnino ex sectione in infinitum et divisione exorientem Xenocrates solvi putat, quum insecabiles lineas afferat atque omnino indivisas magnitudines efficiat, vitans entis, si modo dividi possit, in non ens resolutionem et consumptionem, manentibus insecabilibus lineis, ex quibus constant ea quæ sunt, ita ut secari ac dividi nequeant.

22. Quum vero etiam Xenocrates vir sapiens esset, quo pacto igitur statuebat lineas insecabiles? Neque

enim ignorabat magnitudinis naturam, sed ne forma quidem indivisam dicebat: hanc enim non solum minimæ lineæ habent, sed et maxima corpora: fortasse igitur sectioni et infinitum Xenocrates non adversabatur: (neque enim geometriæ principium sustulisset vir geometriæ peritus), sed negabat lineas in infinitum dividi posse, quia semper sunt quædam indivisæ magnitudines, quæ ne natura quidem per se propter parvitatem dividi queunt, sed rursus cum aliis corporibus cohærentes, toto diviso, illam admittunt divisionem, quam a corporibus separatæ non sustinerent. Ut igitur Plato dixit plana prima esse et minima corpora, ita Xenocrates lineas individas quidem propter parvitatem, dividas autem natura et ipsas appellavit.

23. Atqui in libris de Physica Auditione, in disputationibus de motu, ubi Aristoteles Xenocratem insecabiles lineas statuentem refutabat, rationibus probatum est non esse lineas individas, hoc est, nullam lineæ partem esse individuum, sed in infinitum dividi posse: ergo

μαθηματικά τὰ ἐπίπεδα ὑποτίθενται, δῆλον ἐκ τοῦ ἔνυλα λέγειν αὐτὰ· διὸ καὶ τὴν ἕλην πρότερον παραδόντες διεσχηματίσθαι ταύτην εἶδον τε καὶ ἀριθμοῖς λέγουσι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Τίμαιος ἐν τῷ οικείῳ συγγραμμάτι τάδε γέγραφεν· ἀρχαὶ μὲν ὧν τῶν γεννωμένων κτλ.

(Simplicius ad Aristotelis de Cælo lib. III, cap. 1 fol. 139. B. Cf. Schol. in Arist. p. 510. A. ed. Brandis. Cæterum verba ἀρχαὶ μὲν ὧν τῶν γεννωμένων, quæ librarii in ἀρχαὶ μὲν οὖν τῶν γεννωμένων corruperunt, ex ipso scriptore emendavi. Leguntur enim in libro qui sub Timæi Locri nomine fertur § 5 Philos. Græc. Fragm. vol. II, pag. 41.)

24. Εἰ δ' ἔστιν ἀδιαίρετα μεγέθη καὶ ἀπαθῆ καὶ χωρὶς ποιότητος, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον ἔλεγον, καὶ Ξενοκράτης ἀτόμους γραμμάς ὑποτιθέμενος, ἐξ ἐναντίας τοῖς μαθηματικοῖς ἀ ἀφομοιοῖτο.

(Simplicius ad Aristotelis de Cælo lib. III, cap. 8 fol. 162.)

25. Ξενοκράτης μὲν πρὸς τὴν ἐπ' ἀπειρον τομὴν τὰς ἀτόμους γραμμάς [εἰσάγει], ἵνα φεύγη ταυτὸν ἐν τε καὶ πολλὰ λέγειν· ἢ ἀντίφασιν κακῶς ὑπολαμβάνων ἑτέρα περιέπιπτεν ἀντιφάσει χαλεπωτέρα, ταυτὸν ἅμα ποιῶν μέγεθος τε καὶ οὐ μέγεθος· καίτοι ταυτὸν μὲν ἐν τε καὶ πολλὰ λέγειν οὐκ ἔστιν ἀντικείμενα, εἰ διαιροῖτό τις τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ, ταυτὸν δὲ ποιεῖν γραμμὴν τε καὶ ἀδιαίρετον ἀντικρὺς ἔστι ποιῶντος τὴν γραμμὴν οὐ γραμμὴν.

(Themistius Paraphras. Physicorum Aristotelis lib. I, fol. 18. A. Cf. Schol. in Aristot. p. 334. A. ed. Brandis. Huc pertinent etiam ea quæ in Commentario in Aristotelis librum de

insecabilibus lineis dicuntur pag. 930. A. Τοῦ Παρμενίδου λέγοντος ἐν τῷ δν, καὶ τὸ παρὰ τὸ δν οὐδέν, ὡς μὴ δν, ἵνα μὴ πολλὰ λέγων εἰσάξῃ καὶ τὸ μὴ δν, οἱ ἀμφὶ Ξενοκράτην καὶ Πλάτωνα ἐνεδίδουσαν τῷ λόγῳ, καὶ τοῖς τὰς διχοτομίας καὶ τὰς ἐπ' ἀπειρον διαιρέσεις τοῦ ὄντος εἰσάγουσιν, ὡς ἂν τὸ ἐν δειχθεῖη πολλά, καὶ οὐ κυρίως ἐν εἴῃ τὸ δν, εἰ διαίρετόν εἴῃ, ὡς Παρμενίδης ἰσχυρίζετο, καὶ σὺν αὐτῷ Ζήνων, ἀναιρῶν τὰ πολλά, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐκ τοῦ Πλατωνικοῦ Παρμενίδου· τοῖς τοιοῦτοις οὖν οἱ ἀμφὶ Ξενοκράτην καὶ Πλάτωνα ἀντιτίθεντες ἀδιαίρετα ἐποίουν μεγέθη; ὧν καὶ τὸ ἐν ἐκείνῳ ἐτίθουν, ὥστ' εἶναι καὶ ἐν καὶ ἀδιαίρετον. Similiter Philoponus in Aristot. Phys. lib. I fol. B, 16 et C, 1 πρὸς δὲ τὸν Ζήνωνος λόγον, τὸν Ξενοκράτην φασὶν ἀπαντῆσαι ὑποθέμενον μὴ ἐπ' ἀπειρον τὴν τῶν μεγεθῶν γίνεσθαι τομὴν, καταλύσειν γὰρ εἰς ἀτόμους γραμμάς τεμνομένην τὴν γραμμὴν· ἠγνόησε δὲ καὶ οὗτος ἀντιφάσει περιπεσῶν διὰ τοῦ δοκεῖν φεύγειν τὴν ἀντίφασιν. Idem paulo post sic pergit : ἐνιοὶ δὲ ἐνέδουσαν τοῖς λόγοις ἀμφοτέροις· ἀμφοτέροις, φησί, τοῖς τε τοῦ Παρμενίδου καὶ τοῖς τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος· τοῖς μὲν τοῦ διδασκάλου ὁ διδάσκαλος Πλάτων, τοῖς δὲ τοῦ μαθητοῦ Ζήνωνος ὁ μαθητὴς Πλάτωνος ὁ Ξενοκράτης.)

26. Ἐνθεν ὁ Ξενοκράτης ἀνῆρει τὴν ἐπ' ἀπειρον τῶν μεγεθῶν τομὴν· αὐτὸς γοῦν πολλαχῶς συγχωρήσας τούτῳ ἀληθεῖ ὄντι, δὴμως ἐπελύσατο μοναχῶς τὴν ἀπορίαν, ἐν οἷς καὶ τοῦτό φησιν ὅτι τῶν μεγεθῶν ἡ τομὴ δυνάμει μὲν ἔστιν ἐπ' ἀπειρον, ἐνεργείᾳ δ' οὐ, ἀδύνατον γὰρ ἐνεργείᾳ γενέσθαι τὸ ἀπειρον· ὥστε καὶ ἡ κίνησις δυνάμει μὲν δι' ἀπείρων ἐλεύσεται, ἐνεργείᾳ δὲ διὰ πεπερασμένων· οὐδὲ γὰρ κατὰ σημεῖον

neque ex punctis constat linea, neque ex lineis planum, neque ex planis solidum : hæc quidem Aristoteles, ut semper dixi, occurrens ei quod in hac questione verisimile est. Notandum vero, siquidem plana dicebant mathematica esse, ut solam longitudinem et latitudinem habentia, qui ex planis solida esse dicunt. et in plana quidem solida resolvunt, pulchre Aristotelem et hæc iis attulisse absurda et sequentia allaturum. Sin autem physica plana vocant, ut non solum longitudinem et latitudinem, sed et altitudinem habeant, quod ad principium in physicis constituendum valet, non amplius thesis eorum sequuntur absurda, planis tanquam altitudinis carentibus opposita. Ponere vero eos physica, non mathematica plana, ex hoc intelligitur, quod materialia ea appellant : quamobrem etiam postquam materiam tradiderunt, hanc omni specie et numero formatam esse affirmant. Sed ipse quoque Timæus in libro suo hæc scripsit : *Principia igitur rerum creatarum, etc.*

24. Si vero sunt magnitudines tum indivisæ, tum affectionibus carentes, tum qualitatis expertes, ut Demo-

critus dicebat et Xenocrates insecabiles lineas statuens, e contrario mathematicis assimilentur.

25. Xenocrates quidem contra sectionem in infinitum lineas insecabiles assertit, ut caveat idem unum et multa dicere; quam contradictionem male interpretans in alteram incidit contradictionem eamque graviorem, quia idem simul magnitudinem et non magnitudinem faciebat : tametsi idem dicere unum et multa non est ea, quæ opposita sunt, idem appellare, si quis potentiam et actum distinguat; at idem putare lineam et rem insecabilem aperte est lineam non lineam esse fingentis.

26. Quapropter Xenocrates sectionem magnitudinum in infinitum sustulit : ipse quidem quamvis multimodis huic quod verum est assensus esset, tamen uno tantum modo questionem in scriptis solvit, ubi et hoc affirmat, magnitudinum sectionem in infinitum potentia quidem esse, actu autem non esse, quia fieri nequeat ut actu sit infinitum; quamobrem etiam motus potentia quidem per infinita penetrabit, actu vero per finita; neque enim per punctum fit motus, sed per definitam magni-

γίνεται ἢ κίνησις, ἀλλὰ κατὰ μέγεθος ὀρισμένον. Διχοτομίαν δὲ ἐκάλεσε τὴν Ζήνωνος ἐπιχείρησιν, καὶ δῆλον διὰ τί· διότι τῷ ληφθέν μεγέθος δίχα τέμνεται, οὕτως ἐποιεῖτο τὴν κατασκευήν.

(Philoponus in Aristotelis Phys. lib. I, fol. C, 1.)

27. Ἐπομεν δὲ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ, ὅτι τινὲς τὸν Ξενοκράτην ὑπώπτουσιν τὰς ἀτόμους εἰσηγεῖσθαι γραμμάς, καὶ δεδιξάμεν ὡς ψευδῆς ἢ ὑπόνοια.

(Philoponus in Aristotelis Phys. fol. M, 8. Est vero Xenocrates iis philosophis annumerandus, quorum placita sic tangit Aristoteles Phys. lib. I, 3 pag. 187. A. ed. Bekker. ἐνιοὶ δ' ἐνέδοσαν τοῖς λόγοις ἀμφοτέροις, τῷ μὲν ὅτι πάντα ἕν, εἰ τὸ ὄν ἐν σημαίνει, ὅτι ἐστὶ τὸ μὴ ὄν, τῷ δὲ ἐκ τῆς διχοτομίας, ἀτομα ποιήσαντες μεγέθη.)

28. Ἐλέγχοιτο δ' ἂν διὰ τοῦ προβλήματος τούτου καὶ ὁ Ξενοκράτειος λόγος ὁ τὰς ἀτόμους εἰσάγων γραμμάς. Ὅλως γὰρ εἰ ἐστὶ γραμμὴ, ἢ εὐθεία ἐστὶ καὶ δυνατὸν αὐτὴν δίχα ταμεῖν, ἢ περιφερῆς, καὶ μελλῶν ἐστὶν εὐθείας τινός· (πᾶσα γὰρ περιφερῆς πάντως ἔχει τινὰ εὐθεῖαν ἐλάσσονα) ἢ μικτή, καὶ πολλῶν πλέον αὐτῇ διαιρετὴ ἐστὶν, εἴπαρ ἐξ ἀπλῶν ἐστὶ διαιρητῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἄλλην ἀναβεβλήσθω θεωρίαν.

(Proclus in prim. Euclidis element. lib. III, pag. 74 seq. ed. Basil. 1533. Cf. interp. lat. Patav. 1560 pag. 159. Posui autem ἔχει τινὰ εὐθεῖαν ἐλάσσονα pro vitiosa codicum lectione ἔχει τὴν εὐθεῖαν ἐλάσσονα. Huc referendus videtur etiam locus qui legitur apud eundem in prim. Euclidis element. lib. II, 9 pag. 29 ed. Basil. καὶ μέντοι ὁ Ἀριστοτέλης τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ Πλάτῳ διάνοιαν. Πᾶν γὰρ εἶδος γραμμῆς εὐθὺ φησὶν εἶναι, ἢ περιφερῆς, ἢ μικτὸν ἐκ τούτων. Διδ καὶ κινήσεις τρεῖς, ἢ μὲν ἐπ' εὐθείας, ἢ δὲ κύκλῳ, ἢ δὲ μικτῇ. Διαμφισθητοῦσι δὲ τινες πρὸς τὴν διαίρεσιν ταύτην, καὶ φασι μὴ δύο μόνας εἶναι τὰς ἀπλᾶς γραμμάς, ἀλλὰ καὶ

τρίτην ἄλλην, τὴν περὶ τὸν κύλινδρον ἑλικά γραφομένην, ὅταν εὐθείας κινουμένης περὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, σημεῖον ἁμοιωμένως ἐπ' αὐτῆς κινῆται. Γίνεται γὰρ ἑλίξ, ἢ ὁμοιομερῶς πάντα τὰ μέρη πᾶσιν ἐφαρμόζει, καθάπερ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ τοῦ κοχλίου γράμματι δεῖκνυσι.)

29. Ψυχὴ ἀριθμὸς ἑαυτὸν κινῶν.

Crantor (1) natus est Solis, Ciliciæ oppido, circa Olympiadem CX, homo bene nummatus, ut arbitrator (2), sed longe omnibus ingenio et doctrina præstans, quippe qui jam adolescens antequam Athenas se conferret, civibus suis in litteris admirabilis (3) visus sit. Erat enim pereruditus, quales paucos illo tempore fuisse accepimus. Nimirum tum artibus mathematicis studuerat, tum res fabulosas tractaverat (4), tum veterum philosophorum præcepta tenebat (5), tum plurimos confecerat libros (6). Huc accedebant eximium ingenium, poetica studia forsitan nunquam intermissa, Homeri denique atque Euripidis maxima admiratio (7). Ipse quidem non multa carmina condidisse videtur (8), verum quæ prosa oratione composuit plena sunt spiritus poetici, quæque de aliis poetis judicia fecit, intelligentem virtutis poeticæ existimatorem indicant. Eo pertinet quod de Euripide dixit, difficile esse, servata verborum proprietate tragice simul et cum commiseratione scribere (9). Quo in genere versum ex Bellerophonte petitum laudabat (10):

οἰμοὶ· τί δ' οἰμοὶ; θνητὰ τοι πεπόνθαμεν.

Subtiliter de Theophrasti stilo judicavit, cujus Proposita ostro scripta esse dixit (11), pariterque tragœdi nescio cujus vocem non dolatam et cortice plenam nominavit, et poetæ ejusdem versus miseros esse præ se tulit.

Jam quod ad philosophiam attinet, Crantor ne-

que ejusmodi philosophus erat, qui in verba magistri juraret solamque ejus disciplinam coleret, nec qui ipse novam philosophiæ formam institueret; veritatis potius amicum et divini Platonis explanatorem appelles. Quamobrem nihil reliqui fecit, quominus veterum etiam sapientiæ doctorum decreta cognosceret. Sed de studiis ejus uberius nunc et latius disseremus.

Quum domi poesis lænde florisset, hac abjecta et carminibus suis signatis atque in Minervæ fano depositis, ut rerum divinarum humanarumque contemplationi vacaret, Athenas demigravit, neque unquam in patriam revertit. Venit (12) autem in illam urbem ante Olymp. CXVI, quo tempore nominis sui gloria orbem terrarum impleverat. Vigebant enim variæ philosophorum familiæ singularumque disciplinarum principes ab adolescentibus discendi cupidis diligenter audiebantur. Docebat tum Xenocrates, quem post Spousippi mortem ab anno Ol. CX, a ad annum Ol. CXVI, 3 Academia veteri præfuisse vidimus, docebat Pyrrho, docebant Aristoteles et Theophrastus; Cyrenaici itemque Megarici florebant; fortasse jam Zeno et Epicurnus scholas suas aperuerant. Majorem tamen gloriam Xenocratis sectatores, quam cæteri philosophi consecuti erant. Itaque primum Xenocratem, dein eo mortuo Polemonem, condiscipulum olim suum, qui Xenocrati in Academia successerat, audivit. Jure igitur veteribus Academicis annumeratus est (13) quum egre-

(1) Cf. *Frid. Kayseri* de Crantore Academico dissertatio. Heidelbergæ 1841; M. Herm. Ed. *Meteri* de Crantoris libro, qui περί πένθους inscribatur, disputatio. Hallis Saxonum 1840; F. *Schneideri* de Crantoris Solensis philosophi Academicorum philosophiæ addicti libro, qui περί πένθους inscribitur, commentatio in *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* 1836, Nr. 104-105. — (2) Diogenes Laertius lib. IV, 25 λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσίλαω, τάλαντων οὐσαν δυοκαίδεκα. — (3) Diog. Laert. IV, 24 Κράντωρ, Σολεύς, θυμαζόμενος ἐν τῇ ἐπιτοῦ πατρίδι ἀπῆρξεν εἰς Ἀθήνας. — (4) Vide fragm. 1-7. — (5) Vide fragm. 9. 11. — (6) Diogenes Laertius IV, 24 καὶ καταλιπεῖν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς ὧν τινὰ τινες Ἀρκεσίλαω προσάπτουσιν. — (7) Id. IV, 26 ἐθαύμαζε δὲ Κράντωρ πάντων δὴ μᾶλλον Ὅμηρον καὶ Εὐριπίδην. — (8) Diog. Laert. IV, 25 λέγεται δὲ καὶ ποιήματα γράψαι

καὶ ἐν τῇ πατρίδι ἐπὶ τῷ τῆς Ἀθηνῶν ἱερῷ σφραγισμένους αὐτὰ θεῖναι. — (9) Diog. Laert. IV, 26 ἐργῶδες εἶναι ἐν τῷ κυρίῳ τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς γράψαι. — (10) Vid. Eurip. Fragm. p. 688 ed. Wagner. Parisiis 1846. — (11) Diog. Laert. IV, 27 ἦν δὲ καὶ θεῖος ὑνοματοποιῆσαι. Τραγῶδων γοῦν ἀπελέκτων εἶπεν ἔχειν φωνήν, καὶ φλοιοῦ μεστήν. Καὶ τινος ποιητοῦ σκίφης μεστοῦς εἶναι τοὺς στίχους· καὶ τὰς Θεοφράστου θέσεις ὑστρέφω γεγράφαι. — (12) Cf. not. 8. Cæterum ante Ol. CXVI Crantor Athenas venit; eo enim tempore Polemo post Xenocratis obitum docere cœpit. Vid. Diog. Laert. IV, 16. Utriusque auditor fuit Crantor. Diog. Laert. IV, 24 ἀπῆρξεν εἰς Ἀθήνας καὶ Ξενοκράτους διήκουσε Πολέμωνος συσχολάζων. Clemens Alexandrinus Strom. I, p. 301 Πολέμωνος; δὲ ἀκουσται Κράτης τε καὶ Κράντωρ. — (13) Diog. Laert. proœm. 14; Clemens

gium Platonis interpretem (14) et postremum ejus sectæ patronum se præbuisset. Cæterum non pauci erant, qui post Xenocratis mortem scholas ab ipso Crantore haberi atque in ejus disciplinam se tradere vellent. Postquam videlicet morbi causa aliquando in Æsculapii templum concessit, multi qui eum non morbo vexatum, sed ad juvenes literis erudiendos propensum ibi morari suspicabantur, continuo in illum locum convenerunt (15). At Crantor qua erat modestia tantum abfuit, ut æmulari cum Polemone vellet, ut statim sanitate recuperata ad Polemonem rediret eique multos annos operam daret (16). Quocirca rogatus quondam, qua Polemonis virtute caperetur, respondisse fertur (17), *quia illum nunquam neque acutius neque gravius loquentem audivisset*. Quemadmodum vero Crantor Polemonem ut præceptorem suum dilexit: sic eum Arcesilaus admiratus et amore prosecutus est: quam amicitiam ortam esse constat quo die primum Crantor Arcesilaum conspexit. Tum enim statim amore incensus versiculo Euripideum eum allocutus esse perhibetur (18):

ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμι σ', εἴη μοι χάριν;

cui nihil aliud respondit Arcesilaus, quam quod apud Euripidem sequitur:

ἀγού με ὦ ξένη, εἴτε δμῶιδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον (19).

Itaque ex eo tempore facti sunt amici et contubernales (20). Inter istos autem qui postea Crantori in Æsculapii templo deambulanti occurrebant, ut si forte scholas aperire vellet, ejus institutione imbuerentur, Arcesilaus quoque erat, quoniam ab illo, quamvis amatore suo, Polemoni com-

mendari volebat. Quid? quod moriens Crantor Arcesilao patrimonium suum, quod duodecim talentis constabat, reliquisse dicitur. Vide Diog. Laert. IV, 24-25.

Jam quando Academicus fuit Crantor, forsitan nihil opus videatur, quæ ejus dogmata fuerint, sciscitari, præsertim quum Cicero (21) nos doceat, Polemonem, Cratetem et Crantorem diligenter tuitos esse ea quæ a superioribus accepissent; quod simul argumentis ex quadam philosophi disputatione (22) ductis confirmari potest. Ibi enim sic ordinat vitæ humanæ bona, ut summum bonum virtutem esse velit, quæ etiam deficientibus reliquis ad bene beateque viveudum sufficiat, secundum locum valetudini, tertium voluptati, quartum divitiis concedat. Huic consentanea est Polemonis sententia, teste Clemente Alexandrino (23) qui, Xenocratis familiaris, inquit, Polemo videtur velle beatitudinem esse moderationem in omnibus bonis, vel plurimis et maximis. Decernit igitur, sine virtute non futuram unquam beatitudinem, sine corporis autem bonis et externis virtutem ad beatitudinem sufficere. Adde Cicer. Ac. post. I, 5, 6. Licet autem in universum priorum Academicorum placita Crantor tueretur, tamen interdum ab illis dissentire ausus est. Huc pertinent ea quæ refert Cicero Tuscul. III, 6. « Nec absurde Crantor (24) ille, qui in Academia nostra vel in primis fuit nobilis. Minime, inquit, assentiri iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant: quæ nec potest ulla esse, nec debet. Ne ægrotus sim, sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. » His ergo verbis sa-

Alexandrinus Strom. I, p. 301; Galenus hist. phil. cap. 2. — (14) Cf. fragm. 1-7. —

(15) Diogenes Laertius lib. IV, 24 οὗτος νοσήσα· εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀνεχώρησε κακῆ περιπέτει· οἱ δὲ πανταχόθεν προσήσαν αὐτῷ, νομίζοντες οὐ διὰ νόσον, ἀλλὰ βούλεσθαι αὐτόθι σχολὴν συστήσασθαι. — (16) Diogenes Laertius lib. IV, 24 ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὑγιάνοντα διακούειν Πολέμωνος, ἐρῶ καὶ μάλιστα θαυμάσῃνα. — (17) Diogenes Laertius lib. IV, 24 φασὶ δὲ αὐτὸν ἐρωτηθέντα τίνη θρησθεῖν ὑπὸ Πολέμωνος, εἰπεῖν, τῷ μῆτε δεύτερον μῆτε βαρύτερον ἀκούσαι φεγγυμένου. — (18) Diogenes Laertius lib. IV, 29 καὶ αὐτοῦ Κράντω ἔρωτικῶς διατεθείς ἐπέθηκε, τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης· Εὐριπίδου προσενηγκάμενος· ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμι σ', εἴη μοι χάριν; καὶ δε τὰ ἐγόμενα· ἀγού με, ὦ ξένη, εἴτε δμῶιδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον. Vide Euripidis Fragm. p. 650 ed. Wagner. Cæterum confer Euseb. præp. ev. XIV, 6, p. 731 διὰ τὸ καλὸς εἶναι (Ἀρκεσίλαος) ἐπὶ ὧν ὠραῖος τυγῶν ἐραστοῦ Κράντορος· τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ προσεχώρησε μὲν τούτῳ. — (19) Corrige ex Herodiano περὶ σχημάτων p. 58, 9: ἀγού με, ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις, εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμῶιδά. — (20) Antigonus Carystius apud Diog. Laert. IV, 22 συστάειν δὲ φησὶν αὐτῷ [τῷ Κράτητι] ὁ Ἀντίγονος

εἶναι παρὰ Κράντορι, ὁμόνοός· συμβιούτων τούτων τε καὶ Ἀρκεσίλαου. Τὴν δὲ οἰκῆσιν Ἀρκεσίλαου μὲν ἔχειν μετὰ Κράντορος, Πολέμωνα δὲ σὺν Κράτητι μετὰ Λυσικλέους· τινὸς τῶν πολιτῶν. Ἦν δὲ, φησὶν, ἐρώμενος Κράτης· μὲν, ὡς προείρηται, Πολέμωνος, Ἀρκεσίλαος δὲ Κράντορος. — (21) Cicero Acad. post. I, 9. — (22) Vid. fragm. 13. — (23) Clemens Alexandrinus Strom. VII, p. 419. C. δ γὰρ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουδόμενος ἰθαυθῶν πάντων ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων, δογματίζει γούν, χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἀν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν, δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς τὴν ἀρετὴν αὐτάρχη πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. — (24) Plutarchus Consolat. ad Apollon. vol. VII, p. 318 ed. Hulten. διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον, ὡς βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίους ἀνδράσιν ἤκιστα πρέπον· τὴν δὲ μετροπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. Μὴ γὰρ νοσοῦμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ, νοσήσαι δὲ παρήϊ τις αἰσθήσις, εἴτ' οὐν τέμνοί τοι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῶτο. Τὸ γὰρ ἀνωδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἰγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνώρωπῳ· τεθριώσθαι γὰρ εἰδὸς ἐκαὶ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχὴν. Vide infra fragm. 8. —

tis refutantur qui Crantorem censent pedem a Platone nunquam discessisse. At de re ipsa infra erit disputandi locus. Haud scio an futuri sint, qui putent, Crantorem in Epicuri sententiam transiisse, præsertim quum eodem fere tempore voluptarius philosophus sitienti iuventuti philosophiæ fontes aperuisse videatur. Sed quoniam alia voluptariæ disciplinæ vestigia in Crantoris fragminibus non exstant, diversum ab Epicuri ratione sapientiæ genus nobis circumspiciendum est. Videatur forsitan Aristoteles (25), qui tunc scholam suam ab Academia nondum plane disjunxerat, ad suam sententiam traduxisse Crantorem : mediocritatem certe quam celebrat Aristoteles, Crantor non rejectit (26). Huc accedit Ciceronis auctoritas, qui sæpe de indiscreta doctrinæ veterum Academicorum et Peripateticorum similitudine loquitur. Quippe de orat. III, 18 : Nam Speusippus, inquit, Platonis sororis filius et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit ; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Idem de Fin. II, 11 Polemoni et jam ante Aristoteli ea prima visa sunt quæ paulo ante dixi. Ergo nata est sententia veterum Academicorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita frui primis a natura datis. Conf. IV. 6 ; V. 5 ; Tusc. V, 13 et 31. Verum re diligenter considerata fatebimur, Crantorem suo Marte in philosophiæ præceptis aliquid novasse. Fuit enim, quantum animi mei conjectura colligere possum, sæpius infirma atque ægra valetudine, quum et morbi causa, ut supra vidimus, in Æsculapii templum concessisse ibique aliquamdiu commoratus esse et juvenis hydrope affectus supremum diem obiisse narretur (27). Neque negligenda nobis sunt ipsius verba (28), e quibus cogas, eum morbi naturam cognitam habuisse. Quare existimo

Crantorem usu doctum paulatim ad aliorum dogmata inclinasse, quia doloris sensum vitari non posse intelligeret. Itaque ut Dionysium Stoicum ajunt, quum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitasse falsa esse illa quæ antea de dolore ipse sensisset (29), ita Crantorem arbitrator corporis dolore cruciatum retractasse, quæ olim de indolentia tradidisset. Sic experientiam ducem secutus Crantor, simul quanti fecerit cum alios poetas, tum Homerum atque Euripidem, humanæ vitæ magistros, declaravit. Quibus Cicero, indolentiæ in Tusculanis disputationibus defensor, propterea succenset quod hominum animos fortissimorum virorum lamentis molliant (30).

Perspecta igitur doloris vi ac natura, cujus sensum inevitabilem esse videbat, Crantor vitam humanam tanquam malis plenam supplicii instar (31) habere statuit. Similia quidem, sed diversa tamen profert Plato (32). Quum enim Plato hoc tantum queratur, quod animus rebus divinis intentus nonnunquam cupiditatibus, doloribus, voluptatibus perturbetur : Crantor in eo miseriis humanam ponit, quod vita morbis, molestiis, ærumnis obnoxia sit, quæ omnia ex communi quodam fonte profluant. Quid, quod hinc etiam animi et corporis deformitatem manare credit atque adeo hanc ipsam mortis causam ducit, neque quidquam esse quod omnino sanum sit sibi persuasit. Deinde quum Crantor aut natura ita comparatum esse dixerit, ut homines in miseriis versentur, aut ipsorum culpa id accidisse (33) : Plato quidquid acerbum in vita humana est, ad generis nostri auctores inferiores deos refert (34). Quamquam autem hæc aliter atque a philosopho narrantur, accipienda esse liquet, exploratum tamen habemus, Platonem haudquaquam hominibus eorum quibus premuntur malorum culpam attribuisse. Itaque ne lapsus quidem animæ, quem Phædr. p. 248 describit, ad humanæ naturæ vitiositatem trahendus est.

(25) Cf. in prinis lib. de moribus ad Nicom. II, 6. 7.

— (26) Vid. fragm. 8. — (27) Diog. Laert. IV, 27 και κατέστρεψε πρό Πολέμωνος και Κράτητος, ὕρωπική διαθήσει νοσήσας. — (28) Vid. fragm. 13. — (29) Cicero Tusc. II, 25. —

(30) Cicero Tuscul. lib. II, cap. 11. — (31) Vide fragm. 9 et 12. — (32) Plato Phædr. pag. 66. Β. οὐκ οὖν ἀνάγκη, ἔφη, ἐκ πάντων τούτων περίστυσθαι δόξαν τοιάνδε τινά τοις γνησίω; φιλοσόφοις, ὥστε και πρὸς ἀλλήλους τοιαύτ' ἄττα λέγειν, ὅτι Κινδύνουσι τοι ὡσπερ ἀτραπὸς τις ἐκφέρειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει, ὅτι, ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν και ἔμπεφυρμένη ἦ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιοῦτου κακοῦ, οὐ μὴ ποτε κινήσωμεθα ἱκανῶ; οὐ ἐπιθυμοῦμεν φαιμέν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθές. — (33) Vide fragm. 9. — (34) Plato Tim. pag. 69. c. ἀλλὰ πάντα ταῦτα πρώτων διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τότε ξυνεστήσατο, ζῶον ἐν ζῶα ἔχον

ἅπαντα ἐν αὐτῷ θνητὰ ἀθάνατά τε. Καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίγνεται δημιουργός, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν. Οἱ δὲ μιμούμενοι, παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν ὀχημὰ τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδωσαν ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσσφροδόμενον τὸ θνητόν, οὐκ αὖ και ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον, πρώτων μὲν ἡδονῆν, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγὰς, ἔτι δ' αὖ θάβρος και φόβον, ἀπρονε ξυμβούλω, θυμὸν δὲ δυσπαραμύθητον, ἐπιπύδα δ' εὐπαράγωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῃ και ἐπιχειρητῇ παντός· ἔρωτι· ξυγκρασαμένοι τ' αὐτὰ ἀναγκαῖως τὸ θνητόν γένος ξυνήθεσαν. Καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι μιαίνεω τὸ θεῖον, ὃ τι μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἰκῆσιν τὸ θνητόν, ἰσθμὸν και ὄρον διοικοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς και τοῦ στῆθους, α ὕχένα μεταξύ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρὶς. —

Sed hæc hactenus. Superest ut de mortis tempore pauca annotemus. Vero proximum est, hominem doctissimum circa Ol. CXX decessisse (35). Namque ea tempestate Arcesilaus floruit (36) quem ante Crantoris obitum docuisse nemo credit, præsertim quum post Crantorem etiam Pyrrhonem et Diodorum audiverit (36). De reliquo Solensem philosophum in patria, ubi sepeliri volebat, sepultum esse suspicamur (37). Morientem autem Arcesilao patrimonium suum, quod duodecim talentis constabat, reliquisse jam supra vidimus. Finis vitæ ejus multis luctuosus ac tristis fuisse putandus est, adeo ut statim notæ ejus virtutis desiderium consequeretur. Quapropter Theætetus (38) poeta hoc eum carmine celebravit (39) :

Ἦνδανεν ἀνθρώποις, ὁ δ' ἐπὶ πλέον ἦνδανεν Μούσαις  
Κράντωρ, καὶ γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω.  
Ἰῆ, σὺ δὲ θεοειῶτα τὸν ἱερὸν ἄνδρ' ὑπεδέξω (40).  
ἦ β' ὄγε καὶ ζῶει κεῖθι ἐν εὐπαθείῃ (41).

Longe deterius est epigramma, quod in eum fecit Diogenes Laertius (42). Id vero sic scribendum esse existimamus :

Ἐπέκλυσε καὶ σέ, Κράντωρ, ἡ νόσων (45) κακίστη,  
χ' οὕτω κατῆλθεσ εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄδυσσον.  
Καὶ σὺ μὲν ἐκεῖθι νῦν χαίρεις, λόγων (44) δὲ τῶν σῶν  
Ἀκαδημία θ' ἔστηκε χήρη (45) καὶ Σόλοι πατρίς  
[σευ.

Fuisse Crantorem inter exquisitos virtutis præceptores ejusque nomen vulgo jactatum et tanquam ipsius philosophiæ moralis, non hominis, usurpatum esse, cum alia veterum dicta ostendunt, tum illud Horatii Epist. lib. I, II, 1 seqq. :

Trojani belli scriptorem, maxime Lolli,  
dum tu declamas Romæ, Præneste relegi,  
qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile,  
[quid non,

planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.

At quantis laudibus Panætius, Cicero, alii eum ornaverint, infra videbimus, quum ad librum de luctu pervenerimus.

Transeo ad Crantoris scripta quæ exceptis fragmentibus quibusdam interciderunt. Exstant autem quatuor fragmentorum genera, quorum unum commentariorum in Platonis Timæum fragmenta, alterum consolationis sive libri περὶ πένθους reliquias, tertium incerti libri fragmentum, quartum denique poeticas quasdam reliquias quæ Solensi philosopho forsitan assignari possint, complectitur. Quum Spesippus et Xenocrates jam antea in hoc elaborassent, ut Platonici ingenii monumenta tum copiosis et uberibus commentariis, tum aliis libellis ac disputationibus illustrarent : mirum est quod Proclus in Tim. p. 24 Crantorem (46) primum Platonis interpretem vocat. Videtur utique hoc nomine præcipuum divini philosophi explanatorem appellare. Reliquit Crantor, si Diogeni (47) fides, commentarios ad triginta milia versuum continentes. In his non dubito quia fuerit etiam Timæi Platonici explicatio. Et Proclus quidem e Crantoris βιομνήμασι peculiaries quasdam annotationes profert, Plutarchus vero ea quæ ille ad mundi harmoniam numerosque Platonicos dilucidandos excogitavit.

Sed summa in laude ejus de luctu libellus erat (48), non magnus ille quidem, sed, ut Panætio et Ciceroni, id est doctis et intelligentibus talium rerum existimatoribus, visum est, aureolus et ad verbum ediscendus (49), quem perisse vel propterea dolemus, quod ne Ciceronis quidem Consolatio superest. Etenim anno ab u. c. DCCVIII, quum vehementissimo dolore ex Tulliæ, filiæ suæ, uxoris Dolabellæ, morte capto laboraret, orator Romanus in medio mœrore conscripsit librum de luctu minuendo sive Consolationem. Eo videlicet in libro Crantorem unum omnium maxime secutus est, non quidem ut interpretes, quippe qui tum aliorum etiam volumina in hanc sententiam scripta eo transtulerit, tum Romana quædam exempla suo Marte addiderit (50),

(35) Inde colligimus Crantorem circa Ol. CX natum esse : siquidem *mature* decessit (γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω) i. e. ante quadragesimum saltem annum. — (36) Diog. Laert. IV, 45. — (36) Eusebius præp. evang. XIV, 6. XV, 5. — (37) Diogenes Laertius IV, 25 λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσίλαω, τάλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα : καὶ ἐρωτηθέντα πρὸς αὐτοῦ ποῦ βούλεται ταφῆναι, εἰπεῖν ἐν γῆ φίλης μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν. Sed hic versus a Telete apud Stobæum Flor. XL, 8 paulo aliter citatus καὶ γῆς φίλης ὄχθοισι κρυφθῆναι τάφω Euripideus videtur. Cf. Meinek. ad Stob. l. c. tom. II, præf. p. IX. — (38) Vid. Fabric. Bibl. Gr. vol. IV, p. 496 ed. Harles. — (39) Diog. Laert. IV, 25. — (40) ὑπεδέξω scripsi e Casauboni

conjectura ; vulgo ὑποδέξω. — (41) εὐπαθείῃ scripsi ; codd. εὐθυμείῃ quod metro repugnat. — (42) Diog. Laert. IV, 27. — (43) νόσων reposui cum plerisque edd. ; codd. νόσος. — (44) λόγων δὲ τῶν σῶν posui cum Hermanno ; libri σῶν λόγων δέ. — (45) sic cum Hermanno ; libri χήρη ἔστηκεν Ἀκαδημία. — (46) Proclus Comment. in Platonis Timæum pag. 24. A. ed. Basil. [pag. 54 ed. Schneider.] ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἑξηγητῆς Κράντωρ. — (47) Diogenes Laertius lib. IV, 24 καὶ κατέλιπεν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς, ὧν τινὰ τινες Ἀρκεσίλαω προσάπτουσι. —

(48) Diogenes Laertius lib. IV, 27 θαυμάζεται δὲ οὗτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους. — (49) Cicero Acad. pr. II, 44. — (50) Hieronymus in Epitaph. Nepotiani Opp.

sed quemadmodum consueverat, ita fere ut hunc potissimum imitaretur, hunc tanquam duce[m] ad rem bene gerendam, cæteros scriptores comites haberet. Neque hoc dissimulavit Tullius, sed Plinius (51) teste in Consolatione illa professus est et præ se tulit, se Crantoris vestigia persequi. Idem testatur Hieronymus (52). Nunc quoniam ne hujus quidem opusculi Ciceroniani quidquam superat præter unum locum, quem ex Consolatione in Tusculanas disputationes transtulit auctor, et sex septemve locos, quos Lactantio debemus, duo sola sunt hodie chartarum amissarum solatia, Tusculanas dico paulo post illam commentationem a Cicerone divulgatas et Consolationem a Plutarcho ad Apollonium scriptam. Nam Tusculanæ quoque in consolatorio argumento versantur, quarum primus liber mortem non in malis ducendam, secundus dolorem contemnendum et fortitudine patientiaque opprimendum, tertius ægritudinem non cadere in sapientem et quæ sint ægritudinis remedia, quartus reliquas animi perturbationes cum sapientia constare non posse et quibus modis sedari tollique debeant docet. In his autem tradendis Crantoris librum liquet non neglectum esse a Cicerone. Plutarchi vero ad Apollonium missam consolationem (nam brevior illa quam ad uxorem post mortem filiolæ scripsit, nobis in hac quæstione inutilis est) exceptis paucis Platonis aliorumque philosophorum præceptis, paucisque item ipsius scriptoris sententiis, licet tribus tantum quatuorve locis Crantor citeatur, ex hujus tamen potissimum libro depromptam esse, persuasum habemus. Ac primum quidem utraque ad patrem scripta est immatura liberorum morte graviter commotum; deinde Plutarchea consolatio fere nihil continet, sive res, quæ memorantur, sive scriptorum sententias respicias, quæ testimonii causa afferuntur, quod necessario contendas Crantoris libello posterius esse; poetarum autem versus, qui Plutarcheæ orationi admixti sunt, ex eodem fonte hausti videntur. Nimirum Homeri et Euripidis loci sunt, quos poetas Solensi philosopho in deliciis fuisse supra annotavimus. Denique quædam insunt in Plutar-

chea consolatione, quæ cum Ciceronis Tusculanis et Lactantio comparata, dubitari non potest quin Crantoris si non verba, at sententiam tamen repræsentent. Etsi igitur non Wytttenbachium (53) imitandum censemus, qui ex diversitate rationis et orationis, ex antiquitatis quodam colore, ex verborum, dictionum compositionisque natura, quæ res semper dubiæ et incertæ sunt, ipsa Crantoris verba, etiam ubi nomen ejus omitatur, distingui et a reliquo Plutarchi volumine separari posse statuit: licet tamen imaginem quandam libri deperditi, quo olim lugentium animi erigebantur doctique homines omnes delectabantur, dicendo adumbrare. Qua in re ita versabimur, ut non ea solum, quæ constat, sed ea etiam quæ probabile est Crantorem in illo opusculo dixisse hic afferamus. Neque tamen passis orationis velis scribendi copia Plutarchum aut Ciceronem victurum sumus, sed capita quædam Crantoris proposituri.

Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur, nihil ne aut humidum quidem aut flabile aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quod et præterita teneat, et futura provideat, et complecti possit præsentia; quæ sola divina sunt. Nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a deo. Singularis est igitur quædam natura atque vis animi, sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, cœleste et divinum ob eamque rem æternum sit necesse est. Nec vero deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam et libera, segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens et movens ipsaque prædita motu sempiterno (54).

Multi autem iique sapientes viri non nunc primum deploraverunt res humanas, vitam esse supplicium judicantes, et omnino nasci hominem summam calamitatem ducentes (55). Etenim luendorum scelerum causa nascuntur homi-

VT. I. P. II, p. 268 ed. Bened. Pulvillus Capitolium dedicans, mortuum ut nuntiabatur subito filium, se jussit absente sepeliri. L. Paullus septem diebus inter duorum exsequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Prætermitto Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scævolas, Metellos, Scauros, Marios, Crassos, Marcellos atque Aufidios, quorum non minor in luctu, quam in bellis virtus fuit, et quorum orbitates in Consolationis libro Tullius explicavit. — (51) Plinius Hist. nat. præf. lib. I, 22 pag. 4 ed. Harduin. Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a juratissimis proximis vete-

res transcriptos ad verbum neque nominatos, non illa Virgiliana virtute, ut certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de Republica Platonis se comitem profitebatur, in Consolatione filiæ, Crantorem, inquit, sequor, item Panætium de Officiis, quæ volumina ejus ediscenda, non modo in manibus quotidie habenda nosti. — (52) Hieronymus epist. 60. Legimus Crantorem, cuius volumen ad concoquendum dolorem suum secutus est Cicero. — (53) vol. VI, p. 698.

(54) Cicero Tuscul. lib. I, cap. 27 § 66. Lactantius de Ira dei cap. 10; Instit. lib. I cap. 5. — (55) Vid. fragm.

nes (56). Damnanda igitur vita omnis, quippe quæ malorum plena sit. Scilicet hæc mors est, quam vulgus vitam putat; illa vita, quam plerique pro morte timent (57). Quare non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ; proximum autem, si natus sis, quam primum mori, et tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ (58). Quæ sententia ut majoris sit auctoritatis, Sileno attribuitur (59). Eadem in Cresphonte usus est Euripides :

Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum lugere, ubi esset aliquis in lucem editus, humanæ vitæ varia reputantes mala :  
at, qui labores morte finisset graves,  
hunc omni amicis laude et lætitia exsequi (60).

Cæterum ad bene beateque vivendum recta bonorum, quæ hominibus in vitæ malis contingunt, æstimatione opus est. Bonum (61) igitur valetudinem, nec tamen finem bonorum dici convenit. Quippe singulis bonis suum ordinem suamque dignitatem attribui oportet. Si enim fingamus commune aliquod Græcorum theatrum, ac singula bona in scenam prodire et ad petendum principatum venire: statim etiam bonorum differentie intelligentiam habebimus. Primum enim Opulentia transgressa : Ego, inquiet, Græci universi, omnibus hominibus ornatum præbens et vestimenta et calceos et reliqua commoda utilis sum tam ægris quam sanis, atque in pace quidem præbeo res jucundas, in bello autem sua nervi et artus rerum gerendarum. His enim verbis Græci universi auditis consensu Opulentie dignitatis principatum dari jubebunt. Verum si, dum hæc jam præconis voce renuntiat, superveniens Voluptas,

Cui conjunctus amor, desiderium atque venustus qui possit quamvis prudentes fallere, sermo,

dicit, postquam in medium processit, æquum esse, suum nomen per præconem pronuntiarum :

Fragiles, caducæ, vix diem stabiles opes  
florent brevi, rursusque ex ædibus evolant,

expetuntur vero ab hominibus non propter se, sed propter illam, quæ ex iis capitur, delectationem et voluptatem : omnino Græci universi non aliter quam sic rem se habere rati, Voluptatem

coronandam esse vociferabuntur. Sed hac quoque victoriæ præmium acceptura, ubi intraverit Valetudo cum diis consessoribus, et docuerit, se absente neque Voluptatem neque Opulentiam quidquam prodesse :

Quid non valentem maximæ juvant opes ?  
Tenui paratu vivere equidem mavelim  
quam possidere divitum ægritudinem,

rursus Græci universi tali voce audita intelligentes, beatitudinem lecto affixam et ægrotam subsistere non posse, Valetudinem victoria potiri affirmabunt. Verum Valetudine quoque jam vincente, quum ingressa fuerit Fortitudo magno principum et heroum globo circumdata et consensu suggestu ita cœperit : *me absente, Græci, bona quæ possidetis alienantur, exoptentque forsitan hostes, ut vos in omnium rerum abundantia vivatis, tanquam bello superiores quam vos futuri*, his igitur auditis Græci primas partes Virtuti tribuent, secundas Valetudini, tertias Voluptati, ultimam denique Opulentiam ponent.

Jam ex filii morte animi dolorem ægritudinemque (62) capere, res est talis, quæ a naturali profecta principio, non sit in nostra potestate. Non enim iis assentior, qui immanem duramque indolentiam laudant, quæ neque contingere nobis neque prodesse potest. Eripiet enim nobis ista illam quam conservari maxime oportet e mutuo amore ortam benevolentiam. Mœrore autem ultra modum affici et nimis augere luctum contra naturam esse affirmo, et ex prava animi nostri opinione nasci. Quapropter etiam hoc ut damnosum et vitiosum et viros probos minime decens vitandum, mediocritas vero affectuum non est reprobanda. Ne ægrotus sim, sed si fuerim, sensus aliquis adsit, sive secetur pars membrorum, sive a corpore avellatur. Nam ista doloris vaocitas non sine magna mercede homini obtingit. Quippe verisimile est, ut ibi corpus, ita hic ejusmodi animum esse efferatum.

Hæc omnis illa vetus philosophia docet ac præcipit (63), quorum si quid aliud non probamus, id saltem nimis verum est, vitam nostram multimodis laboriosam et difficilem esse. Nam si natura non est talis, nostro certe vitio in hanc perniciem incurrit : et incerta ista fortuna e longinquo nos ac jam inde ab initio propter res minime sa-

12. — (56) Cicero apud Lactantium divin. institut. lib. III, cap. 18 § 10. — (57) Lactantius divin. instit. lib. III, cap. 19 § 14. — (58) Cicero apud Lactantium l. c. — (59) Cicero Tusc. lib. I, cap. 48 § 114. Cf. Lactantius l. c. —

(60) Cicero Tusc. lib. I, cap. 48 § 115. — (61) Vid. fragm. 13. —

(62) Vid. fragm. 8. — (63) Vid. fragm. 9. —

lubres comitata est. Mali quædam portio fatalis jam nascentibus nobis omnibus admiscetur. Quippe semina quum sint mortalia, statim partem hujus causæ sustinent, cur ingenii tarditas, morbi, curæ, mors denique ipsa nobis obrepant. Cur vero eo aberravit oratio? nempe ut intelligamus, non inusitatum homini esse infortunium, sed omnes nos sub eisdem casus esse subjectos. Verum (64) haudquaquam sua culpa in miseriis versari magnam est calamitatem levamen.

De Euthynoo (65) Italo hujusmodi narratio fertur. Hunc enim Elysio patre, Terinæo, virtute, fortunis, gloria civium suorum principe natum, repentina morte ob incertam causam obiisse. Quamobrem Elysio patri (qui illum unicum habuisset filium, maximarum divitiarum et opum heredem) incidisse suspicionem, quæ forsitan et aliis incidisset, filium veneno necatum esse. Quum autem dubitaret, quomodo rem explorare posset, venisse eum in psychomanteum, sacrisque legitime operatum loco isti indormivisse, ac talem speciem per somnum ei esse oblatam. Visum esse patrem ad ipsum accedere; quem posteaquam conspexisset, narrato filii casu, oraverit atque obsecraverit, ut in causa mortis inveniendam se adjuvaret. Respondisse patrem: equidem idcirco adsum; sed ab isto accipe quæ tibi affert; inde enim omnia cognosces, quibus mæres. Fuisse vero eum quem pater indicabat juvenem pone sequentem, ætate et statura filii propemodum similem; interrogatumque quis esset, respondisse: genius sum filii tui, simulque ei porrexisse codicillos, quibus evolutis Elysios tres hos versus invenerit intus exaratos:

Quæris, stulte? homines insanis mentibus errant:  
en jacet Euthynous fatali morte peremptus.

Nam fuit utilius finiri ipsique patrique.

Deorum immortalium judicia solent in scholis proferre de morte; nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto (66) auctore aliisque pluribus. Primum Argivæ sacerdotis, Cleobis et Biton, filii, prædicantur: nota fabula est. Quum enim illam ad solemne et statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta: tunc juvenes ii quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt: ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, quum currus esset ductus a filiis, precatâ a dea

dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a deo: post, epulatos cum matre adolescentes, somno se dedisse, mane inventos esse mortuos. Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur: qui quum Apollini Delphis templum exædificavissent, venerantes deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post ejus diei diem tertium: qui ut illuxit, mortui sunt reperti. Judicavisse deum dicunt, et eum quidem deum, cui reliqui dii concessissent, ut præter cæteros divinaret.

Alcidamas quidem, rhetor in primis nobilis, scripsit (67) etiam laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione humanorum malorum. Cui rationes eæ, quæ exquisitius a philosophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit. Claræ vero mortes, pro patria oppetitæ, non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erechtheo, cujus etiam filiæ cupide mortem expetiverunt pro vita civium. Codrum memorant, qui se in medios immisit hostes, veste famulari, ne posset agnosci, deposito ornatu regio; quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Menœceus non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo. Veniunt inde ad propiora. Harmodius in ore et Aristogiton, Lacedæmonius Leonidas alique vigent.

Neque vero omnibus (68) iidem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in cælum patere. Nam vitiiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in cæno jacere docuerunt: castos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis atque artibus expolitos, levi quodam et facili lapsu ad deos, id est, ad naturam sui similem pervolare. Quum vero (69) et mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse videamus et eorum in urbibus atque agris augustissima delubra veneremur: assentiamur eorum sapientiæ, quorum ingenii et inventis omnem vitam legibus et institutis exultatam constitutamque habemus. Quod si ullum unquam animal consecrandum fuit, illud profecto fuit. Si Cadmi progenies aut Amphitryonis aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit, huic idem

(64) Vid. fragm. 11. — (65) Vid. fragm. 10.

(66) Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 335 seq. Cicero Tuscul. I, 47. — (67) Cicero Tuscul. I, 48.

(68) Lactantius Instit. lib. III, cap. 19 § 6. — (69) Lactantius Instit. lib. I, c. 15 § 20. —



honus certe dicandus est. Quod quidem faciam, teque omnium optimum doctissimumque, approbantiſus diis immortalibus ipsis, in eorum cœtu locatum, ad opinionem omnium mortalium consecrabo.

Ita fere philosophatus est Crantor, cujus de

luctu liber si exstaret, sempiternum græcarum litterarum monumentum haberetur. Restat, ut huic disputationi ipsa Solensis philosophi fragmenta subjiciam, quæ e variis scriptoribus collecta diligenter recensui atque interpretatus sum.

# ΚΡΑΝΤΟΡΟΣ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Τὸν περὶ τῶν Ἀτλαντίνων σύμπαντα τοῦτον λόγον οἱ μὲν ἱστορίαν ψιλὴν εἶναι φασιν, ὥσπερ ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητῆς Κράντωρ· ὅς δὴ καὶ σκώπτεσθαι μὲν φησιν αὐτὸν ὑπὸ τῶν τότε ὡς οὐκ αὐτὸν ὄντα τῆς πολιτείας εὐρετὴν ἀλλὰ μεταγράψαντα τὰ Αἰγυπτίων. Τὸν δὲ τοσοῦτον ποιήσασθαι τῶν σκωπτόντων λόγον, ὥστε ἐπὶ Αἰγυπτίους ἀναπέμψαι τὴν περὶ Ἀθηναίων καὶ Ἀτλαντίνων ταύτην ἱστορίαν, ὡς τῶν Ἀθηναίων κατὰ ταύτην ζήσαντων ποτὲ τὴν πολιτείαν. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ προφῆται, φησί, τῶν Αἰγυπτίων, ἐν στήλαις ταῖς ἐπι σωζομέναις ταῦτα γεγράφθαι λέγοντες. Οἱ δὲ φασιν αὐτὴν μῦθον εἶναι.

(Proclus Comment. in Platonis Timæum pag. 24. A. ed. Basil. [pag. 54 ed. Schneider.] Pertinent hæc verba ad notum illum Platonis locum, ubi sacerdotem Ægyptium Soloni narrantem inducit, Atlantidem insulam trans Herculis columnas sitam fuisse Libya et Asia majorem potentissimisque regibus paruisse, qui quondam Libya usque ad Ægyptum et Europa usque ad Etruriam subacta imperii fines protulerint, donec ab Atheniensibus et cæteris Græcis quos bello petiverant victi sint; postremo totam insulam ingentibus terræ motibus concussam et aquis haustam superfuso mari Atlantico interiisse. Eadem fere referuntur in Platonis dialogo Critia. Cf. Strabo lib. II, p. 102; Plutarchus Solon. cap. 26. Plinius hist. nat. lib. II, 90; Tertullianus Apologet. cap. 40. Illa vero de re Proclus i. c. p. 54. F. [pag. 126 ed. Schneider.] hæc scripsit: ὅτι μὲν ἐγένετο τοιαύτη τις νῆσος καὶ τηλικαύτη, δηλοῦσά τινες τῶν ἱστορούντων τὰ περὶ τῆς ἐξω θαλάττης. Εἶναι γὰρ καὶ ἐν τοῖς αὐτῶν χρόνοις ἑπτὰ μὲν νῆσους ἐν ἐκείνῳ τῷ πελάγει Περσεφόνης ἱεράς, τρεῖς δὲ ἄλλας ἀπλέτους, τὴν μὲν Πλούτωνος, τὴν δὲ Ἄμμωνος, μέσην δὲ τούτων ἄλλην Ποσειδῶνος, χιλιῶν σταδίων τὸ μέγεθος, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ μνημὴν ἀπὸ τῶν προγόνων διασώζει· περὶ τῆς Ἀτλαντίδος

1 Totam hanc de Atlantinis narrationem alii nudam historiam esse aiunt, ut primus Platonis interpres Crantor; qui eum etiam ab æqualibus derisum esse dicit, quod non ipse esset reipublicæ inventor, sed Ægyptiorum res in græcam linguam transtulisset. Illum autem adeo non neglexisse derisores, ut Ægyptiis hanc de Atheniensibus et Atlantinis narrationem remitteret, ratus olim Athe-

# CRANTORIS FRAGMENTA.

ἄντως γενομένης ἐκεῖ νήσου παμμεγεθεστάτης, ἣν ἐπὶ πολλὰς περιόδους δυναστεύσαι πασῶν τῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει νήσων, Ποσειδῶνος καὶ αὐτὴν οὖσαν ἱεράν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Μάρκελλος ἐν τοῖς Αἰθιοπικοῖς γέγραφεν. Videmus igitur Crantorem, Marcellum aliosque veteres tum rerum gestarum pronuntiatores tum philosophos ea quæ de Atlantide narrantur credidisse, alios autem falsa existimasse. Cf. Proclus in Tim. p. 31 [p. 70 ed. Schneider.] Sed utris assentendum sit, hodie quoque quæri solet. Cavendum tamen, ne incognita pro cognitis habeamus. Multi enim non intellecto Procli loco in Tim. p. 26 putarunt, memoriam belli cum Atlantinis gesti in Panathenæis Minervæ peplo tropæis Atlanticis ornato conservatam esse. Nempe apud Proclum ejus rei nec vola nec vestigium apparet. Ostendit hoc jam pridem Car. Fr. Hermannus in Antiquit. sacr. § 54 not. 13 atque in Histor. phil. Plat. Tom. I, p. 704. Cæterum antiquitatis investigatoribus legendus est Alexandri Humboldtij liber qui inscribitur: *Examen critique de l'histoire du nouveau continent.* Quod reliquum est, probamus Stallbaumii sententiam, qui ad Tim. p. 100 hæc proposuit: « quidquid rei est, illud quidem negari non potest, quæ de situ et regione, de magnitudine, de potentia denique atque opibus hujus insulæ a Platone narrantur, ea mirifice in Americam convenire, ut si non ex historiæ fontibus ducta, certe singulari quadam ac prorsus divina animi præsagitione conflictata sint. » )

2. Οἱ δὲ περὶ Κράντορα τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταὶ φασὶ γενητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον ὡς ἀπ' αἰτίας ἀλλῆς παραγόμενον καὶ οὐκ ὄντα αὐτόγονον εὐδὲ αὐθιπόστατον.

(Proclus in Tim. p. 85. A. ed. Basil. [p. 199 ed. Schneider.] τοιαύτης δ' οὖν τῆς ζητήσεως οὐσης Πλούταρχος μὲν καὶ Ἀττικὸς καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν

nienses hunc civitatis statum habuisse. Ea vero, inquit, testificantur Ægyptiorum quoque vates, hæc columnis quæ adhuc exstant inscripta esse dicentes. Alii vero historiam illam meram fabulam esse aiunt.

2. At Crantor, Platonis interpres, ait procreatum dici mundum, quatenus ab alia causa orietur ac neque suapte sponte natus sit. neque per se subsistat,

Πλατωνικῶν κατὰ χρόνον τὴν γένεσιν ἤκουσαν, καί φασι γίνεσθαι τὴν ζήτησιν, εἴτε ἀγένητος κατὰ χρόνον ὁ κόσμος, εἴτε γενητός· εἶναι γὰρ πρὸ τῆς κοσμοποιΐας ἄτακτον κίνησιν, ἅμα δὲ κινήσει πάντως ἐστὶ καὶ χρόνος, ἔσται καὶ χρόνον εἶναι πρὸ τοῦ παντός· ἅμα δὲ τῷ παντὶ γεγενῆσθαι χρόνον ἀριθμὸν ὄντα τῆς τοῦ παντός κινήσεως, ὡς ἐκεῖνος ἦν τῆς πρὸ τῆς κοσμοποιΐας οὐσίας ἀτάκτου κινήσεως ἀριθμός· οἱ δὲ περὶ Κράντορα κτλ. *Spectant hæc ad Platonis in Timæo verba p. 28. B. πᾶν δὲ αὖ τὸ γινόμενον ὑπ' αἰτίου τινός ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν.* "Ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταῦτά ἔχον βλέπων αἰεὶ, τοιοῦτω τινὶ προσχρῶμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ δυνάμειν ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὐ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονός, γεννητῶ παραδείγματι προσχρῶμενος, οὐ καλόν." Ὁ δὲ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο θ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστα· ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω, σκοπεῖν δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρώτων, ὅπερ ὑποκείται περὶ παντός ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν αἰεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. Γέγονεν· ὁρατός ἀπτότος τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. *Vide Phil. Græc. Fragin. Vol. II, pag. 157.*)

3. Οἱ δὲ Κράντορι τῷ Σολιεῖ προσέθεντο μιγύνει τὴν ψυχὴν ἐκ τε τῆς νοητῆς καὶ τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστῆς φύσεως.

(*Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 1 vol. XIII, pag. 287 ed. Hutten.*)

4. Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα μάλιστα τῆς ψυχῆς ἴδιον ὑπολαμβάνοντες ἔργον εἶναι τὸ κρίνειν τὰ τε νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ, τὰς τε τούτων ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς ἀλλήλα γινόμενας διαφορὰς καὶ ὁμοιότητας, ἐκ πάντων φασί, ἵνα πάντα γινώσκῃ, συγκεκράσθαι τὴν ψυχὴν ταῦτα δ' εἶναι τέτταρα, τὴν νοητὴν φύσιν αἰεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ἰσάτους ἔχουσαν, καὶ τὴν περὶ τὰ σῶματα παθητικὴν καὶ μεταβλητὴν· ἐτι δὲ τὴν ταυτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου, διὰ τὸ κακείνων ἐκτέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταυτότητος. Ὅμαλως δὲ πάντες οὗτοι χρόνῳ μὲν οἴονται τὴν ψυχὴν μὴ γεγενῆσθαι, μηδ' εἶ-

ναι γεννητὴν, πλείονας δὲ δυνάμεις ἔχειν, εἰς ἃς ἀναλύοντα θεωρίας ἕνεκα τὴν οὐσίαν αὐτῆς, λόγῳ τὸ Πλάτωνι γινόμενὴν ὑποτίθεσθαι καὶ συγκεραννυμένην· τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ κόσμου διανοοῦμενον, ἐπίστασθαι μὲν αἰδίων ὄντα καὶ ἀγέννητον, τὸ δὲ ὡς τρόπῳ συντάσσεται καὶ διοικεῖται καταμαθεῖν οὐ βράδιον ὁρῶντα τοῖς μῆτε γένεσιν αὐτοῦ μηδὲ τῶν γεννητικῶν σύνοδον ἐξ ἀρχῆς προϋποθεμένους, ταύτην τὴν ἰδὸν τραπέσθαι.

(*Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 1 et 2 vol. XIII, pag. 288 ed. Hutten. Conjunxit tertium et quartum fragmentum, quia ad eandem rem spectant. Refertur utrumque ad hæc Platonis in Timæo verba pag. 34 sqq. τὴν δὲ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐπιχειρήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν· οὐ γὰρ ἂν ἀρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου ζυνέρξας εἴασεν· ἀλλὰ πᾶς ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῆ ταύτην καὶ λέγομεν, ὁ δὲ καὶ γενέσσι καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβύτεραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότην καὶ ἀρξουσαν ἀρξομένου, ζυεαστήσατο ἐκ τῶνδὲ τε καὶ τοῦδε τρόπῳ. Τῆς ἀμερίστου καὶ αἰεὶ κατὰ ταῦτα ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σῶματα γινομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ζυεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταυτοῦ φύσεως ὄν (sic. leg. pro vulg. αὖ πέρι) καὶ τῆς θατέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ζυεαστήσεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμερούς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σῶματα μεριστοῦ. Καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δυσμικτον οὔσαν εἰς ταῦτὸν ζυεαρμόττων βία. Μίγνυς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἐν πάλιν διον τοῦτο μοῖρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἐκάστην δὲ ἐκ τε ταυτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην. Ἦρχετο δὲ δικαίρην ὄδε. Μίαν ἀφείλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντός μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῆρε διπλασίαν ταύτης, τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν (leg. πέμπτην δὲ τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν, τὴν δ' ἕκτην τριπλῆν τῆς τρίτης),*

3. Alii autem Crantorī Solensī astipulati sunt. quī animam e duabus naturis miscet, altera sub intelligentiam cadente, altera opinabili et sensibus inhærente.

4. Crantor vero, ut qui id maxime proprium animæ officium putaret, judicare intelligibilia et sensibilia, eorumque et inter se in suo et invicem in diverso genere discrimina ac similitudines: animam, ut possit omnia cognoscere, ex omnibus ait esse concretam. Esse autem hæc quatuor: naturam quæ mente duntaxat cernitur, semperque unius modi ac sui similis est; tum eam quæ corporibus adest patibilem et mutabilem: ad hæc ejusdem et diversi, quod etiam istarum utraque parti-

ceps ejusdem et diversi proprietatum sit. Isti vero omnes pariter hoc sentiunt, animam tempore non esse ortam, neque omnino genitam, sed plures habere facultates, in quas ejus substantiam Plato contemplationis gratia solvens, verbo ponat nasci eam et commisceri. Eademque illum de mundo etiam sensisse: quem quum sciret esse æternam nulloque ortu generatam, videret autem difficulter considerari posse quo modo compositus esset et regeretur, nisi quis ortum ejus et causarum ipsum efficiendum concursum ab initio statuisset, istam viam esse ingressum.

ἑξάδομην δὲ ἑπτακαικεκοσάπλασίαν τῆς πρώτης. Μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τὰ τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκείθεν ἀποτέμενον καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἐκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταυτῆι μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδῶν γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθε διαστάσει, τῷ τοῦ ἐπογδῶου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἐκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειψθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ἄρους ἐξ καὶ πενήτηντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετραράκοντα καὶ διακόσια. Vide Phil. Græc. Fragm. Vol. II, pag. 162 seq. Apparet quam Plato hoc loco appellat τὴν ἀμερίστον οὐσίαν, eam a Crantore τὴν νοητὴν nominari; quam ille μεριστὴν vocat, eam ab interprete περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστὴν, παθητικὴν, μεταβλητὴν dici. Probat hanc explicationem Plotinus Ennead. IV, lib. VIII, cap. 7 pag. 475 ed. Basil. scribens: διττῆς δὲ φύσεως ταύτης οὐσης τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς, ἀμεινον μὲν ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι. Quare Proclus in Tim. p. 187 B. ed. Basil. [pag. 444 ed. Schneider.] οἱ δὲ φιλοσοφώτερον ἀπτόμενοι τῶν λόγων νοῦ καὶ αἰσθήσεως αὐτὴν μέσην λέγουσι, τοῦ μὲν ἀμερίστου, τῆς δὲ περὶ τοῖς σώμασι μεριστῆς, ὡς Πλωτῖνος. Quod quam valde abhorreat a sensu verborum Platonis, non est obscurum. Quum enim ille significasset, animam mundi non solum *individuum* esse et harmoniæ instar sibi coherentem, sed omnia quoque corpora permeantem i. e. *dividuum*: Crantor qui nullam animi per naturam rerum omnem intenti et commean-tis notionem haberet, mentem mundi cum anima humana comparavit, cujus actio cerneretur et *cogitatione* quæ semper ejusdem modi esset, et *sensu* qui vario modo afficeretur, ideoque animæ mundi τὸ μεριστόν *sensum*, τὸ ἀμερές *cogitationem* esse censuit. Præterea illud κάλειων ἐκατέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταυτότητος [i. e. *cogitationem* et *sensum* participem esse tum varietatis

tum æqualitatis] per se quidem negari non potest, quia cuncta mentis non magis cogitata quam *sensa commune* aliquid (ταυτό) inter se habent et *discrimina* complura (ἑτερότητας); sed Platonem id exprimere voluisse non est verisimile. Quippe τὸ ἀμερές idem est quod ἡ ταυτότης, natura semper sibi constans, omnia complectens, individua, infinita, æterna; itemque τὸ μεριστόν idem valet quod ἡ ἑτερότης, constatque e rebus innumerabilibus atque inter se diversis, corporeis, finitis, mutabilibus et fragilibus. Cæterum quod Crantor dixit animam ex omnibus concretam esse, ut omnia cognosceret, ea communis Platoniorum opinio erat. Vide Proclum in Tim. p. 186. 189. 203 et præcipue 205. In hoc autem a magistro dissensit, quod quum ille animam mundi ex duabus tribusve naturis conflata esse judicasset, ipse eam ex quatuor partibus dissimilibus compositam duxit. Denique Xenocrates et Crantor (hos enim antea nominaverat Plutarchus) intellexerunt, contemplationis causa fieri, ut Plato quamvis mundum sciret esse æternum nulloque ortu generatum, idemque de anima mundi sentiret, tamen utriusque generationem paulatim factam introduceret. Neque enim aliter Plato rem obscuram iis qui philosophiæ studio tenerentur dilucide explicare posse sibi videbatur.)

5. Εἰρηκότος δὲ τοῦ Πλάτωνος ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδῶν γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθε διαστάσει, τῷ τοῦ ἐπογδῶου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἐκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειψθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ἄρους ε' καὶ ν' καὶ σ' πρὸς γ' καὶ μ' καὶ σ', διὰ ταύτην τὴν λέξιν ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν. Ἐδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο τῆς δὲ ἐξάδος οὐτ' αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης, εἴτε τέμνοιο, κερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων, δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσε, ὥσπερ ἐν ἀρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος δλου συνεπιτεινομένου τῷ

5. Quum autem dixisset Plato: *sesquialteris vero intervallis et sesquitertis et sesquioctavis sumptis, ex iis colligantibus in primis intervallis, sesquioctavo intervallo sesquitertia omnia explebat, quum particulam singulorum relinqueret. Ejus autem particulæ intervallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationemque in extremis, quam habent CCLVI cum CCXLIII*, ob hæc ergo Platonis verba coacti sunt numeros denuo augere. Oportet-

hat enim deinceps post senarium poni duos sesquioctavos. At neque octavam partem habet senarius, et si comminuat, monadibus ejus ad scrupulos reductis, difficilis futura sit contemplatio. Quapropter ipsa res multiplicationem suggestit, ut tanquam in harmonica mutatione secundum primi numeri incrementum tota augetur descriptio. Eudorus igitur Crantorem secutus primum numerum posuit CCCLXXXIV, qui fit VI cum LXIV multiplicatis.

πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν. Ὁ μὲν οὖν Εὐδώρος ἐπακολου-  
θήσας Κράντορι, πρῶτον λαβεὶ τὸν τριπλῶν, ὅς γίνεται  
τοῦ ἑξ ἐπὶ τὰ ἑξὶ πολλαπλασιασθέντος.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 16 vol. XIII, pag. 305 ed. Hutten. Cf. Plato Tim. pag. 36 A. Plato verbis a Plutarcho allatis declarat, quomodo mundi opifex animæ mundanæ simul æqualitatem et varietatem (τὸ ἀμερές καὶ τὸ μεριστὸν) impertiverit. Atque id quidem jam a Pythagoreis instrumentorum musicorum comparatione demonstratum fuisse nemo ignorat. Neque negari potest, quin præclare exprimitur rerum creaturarum discordia et concordia chordarum sono et fidium cantu. Quum enim singulæ chordæ diversos inter se sonos reddant, universæ musica modulatione junctæ concentum sive harmoniam efficiunt. Verum quicumque hæc diligentius consideraverint, fateantur oportet, istam comparationem non omnes habere in se numeros veritatis, sed solem rei similitudinem. Jam ne quis in musicis hæreat, latius chordarum rationem perscribam. Primum igitur constat, diagramma sive scalam musicam e septem sonis semper redeuntibus esse, ita ut soni gradu inter se differant et modo graviores modo acutiores sint. Nostri eos litterarum nominibus notarunt : CDEFGAH etc. Ex his C est sonus primarius, F quartus ponitur sive διὰ τεσσάρων, G quintus sive διὰ πέντε, deinde sonus C, qui post H redit, octavus sive διὰ πασῶν. Recte autem Henr. Stephanus in Thesauro linguæ græcæ animadvertit, apud musicos in harmoniarum appellationibus διὰ accipi pro ἐκ, ut διὰ πασῶν sit *harmonia ex omnibus*. Accedit, quod in modulationibus musicis maxime tum primarius sonus, tum quartus et quintus adhibentur. Dicuntur vero ἐπτάχορδοὶ ἁρμονίαι concentus qui septem fiunt chordis seu nervis. Jam si de chorda C dimidiam partem demseris, reliqua chordæ pars reddet sonum C redeuntem, acutiorem primario, sive διὰ πασῶν; si quartam, reliqua chordæ pars reddet sonum F sive διὰ τεσσάρων, ejusque partis longitudo cum integræ chordæ longitudine collata hanc proportionem habet :

$$\frac{3}{4} : \frac{4}{4} = 3 : 4$$

$$\text{sive } \frac{3}{4} : 1 = 3 : 4 + 1 = 1 : 1 \frac{1}{3},$$

itaque sonus C (= 4) una particula major est quam sonus F (= 3). Quocirca sonus F ἐπίτριτον διάστημα vocatur i. e. sesquitercium intervallum, sive tertia parte adjuncta natum. Qua de re Macrobius in Somnium Scipionis lib. II,

cap. 1 : est epitritus, inquit, quum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem : ut sunt quatuor ad tria. Nam in quatuor sunt tria, et tertia pars trium, id est, unum. Ex eo numero nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων. Porro si de chorda C tertiam partem demseris, reliqua chordæ pars reddet sonum G sive διὰ πέντε, proportioque hæc existet :

$$\frac{2}{3} : \frac{3}{3} = 2 : 3$$

$$\text{sive } \frac{2}{3} : 1 = 1 : 1 \frac{1}{2},$$

unde sonus G etiam ἡμιόλιον ( $1 \frac{1}{2}$ ) διάστημα nominatur i. e. sesquialterum intervallum, sive dimidia parte adjuncta ortum. Est enim hemiolius, interprete Macrobio l. c., quum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus medietatem : ut sunt tria ad duo. Nam in tribus sunt duo, et media pars eorum, id est, unum. Et ex hoc numero, qui hemiolius dicitur, nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ πέντε. Postremo demta nona parte deprehendes sonum D secundum parvo intervallo a primario sono distantem, quod intervallum a Græcis τόνος dicitur est. De hoc sic præcipit Martianus Capella lib. 9 : « Tonus spatii magnitudo est : qui ideo tonus dicitur est, quia per hoc spatium, ante omnes prima vox quæ fuerit, extenditur, hoc est, de nota qualibet in notam, ut a media in paramesen. » Facta autem ea cujus memini mutatione, proportio hæc oritur :

$$\frac{8}{9} : \frac{9}{9} = 8 : 9$$

$$\text{sive } \frac{8}{9} : 1 = 8 : 9 + 1 = 1 : 1 \frac{1}{9}.$$

Quamobrem hoc διάστημα ἐπόγδοον quoque vocatur i. e. sesquioctavum intervallum, sive octava parte addita natum. Bene ergo Macrobius l. c. ait : Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem et insuper ejus octavam partem : ut novem et octo, quia in novem octo sunt, et insuper octava pars eorum, id est, unum. Hic numerus sonum parit, quem tonon musici vocaverunt. Superest, ut a primo tono D ad secundum, id est, E progrediamur demta nona parte chordæ D; deinde eodem modo totum intervallum a sono G usque ad διὰ πασῶν sonum tonis explendum est, unde nascentur soni A, H. Nunc quomodo intervallorum rationem Græci reddiderint, exponendum. Ea nostræ maxime contraria erat. Exempli causa si totius chordæ longitudinem numero duodenario notemus, diatessaron est nostrorum hominum judicio :

$$12 - \frac{12}{4} (= 12 - 3 = 9);$$

nos enim *chordam ipsam* seu sonum *primarium* pro *toto* habemus, *cujus parte* quarta demta diatessaron relinqui dicimus; Græci *reliquam chordæ partem* pro *toto* habebant, cui deinde adjiciebatur (velut ad complendam chordam) *tertia ejus pars* ( $12 + \frac{1}{3}$  sive  $12 + 4 = 16$ ). Atque ut diatessaron ex primario sono colligebant, ita reliqua quoque intervalla constituere assueverant. Venio jam ad numeros, quibus Græci intervalla signabant. *Primarius sonus* tali numero notandus erat, qualis facile in partes dividi posset i. e. *cujus* tertia, quarta, octava pars haud difficulter inveniretur. Quare philosophi jam ante Platonem *numerum 192 primarium* posuerant. Is numerus habet :

Diapason . . . . .	$192 + 192 = 384$
Diatessaron (ἐπίτριτον).	$192 + \frac{192}{3} = 256$
Tonum (ἐπόγδοον) primium . . . . .	$192 + \frac{192}{8} = 216$
Tonum secundum . . . . .	$216 + \frac{216}{8} = 243$
Diapente (ἡμιόλιον) . . . . .	$192 + \frac{192}{2} = 288$
Proximum deinde tonum . . . . .	$288 + \frac{288}{8} = 324$
Alterum tonum . . . . .	$324 + \frac{324}{8}$

Cæterum intervallum inter 243 (ἐπόγδοον secundum) et 256 (sive diatessaron) est numerus 13, qui quum prioribus numeris non contineatur, a Græcis nominabatur *λείμμα*, id quod reliquum est, sive hemitonium minus. Vide Macrobius l. c. Sed octonarius in 324 non continetur, atque idcirco, ut ait Plutarchus hoc loco ἡναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν (ea mente ut pro 324 alius inveniretur numerus, quo octonarius contineretur) ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς (post diapente) ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο τῆς δὲ ἐξάδος οὗτ' αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης (quum numerus 324 [sextum diagrammatis sonum significans] octavam sui partem intra se non habe-

ret) εἴτε τέμνοιτο, καρματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων δυσθεωρήτου τῆς μαθησεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρῶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ἐπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἀρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος δλου συνεπιτεινομένου τῷ πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν (sicut quum musici alicujus instrumenti chordæ ad alios sonos reddendos aliter tenduntur, omnium sonorum numeri eodem modo mutantur, quo numerus primarii soni.) Ὁ μὲν οὖν Εὐδωρος [vide Phil. Gr. Fragm. vol. II, pag. LI seq.] ἐπακολουθήσας Κράντορι πρώτον ἔλαβε τὸν τπδ' (384) δεῖ γίνεσθαι τοῦ ἐξ ἐπὶ τὰ ξδ' πολλαπλασιασθέντος ( $6 \times 64$ ). Itaque totum diagramma hac ratione tonis compleri potuit :

Primarius.				Diatessaron.
384	432	486	512	
Diapente.				Diapason.
576	648	729	768	

6. Ὑποδειγμένων δὲ τούτων, τὸ μὲν συμπληροῦν τὰ διαστήματα καὶ παρεντάττειν τὰς μεσοτήτας, εἰ καὶ μηδεὶς ἐτύγχανε πεποιθῆς πρότερον, ὅμιν ἂν αὐτοῖς ἔνεκα γυμνασίας παρήκα. Νῦν δὲ πολλοῖς κάγαθοῖς ἀνδράσιν ἐξεργασμένου τούτου, μάλιστα δὲ Κράντορι καὶ Κλεάρχῳ καὶ Θεόδωρῳ τοῖς Σολεῦσι, μικρὰ περὶ τῆς τούτων διαφορᾶς εἰπεῖν οὐκ ἀχρηστὸν ἔστιν. Ὁ γὰρ Θεόδωρος, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι, δύο σίχους ποιῶν, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ἐφεξῆς τοὺς τε διπλασίους ἐκτάττων καὶ τοὺς τριπλασίους, πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται τῇ λεγομένη κατὰ μήκος σχίσει τῆς οὐσίας, δύο ποιούση μοίρας, ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν· ἐπειτὰ φησι τὰς τῶν μεσοτήτων παρεντάξεις, οὕτω λαμβάνειν προσήκειν χώραν· εἰ δὲ μή, παραχρῆν καὶ σύγχυσις ἴσασθαι, καὶ μεταστάσεις εἰς τὸ πρῶτον εὐθὺς τριπλάσιον ἐκ τοῦ πρώτου διπλασίου, τῶν συμπληρούντων ἑκάτερον ἀφελόντων. Τοῖς δὲ περὶ τὸν Κράντορα βοηθούσιν αἱ τε θέσεις τῶν ἀριθμῶν, ἐπιπέδων ἐπιπέδοις, καὶ τετραγώνων τετραγώνοις, καὶ κύβων κύβοις ἀντιθέτως συζυγούντων, τῇ τε μὴ κατὰ τάξιν αὐτῶν λήψει, ἀλλ' ἐναλλάξ ἀρτίων καὶ ἐπιπέδων ἀρτίοις καὶ ἐπιπέδοις ἀντιθέτω συζυγία.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 20 vol. XIII, p. 310 seq. ed. Hutten. Ul-

6 His ita demonstratis, quomodo compleantur intervalla et inserantur medietates, etiamsi nemo jam ante commonstrasset, tamen vobis hanc exercitationem reliquissem. Nunc quum multi et egregii viri id perfece- rint, Crantor maxime, Clearchus et Theodorus Solenses : pauca de eorum dissensione dicere, non inutile est. Theodorus enim non, ut illi, duos ordines instituens, sed in una linea deinceps duplos triplosque ponens, primum nititur materiæ illa quam vocant fissura in longitudi- nem patente, quæ duas ex una, non quatuor ex duabus

partes facit. Deinde medietatum, inquit, insertiones ita convenit locum nancisci : alioqui rem perturbatum confusumque iri, ac transitiones futuras in primum statim triplum ex primo duplo, quum complementa alterutrum efficere debeant. Crantorem vero adjuvant posituræ numerorum planos planis, quadratos quadratis, cubos cubis opponentes et copulantes, utque non ordine sumantur, sed alternis pares et plani paribus et planis opponantur et copulentur.

timia quæ in codicibus sic scripta sunt : ἀλλ' ἐναλλάξ ἀρτίων καὶ ἐπί, quum manca esse pateat, ita supplevimus, ut reponeremus : ἀλλ' ἐναλλάξ ἀρτίων καὶ ἐπιπέδων ἀρτίοις καὶ ἐπιπέδοις ἀντιθέτω συζυγία. Periisse hic multa inprimisque elegantem de numeris disputationem jam vidit Xylander. Itaque alii pro ἀλλ' ἐναλλάξ ἀρτίων καὶ ἐπί legi jusserunt ἀλλ' ἐναλλάξ ἀρτίων καὶ περιττῶν, rati melius opponi pares numeros imparibus. Sed loci lacunosus incerta est medicina. De Clearcho Solensi egit Fabricius Bibl. Gr. Vol. III, p. 481 ed. Harles. De Theodoro Solensi alibi quoque nieminit Plutarchus, qui eum libro de defectu oraculorum cap. 32 τὰ μαθηματικὰ τοῦ Πλάτωνος interpretatum esse testatur. Cf. de anim. procreat. in Tim. cap. 29. Verba ei δὲ μή, ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἔσεσθαι, καὶ μεταστάσεις εἰς τὸ πρῶτον εὐθὺς τριπλάσιον a nobis restituta sunt. Nam pro μεταστάσεις vulgo legitur μεταστάς; pro εὐθὺς autem fuerunt qui αὐθις exarari vellent. At quoniam res non satis nota est, receptam lectionem mutare non audemus. Explicatio hæc a Plutarcho servata ad eum Platonis locum refertur, quo varietates in anima mundi notabiles et confusæ per speciem descriptionis numerorum quadratorum et cubicorum repræsentantur. Sunt autem hi numeri :

1,	1 <sup>2</sup> sive 1,	1 <sup>3</sup> sive 1
2,	2 <sup>2</sup> sive 4,	2 <sup>3</sup> sive 8
3,	3 <sup>2</sup> sive 9,	3 <sup>3</sup> sive 27

quos sic ordinabimus :

1, 2, 3, 4, 8, 9, 27,

idque Plato his verbis expressit ( Tim. p. 35. B. cf. Phil. Gr. Fragm. vol. II, pag. 163 : ) μίαν ἀρείλα τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν (1), μετὰ δὲ ταύτην ἀφήρει διπλασίαν ταύτης (2), τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης (  $1\frac{1}{2} \times 2 = 3 \times 1 = 3$  ), τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλὴν (  $2 \times 2 = 4$  ), πέμπτην δὲ τριπλὴν τῆς τρίτης (  $3 \times 3 = 9$  ), τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν (  $8 \times 1$  ), ἐβδόμην δὲ ἑπτακαικοσάπλασίαν, τῆς πρώτης (  $27 \times 1$  ). De numerorum vi et potestate longæ sunt Procli, Jamblichi, Porphyrii aliorumque commentationes, e quibus tamen nihil excerptimus, præsertim quum ad abditos Platonis sensus eruendos non valeant. Vide Proclum ad Tim. p. 206 seqq. [ pag. 494 seqq. ed Schneider. ] Paucis igitur rem exponemus. Numeri 1, 2, 3, 4, 8, 9, 27 a Pythagoreis aliorum numerorum ope connectebantur. Quo in genere tales numeri illis placebant, qui duobus numeris interpositi minorem eodem modo superarent, quo a majore superarentur, quales idcirco medietates ( μεσότητες ) vocari so-

lent. Itaque in Timæo I. c. ait : μετὰ δὲ ταῦτα ζυνεπληροῦτο τὰ τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοῖρας ἐτι ἐκείθεν ἀποτέμων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἐκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητες, τὴν μὲν ταυτῶ μέρει τῶν ἀκρῶν αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δ' ὑπερεχομένην. Harum medietatum prima est numerus quaternarius, ternario et senario interjectus, ternarium eodem modo superans, quo a senario superatur, proportione, quam veteres harmonicam appellabant. Id proportionis genus in eo versatur, ut quum inter majorem numerum (6) et minorem (4) aliud intervallum intersit atque inter medium (4) et minorem (3), hæc intervalla eandem inter se comparisonem habeant, quam numerus major et minor (οἱ ἀκροί, 3 et 6). Quodsi minus intervallum dicamus d, majus. D : proportio hæc existit :

$$\begin{aligned} 3 : 6 &= d & : D \\ \text{seu} & & = 4 - 3 : 6 - 4 \\ & & = 1 \dots : 2 \dots \\ \text{vel etiam } 3 : d &= 6 & : D \\ \text{sive } 3 : 4 - 3 &= 6 & : 6 - 4. \end{aligned}$$

Itaque quoniam quaternarius ternarium tertia ejus parte superat (  $4 = 3 + \frac{1}{3}$  ) et a senario item tertia ejus parte superatur (  $6 = 4 + \frac{2}{3}$  ), patet, quid significant Platonis verba, quum primam medietatem (4) ταυτῶ μέρει (i. e. tertia parte) τῶν ἀκρῶν (6 et 3) ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην dicit. Atque hujusmodi medietates plures inter numeros Platonicos interponi poterant; siquidem ut numerus 8 medium quiddam est inter 6 et 12; ita 12 inter 9 et 18 medium interjectum, et 16 inter 12 et 24 medium esse apparet. Quum ergo talis proportio *harmonica* nominaretur, alterum genus vocabatur, ut nunc quoque vocatur *arithmeticum*, hoc dico,

$$4 : 5 = 5 : 6,$$

ex quo quaternarius non eadem parte sed eodem numero (1) superat quaternarium et superatur a senario. Vide Proclum in Tim. p. 193. Quocirca Plato alteram medietatem ait ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Jam videamus, quibus argumentis Theodorus et Crantor hæc docere conati sint. Quum alii duas lineas duxissent, quarum alteram διπλασίαις (numeris a binario derivatis, 2, 4, 8) compleverunt [i. e. diviserunt in duas, quatuor, octo partes], alteram τριπλασίαις (3, 9, 27, aliis) : Theodorus una eademque linea διπλασίαις et τριπλασίαις completa demonstravit, quomodo numeris Platonici permixtis sponte nascerentur medietates. Πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται, inquit Plutarchus τῇ

λεγομένη κατὰ μῆκος σχίσαι τῆς οὐσίας (i. e. divisione ejus lineæ quæ οὐσίαν i. e. totum sive materiam repræsentat) δύο ποιούση μοίρας, ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ τέσσαρας ἐκ δυαῖν. Videtur autem Theodorus eos vituperare, qui lineam confestum in quatuor partes partiebantur, quam in duas autea partiri debebant. Deinde medietates in linea sic divisa notandas esse dixit, id quod ita instituit, ut eandem lineam postmodo in tres partes distribueret ac de his unam demeret. Quod quo facilius intelligatur, Theodori lineam expositioni nostræ subjungamus.

A            a            C            b            B

Linea AB, quæ totum repræsentat, bipartita est in puncto C; ideoque AC+CB (duæ lineæ æquales) binarium efficiunt, qui complet lineam AB (τὴν οὐσίαν.) Præterea linea τριπλασίους completur, et primum quidem ternario i. e. tribus lineis æqualibus Aa, ab, b B; quarum si unam (Aa) demseris, relinquetur linea aB, quatuor particulis constans, media inter CB, quæ tribus, et AB, quæ sex particulis constat. Quæ quum ita sint, hanc habebis proportionem

$$\begin{aligned} \frac{3}{6} : \frac{1}{6} &= \frac{6}{6} : \frac{2}{6} \\ CB : CB &= AB : Aa \\ \text{sive } 3 : 1 &= 6 : 2 \\ 3 : 4-3 &= 6 : 6- \\ CB : AB - CB &= AB : AB - Aa; \end{aligned}$$

ut medius inter numeros quaternarius, media inter lineas Ab sit. Crantorem vero, ut Plutarchus testatur, adjuvit ea qua usus est numerorum disponendorum ratio : quos sic collocavit, ut numeris quadratis quadratos, cubicis cubicos (τετραγώνους τετραγώνους, κύβους κύβους) opponeret, non κατὰ τάξιν (non eo ordine quo eos Plato recensuerat), sed ut primum pares, deinde impares recenseret, planorum etiam habita ratione. Cæteroque in probanda hac re formam litteræ A adhibuit, ut ex fragmento septimo cogi oportet. Sic igitur videtur eos disposuisse :

$$\begin{array}{ccc} & 1 & \text{sive} & 1 \\ 2^1 & 3^1 & & 2 & 3 \\ 2^2 & 3^2 & & 4 & 9 \\ 2^3 & 3^3 & & 8 & 27. \end{array}$$

Quæritur autem, quos numeros Plutarchus in fragmento hoc ἐπιπέδους sive planos appellet. Nuncupari solent hoc vocabulo numeri qui e

duorum numerorum, tanquam longitudinis et latitudinis, multiplicatione efficiuntur. Vide interpretes ad Platonis Theæt. p. 148. a. et Astium ad Theologum. Arithm. p. 164. Quamobrem si Crantor pugnantia secum frontibus adversis composuit, tales numeros fortasse in hunc modum ordinavit :

minores.	medii	majores.
3	4	6
6	8	12
9	12	18
12	16	24

Neque tamen hoc pro certo habere ausim.

7. Περὶ δὲ τῆς τάξεως (ζητεῖται), πότερον ἐφ' ἑνὸς στίχου πάντας ἐκθετέον, ὡς Θεόδωρος ἢ μᾶλλον, ὡς Κράντωρ, ἐν τῷ Α σχήματι, τοῦ πρώτου κατὰ κορυφὴν τιθεμένου, καὶ χωρὶς μὲν τῶν διπλασίων, χωρὶς δὲ τῶν τριπλασίων ἐν δυοῖ στίχοις ὑποταττομένων.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 29 vol. XIII, p. 322 ed. Hutten. Ergo ea disponendorum numerorum ratio Crantori arrisit, quæ A litteræ formam exprimeret.

	1	
	2	3
4		9
8		27.


Hanc in usum suum convertit Adrastus peripateticus, de quo disseruit Fabricius Bibl. Gr. Vol. III, p. 458 et 653 ed. Harles. Memorat eum Proclus in Tim. p. 197. C. [ pag. 471 ed. Schneider. ] his verbis : Ἄδραστος δὲ φιλοτεχνῶν, δ καὶ πρότερον εἰπομεν λαβδοειδὲς τὸ σχῆμα ποιῶν καὶ ἐν τρισὶ τριγώνοις ἐκτίθεται τοὺς δρους. Cf. etiam p. 193 et 198. Ex Procli igitur de Adrasto testimoniis fortasse intelligi potest, quomodo Crantor numeris Platoniciis medietates interposuerit vel ut Plutarchi (vid. fragm. 6 init.) verbis utar παρεντάττειν τὰς μεσότητας tentaverit. Illum enim locum a Plutarcho olim exornatum in mutilo isto capite vicesimo libri de anim. procreat. in Timæo librorum culpa nunc desiderari arbitrator. Proclus autem in Tim. p. 192. C. [ pag. 458 ed. Schneider. ] hæc scripsit : διὸ καὶ εἰώθασιν τινες τρία τρίγωνα ποιεῖν καὶ ἐφ' ἑνὸς μὲν γράφειν τοῦ ἐλαχίστου τὰς ἐπτὰ μοίρας, κορυφὴν ποιῶντες τὴν μίαν μοῖραν, κατασχίζοντες δὲ τὰς ἑξ ἐπὶ ταύτων καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας πλευρῆς γράφοντες τὸν διπλασίον καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας τὸν τριπλασίον, ἐπὶ δὲ

7. De numerorum autem ordine quæritur, utrum uno in versu omnes sint disponendi, ut Theodorus vult, an potius, ut Crantor, in A figura, primo in vertice posito,

deinde duplici serie, una duplorum, altera triplorum, subjecta.



ἄλλου τριγώνου μελλοτος καὶ τοῦτο περιέχοντος αὐξήσαντες τοὺς ἀριθμούς, παρεμβάλλειν τὰς δύο μεσότη-  
τας πάλιν ὁμοίως, χωρὶς μὲν τοὺς διπλασίους, χωρὶς  
δὲ τοὺς τριπλασίους τάξαντες, ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς τὴν  
μίαν μοῖραν, ἐπὶ δὲ τρίτου τριγώνου καὶ ἀμφοτέρα  
ταῦτα περιλαμβάνοντος ὄλον καταγράφειν τὸ διά-  
γραμμα τὸν αὐτὸν τρόπον. Καὶ οὕτως ὁ Ἄδραστος  
πεποίηκεν. Inde colligo Crantorem τὴν τῶν μεσο-  
τήτων παρένταξιν ita instituisse, ut arithmetica  
medietatem inter τοὺς διπλασίους, harmonica  
inter τοὺς τριπλασίους interjiceret. De reliquo  
credibile est, in secundo triangulo numeros esse  
duplicatos. Quare talem formam geometricam  
descripsi, in qua tamen tertium triangulum bre-  
vitatibus causa omissum est. Neque enim omnia in  
tanta rerum obscuritate ad vivum rescare volui.)



8. Το μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι, τελευτήσαν-  
τος υἱοῦ, φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης, καὶ οὐκ  
ἐφ' ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἀγριον  
ἡμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔγω καὶ τοῦ δυνατοῦ  
καὶ τοῦ συμφέροντος οὐσαν. Ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν  
αὕτη τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὐνοίαν, ἣν  
παντὸς μᾶλλον διασώζειν ἀναγκαῖον. Τὸ δὲ πέρα  
τοῦ μέτρου παρεκφέρεισθαι καὶ συναύξειν τὰ πένθη,  
παρὰ φύσιν εἶναι φημι, καὶ ὑπὸ τῆς ἐν ἡμῖν φαύ-  
λης γίνεσθαι δόξης. Διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἑατέον, ὡς  
βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίως ἀνδράσιν ἥμιστα

πρέπον· τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον.  
Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημαῖκος Κράντωρ,  
νοσήσασι δὲ παραίτη τις ἀσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι  
τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπύτο. Τὸ γὰρ ἀνώδυνον  
τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀν-  
θρώπῳ. Τεθριώσθαι γὰρ εἰκός, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦ-  
τον, ἐνταῦθα δὲ ψυχὴν.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. Vol. VII, pag. 317 seq. ed. Hutten. Verissime quidem iudicat Crantor, sed a plerisque philosophis hac in re dissentit. Interpretatus est hunc locum Cicero Tusc. disp. III, 6, cujus verba sunt : « Nec absurde Crantor ille, qui in nostra Academia vel imprimis fuit nobilis : *minime*, inquit, *assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant, quæ nec potest ulla esse nec debet. Ne ægrotus sim; sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.* » Crantoris sententiam approbavit Seneca, qui in Consol. ad Helviam cap. 1 omnia clarissimorum ingeniorum monumenta ad compescendos moderandosque luctus composita evolvisse se profitetur. Nimirum illius libri cap. 16 hæc posuit : *nam et infinito dolore, quum aliquem ex carissimis amiseris, affici, stultu indulgentia est, et nullo, inhumana duritia.* Idem in Consol. ad Polybium cap. 36 ait : *et non sentire mala sua, non est hominis, et non ferre, non est viri.* Ad totum vero Plutarchi locum Wytttenbachius hæc ascripsit : *teneo adhuc quod notavi, verba τὸ μὲν ἀλγεῖν κτλ. item ut proxima esse Crantoris.* Concedendum est, hanc quidem sententiam τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι, τελευτήσαντος υἱοῦ, φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης e Crantore sumtam videri, præsertim quum similia legamus apud Ciceronem Tusc. disp. III, 29 : *natura affert dolorem, cui quidem Crantor, inquit, vester cedendum putat. Premit enim atque instat, nec resisti potest.* Quid? quod his consentanea habet Seneca epist. 99. Quum primum nos nuntius acerbi funeris percussit, quum tenemus corpus e complexu nostro in ignem transiturum, lacrimas naturalis necessitas

8. Jam ex filii morte animi dolorem ægritudinemque capere, res est talis, quæ a naturali profecta principio, non sit in nostra potestate. Non enim his assentior, qui immanem duramque indolentiam laudant, quæ neque contingere nobis neque prodesse potest. Eripiet enim nobis ista illam quam conservari maxime oportet e mutuo amore ortam benevolentiam. Merore autem ultra modum affici et nimis augere luctum contra naturam esse affirmo, et ex prava animi nostri opinione nasci,

Quapropter etiam hoc ut damnosum et vitiosum et viros probos minime decens vitandum, mediocritas vero affectuum non est reprobanda. Ne ægrotus sim, inquit Crantor Academicus, sed si fuerim, sensus aliquis adsit, sive secetur pars membrorum, sive a corpore avellatur. Nam ista doloris vacuitas non sine magna mercede homini obtingit. Quippe verisimile est, ut ibi corpus, ita hic ejusmodi animum esse efferat.

exprimit, et spiritus ictu doloris impulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adjacentem humorem perprimit et expellit. Hæc lacrimæ per elisionem cadunt, nolentibus nobis. Et in Cons. ad Helv. cap. 16. Scio rem non esse in nostra potestate, nec ullum affectum servire, minime vero eum, qui ex dolore nascitur: serox enim et adversus omne remedium contumax est. Adde ad Marciam cap. 7. Quin etiam ea quæ in sequentibus eminent, primum τὴν ἀπάθειαν ἔξω τοῦ συμφέροντος οὐσαν, deinde ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὐνοίαν, tum τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι παρὰ φύσιν εἶναι, denique τὴν μετριότητα οὐκ ἀποδοκιμαστέον ad Crantorem auctorem referenda esse liquet. Sic enim Cicero Acad. pr. II, 44: « Sed quæro, quando ista fuerint ab *Academia vetere* decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? *Mediocritates* illi probabant et in omni permotione *naturalem* volebant esse *quendam modum*. Legimus omnes *Crantoris*, veteris Academici, de luctu. Est enim non magnus, verum aureolus, et, ut Tuberoni Panætius præcipit, ad verbum ediscendus libellus. Atque illi quidem etiam *utiliter a natura* dicebant permotiones istas animis nostris datas; metum cavendi causa, *miserordiam ægritudinemque clementiæ*; ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. » Hæc igitur quum nec Xenocrati nec Polemoni ἀπαθείας studiosis assignari possint, quumque simillima sint aliorum Plutarchi dicatorum: sententias nemo negabit e Crantoris volumine esse petitas, quamquam veteris Academici orationem a Chæronensi philosopho interpolatam esse, credible est. Cur Cicero non totum locum verterit, sed eorum quæ apud Plutarchum exstant partem prætermiserit, quærere supervacaneum iudicamus. Fuit enim Tullius homo sui iudicii, qui etiam eadem præcepta modo sectari modo aspernari videretur. Itaque non miramur oratorem Romanum in Consolatione, quæ intercudit, Crantoris vestigiis ingressum, tamen Tuscul. IV, 19 seqq. ejus et Peripateticorum de perturbationibus placita rejecisse. Quod vero dixi, Xenocratem et Polemo-

nein ἀπαθείας studiosos fuisse: id quodammodo in Platonem quoque convenit. Qui licet interdum mediocritatem probaverit, sæpius tamen indolentiam tuetur. Ac mediocritatem quidem commendat de legg. II, p. 652 b. παιδείαν δὲ λέγου τὴν παραγινομένην πρώτων παισὶν ἀρετὴν, ἡδονὴ δὲ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος ἂν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνεται μήπω δυναμένων λόγον λαμβάνειν, λαβόντων δὲ τὸν λόγον συμφωνήσῃσι τῷ λόγῳ, ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἔθων κτλ. Cf. Rep. IV, p. 442. b. Tim. p. 86. b. indolentiam vero laudat Phæd. p. 83. b. ἢ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχῇ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων καθ' ἑαυτὸν δύναται. Cf. ibid. p. 64 seqq. Ex his, quæ disputavimus, efficitur, Crantorem tum ab Academicis tum a plerisque philosophorum scholis illa in re dissensisse. Solos excipimus Epicureos, a quibus eum dogmata suum mutuatum esse nemo contendet. Quocirca totum, quem e Plutarcho attulimus, locum Crantori vindicare non gravabimur.)

9. Τούτοις δὲ ἐπομένως καὶ ὁ Κράντωρ παραμυθούμενος ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων τελευτῇ τὸν Ἰπποκλέα φησί· ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὐτῆ φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακαλεῖται· ὧν εἰ δὴ τι ἄλλο μὴ ἀποδεχόμεθα, τό γε πολλαχῆ εἶναι ἐργώδη καὶ δύσκολον τὸν βίον, ἄγαν ἀληθές. Καὶ γὰρ εἰ μὴ φύσει τοιοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὑπὸ γε ἡμῶν εἰς τοῦτο ἀφίεται διαφθορᾶς· ἢ τ' ἀθλος αὐτῆ τύχη πόρρωθεν ἡμῖν καὶ ἐπὶ ἀπ' ἀρχῆς ἠκολούθηκεν, οὐδ' ἐπ' ἐνὶ βυγαῖ. Φυομένοις τε μίγνυται τις ἐν πᾶσι κακοῦ μοῖρα. Τὰ γὰρ τοι σπέρματα εὐθὺς θνητὰ ὄντα ταύτης κοινώνει τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἀφύτα μὲν ψυχῆς, νόσοι τε καὶ κήδεα καὶ μοῖρα θνητῶν ἐκείθεν ἡμῖν ἔρπει. Τοῦ δὲ χάριν ἐτραπόμεθα δεῦρο; ἢ εἰδείμεν, ὅτι καινὸν οὐδὲν ἀτυχεῖν ἀνθρώπων, ἀλλὰ πάντες ταῦτο πεπόνθαμεν.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 322 seqq. ed. Hutten. Ultima τοῦ δὲ χάριν usque ad πεπόνθαμεν ex Wyttenbachii conjectura ad Plut. vol. VI, p. 714 adjicienda esse censui. Idem Theophrasti et Homeri dicta, quæ in sequentibus commemorat Plutarchus, Crantori deberi putat; quod ego, ut incompertum, in medio relinquam. Sic autem pergit Plutarchus: ἄσχοπος γὰρ ἢ τύχη (φησὶν ὁ Θεόφραστος) καὶ δεινὴ

9. His convenienter etiam Crantor in Consolatione ad Hippoclem liberorum morte mœrentem ita scripsit. Hæc enim omnis illa vetus philosophia docet ac præcipit, quorum si quid aliud non probamus, id saltem nimis verum est, vitam nostram multimodis laboriosam esse et difficilem. Nam si natura non est talis, nostro certe vitio in hanc perniciem incurrit: et incerta ista fortuna e longinquo nos ac jam inde ab initio propter res minime

salubres comitata est. Mali quædam portio fatalis jam nascentibus nobis omnibus admiscetur. Quippe semina quum sint mortalia, statim partem hujus causæ sustinent, cur ingenii tarditas, morbi, curæ, mors denique ipsa nobis obrepant. Cur vero eo aberravit oratio? nempe ut intelligamus, non inusitatum homini esse infortunium, sed omnes nos sub eodem casu esse subiectos.

παράλειπαι τὰ προπεπονημένα, καὶ μεταβρῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν, οὐθένα καιρὸν ἔχουσα τακτόν. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐκάστω λογίσασθαι βράδιον, καὶ ἄλλων ἀκοῦσαι παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν. Ὡς πρῶτος μὲν ἔστιν ὁ θεῖος Ὀμηρος, εἰπὼν οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιον κτλ. (Odys. XVIII, 130-137) καὶ ἐν ἄλλοις· Τυδεΐδῃ μεγάλθυμε, τίη γενεὴν ἐρεεῖνεις; κτλ. (Iliad. VI, 145-149) Ταῦτη δ' ἔστι καλῶς ἐγρήσατο τῆ εἰκόνι τοῦ ἀνθρωπέου βίου, δῆλον, ἐξ ὧν ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησὶν οὕτω· βροτῶν δ' ἕνεκα πτολεμίζειν δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες κτλ. (Iliad. XXI, 463-466) De vitæ humanæ miseriis exposuisse antiquos philosophos auctor est Crantor (ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὕτη φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακαλεῖται) quod etiam nunc ex vetustis monumentis intelligitur. Vide modo e Pythagoreis Hippodami et Hipparchi fragmenta apud Stobæum Flor. XCVIII, 71 et CVIII, 81 in Phil. Gr. Fragm. vol. II, p. 14 et 16 seqq; item Empedoclis versus 30-31 ὦ πόποι, ὦ δειλῶν θνητῶν γένος, ὦ δυσάνολον, ὧν ἐξ ἑρῶν ἐκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε in Vol. I, pag. 2. Adde Euripidis versiculos apud Stobæum Flor. CXXIV, 7 (cf. Eur. Fragm. p. 718 ed. Wagner) γίγνωσκε τάνθρώπεια, μηδ' ὑπερμέτρως ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνῃ, quibus fortasse Anaxagoræ sententia exprimitur. Plato quid de ea re censuerit, et quid inter eum et Crantorem interfuerit, jam supra vidimus. Nam Plato neque unum eundemque ærurnarum fontem esse statuit, neque omnino certam malorum originem indicavit. Nimirum quum deos inferiores miseriæ humanæ auctores dicat, id figurate interpretandum esse patet. Ut locum de miseriis in quibus mortales versantur ac de morte, malorum omnium termino, ex quodam Prodicii Cei opere depromptum servavit Pseudoplato in Axiocho (cf. Phil. Gr. Fragm. vol. II, p. LXXVIII, et p. 138 seqq.) : sic Welckerus Crantorem a Prodicio multa accepisse quæ ad vitæ incommoda pertinerent non

sine causa suspicatus est. Nec tamen propterea audiendus Wyttenbachius, qui Comm. in Plut. VI, p. 699 auctorem Axiochi præcipuam dialogi partem, id est expositionem rerum hominibus molestarum, non Prodicio, sed Crantori acceptam rettulisse arbitratur.)

10. Τὰ δὲ περὶ τὸν Ἰταλὸν Εὐθύνοον τοιαῦτά φασὶ γενέσθαι. Εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν Ἡλυσίου πατρὸς Τεριναιίου, τῶν ἐκεῖ πρώτου καὶ ἀρετῆ καὶ πλοῦτος καὶ δόξη, τελευτήσας δ' ἐξαπίνης αἰτία τινὶ ἀδήλω· τὸν οὖν Ἡλύσιον εἰσελθεῖν ἕπερ· ἴσως κὰν ἄλλον εἰσήλθε, μή ποτ' εἴη φαρμάκοις ἀπολωλώς· τοῦτον γὰρ εἶναι μόνον αὐτῷ ἐπ' οὐσίᾳ πολλῇ καὶ χρήμασιν. Ἀποροῦντα δέ, ὅτε τρόπῳ βάσανον λάβοι τούτων, ἀφικέσθαι ἐπὶ τι ψυχομαντεῖον· προθυσάμενον δέ, ὡς νόμος, ἐγκοιμᾶσθαι καὶ ἰδεῖν ὄψιν τοιάνδε. Δόξαι παραγενέσθαι τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ· ἰδόντα δέ, διεξέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν περὶ τῆς τύχης τῆς κατὰ τὸν υἱόν, καὶ ἀντιβολεῖν τε καὶ δεῖσθαι, συνεξευρεῖν τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου. Καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ ἦκω, φάναι· ἀλλὰ δέξαι παρὰ τοῦδε ἃ σοι φέροι· ἐκ γὰρ τούτων ἅπαντ' εἴση, ὧν πέρι λυπῆ. Εἶναι δ', ὃν ἐσήμαινε, νεανίσκον ἐπόμενόν αὐτῷ, ἐμπερῆ τε τῷ υἱῷ, καὶ τὰ τοῦ χρόνου τε καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ἐγγύς. Ἐρῆσθαι οὖν, ὅστις εἴη, καὶ τὸν φάναι· δαίμων τοῦ υἱός σου· καὶ οὕτω δὴ ὀρέξαι οἱ γραμματεῖδιον. Ἀειλήσαντα οὖν αὐτὸ ἰδεῖν ἐγγεγραμμένα τρία ταῦτα·

ἤρου, νῆπιε; ἡλθῆναι δειλῶν φρένας ἀνδρῶν·

Εὐθύνοος καίται μοιριδίῳ θανάτῳ.

οὐκ ἦν γὰρ ζῶειν καλὸν αὐτῷ, οὔτε γανεῦσι.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 336 seq. ed. Hutten. omisso auctoris nomine, quem ex Tusculanis disputationibus I, 48 Crantorem fuisse apparet. Ibi enim Tullius, postquam similia quædam de Cleobi et Bitone, de Trophonio et Agamede narravit, ita pergit : *Simile quiddam est in Consolatione Crantoris ; ait enim Terinzæum quendam Elysium, quum graviter filii mortem mæreret, venisse in psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis*

10. Jam de Euthynoo Italo hujusmodi narratio fertur. Huic enim Elysio patre, Terinæo, virtute, fortuna, gloria civium suorum principe natum, repentina morte ob incertam causam obiisse. Quapropter Elysio patri (qui illum unicum habuisset filium, maximarum divitiarum et opum heredem) incidisse suspicionem, quæ forsitan et aliis incidisset, filium veneno necatum esse. Quum autem dubitaret, quomodo rem explorare posset, venisse eum in psychomanteum, sacrisque legitime operatum loco isti indormivisse, ac talium speciem per somnum ei esse oblatam. Visum esse patrem ad ipsum accedere; quem posteaquam conspexisset, narrato filii casu, ora-

verit atque obsecraverit, ut in causa mortis inveniendæ se adjuvaret. Respondisse patrem : equidem idcirco adsum; sed ab isto accipe quæ tibi affert; inde enim omnia cognosces, quibus mæres. Fuisse vero eum quem pater indicabat juvenem pone sequentem, ætate et statura filii propemodum similem; interrogaturaque quis esset, respondisse : genius sum filii tui, simulquo porrexisset ei codicillos, quibus evoluitis Elysus tres hos versus invenierit intus exaratos :

Quæris, stulte? homines insanis mentibus errant :

En jacet Euthynous fatali morte peremptus.

Nam fuit utilius finire ipsique patrique.

*causa; huic in tabellis tres hujusmodi versiculos datos:*

*Ignaris homines in vita mentibus errant:  
Euthynous potitur, fatorum numine, leto:  
Sic fuit utilis finire ipsique tibi que.*

Primum versum, qui in membranis sic exaratur: ἤρου, νήπιε, ἡλίθιαι φρένες ἀνδρῶν, a librariis mutilatum esse, nemo non videt. Quem ut supplerem, scripsi: ἤρου, νήπιε, ἡλίθιαι λειλῶν φρένες ἀνδρῶν. Quod reliquum est, hæc narratio optime copulatur cum vitæ humanæ miserationes quam fragmentum 9 continet. Confer et fragm. 12.)

11. Τὸ γὰρ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 349 ed. Hutten. Hoc solatio multi in rebus adversis se consolati sunt, velut Socrates apud Xenophontem Apol. cap. 24-28, Cicero, cujus complura dicta refert ad h. l. Wytttenbachius p. 759, alii.)

12. Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὡς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν, ἀλλὰ παλαιοὶ κέκλευσται τὰνθρώπινα, τιμωρίαν ἡγουμένους εἶναι τὸν βίον, καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἀνθρώπων συμφορὰν τὴν μεγίστην.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 351, ed. Hutten. Viri sapientes, qui in hac fuerunt sententia, appellantur Homerus, Theognis, Empedocles, Prodicus, alii. Empedoclis luculenti extant versus apud Plutarchum de exilio p. 607 ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν κτλ. (Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, p. 1 vs. 1-10); de quibus sic judicat Plotinus Ennead. IV, lib. VIII, cap. 1, p. 468 Ἐμπεδοκλῆς τε εἰπὼν ἀμαρτανούσας νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς φυγὰς θεῶθεν γενόμενος ἤκειν πίσυρος μαινομένῳ νεκρεῖ, τοσοῦτον παρεγύμνου ὄσον καὶ Πυθαγόρας οἶμαι καὶ οἱ ἄπ' ἐκείνου ἠντίττοντο περὶ τε τούτου περὶ τε πολλῶν ἄλλων. Adde locos quos ad Empedoclem attuli pag. 15 seqq. Idem sensit Plato Phædr. p. 248. Similiter Euripides in Stobæi Flor. CXX, 22 ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ, τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. (Cf. Eur. Fragm. p. 728 ed. Wagner.) Porro Crantoris dicto usus est Phalaris p. 252 ed. Lennep. Inprimis autem Crantoris apophthegma celebravit Cicero in

Consolatione teste Lactantio divin. institut. lib. III, cap. 18 § 10 et cap. 19 § 14. Ac priore quidem loco Lactantius: Cicero, inquit, quum in principio Consolationis suæ dixisset, *luendum scelerum causa nasci homines*, iteravit id ipsum postea *quasi objurgans eum qui vitam pœnam non esse putet*. Posteriore vero ait: *Damnant igitur vitam omnem, plenamque nihil aliud, quam malis, opinantur*. Hinc nata est inepta illa sententia, hanc esse mortem, quam nos vitam putemus; illam vitam quam nos pro morte timeamus: ita primum bonum esse, non nasci; secundum, citius mori. Quæ ut majoris sit auctoritatis, Sileno attribuitur. Cicero in Consolatione, *Non nasci*, inquit, *longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ: proximum autem, si natus sis, quam primum mori, et tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ*. Huc pertinent etiam Aristotelis verba apud Plutarchum in Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 351 seqq. ed. Hutten. τοῦτο δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης καὶ τὸν Σειληνὸν συλλεφθέντα τῷ Μίδα ἀποφῆνασθαι. Βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. Φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ Περί ψυχῆς, ταυτί: διόπερ, ὃ κρᾶτιστε πάντων καὶ μακαριστότατε, πρὸς τῷ μακαρίου καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζειν, καὶ τὸ ψεύσασθαι τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν, οὐχ ὄσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων, ἡγουμένα, καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων. Καὶ ταῦθ' οὕτως ἀρχαία καὶ παλαιὰ διατελεῖ νενομισμένα παρ' ἡμῖν, ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχήν, οὔτε τὸν θέντα πρῶτον, ἀλλὰ τὸν ἀπειρον αἰῶνα τυγχάνουσι διὰ τέλους οὕτω νενομισμένα. Πρὸς δὲ δὴ τούτοις, διὰ στόματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὄρεξ, ὅς ἐκ πολλῶν ἐτῶν, ἐκ παλαιῶν χρόνου, περιφέρεται θρυλούμενον. Τί τοῦτ', ἔφη. Κάκεινος ὑπολαβὼν ὡς ἀρὰ μὴ γίνεσθαι μὲν, ἔφη, ἀριστον πάντων, τὸ δὲ τεθῆναι τοῦ ζῆν ἔστι κρεῖττον. Καὶ πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται. Τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδα λέγουσι δῆπου μετὰ τὴν θῆραν, ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνόν, διερωτῶντι καὶ πυθθανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τί τὸ πάντων αἰρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀβήρητως. Ἐπειδὴ δὲ ποτε μολὶς πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγγεσθαι τι πρὸς αὐτόν, οὕτως ἀναγκαζόμενος εἰπεῖν: δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν, ἃ ὑμῖν ἀρεῖον μὴ γινῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπτότατος ὁ βίος. Ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἀριστον, οὐδὲ

11. Nam haudquaquam sua culpa in miseriis versari, Crantor magnum calamitatum levamen esse ait.

12. Multi enim, ut ait Crantor, iique sapientes viri

non nunc primum deploraverunt res humanas, vitam esse supplicium judicantes, et omnino nasci hominem summam calamitatem ducentes.

μετασχέιν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως. Ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἀνθρώπων ἀνυστῶν, δευτέρου δέ, τὸ γενομένου ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα. Δῆλον οὖν, ὡς οὕτως κρείττονος τῆς ἐν τῷ τεθνήαι διαγωγῆς ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν, οὕτως ἀπεφίνατο. Denique Seneca Consolat. ad Marciam cap. 22 : itaque si felicissimum est, non nasci : proximum puta, brevitate vitæ defunctos, cito in integrum restitui. Taceo poetarum Hesiodi, Theognidis, Bacchylidis versus a Wytttenbachio ad Plut. vol. VI, p. 769 allegatos.)

13. Ἀγαθὸν δ' εἶπαν αὐτὴν [ τὴν θυγατέρα ] ὑπάρχειν, οὐ μὴν καὶ πρῶτον, οἷ τε ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. Δεῖν γὰρ ὑπέλαβον ἐκάστῳ τῶν ἀγαθῶν τὴν οἰκείαν τάξιν τε καὶ ἀξίαν ἀπονέμειν. Ἐνθεν καὶ ὁ Κράντωρ εἰς ἔμφρασι τοῦ λεγομένου βουλόμενος ἡμᾶς ἀγειν, πάνυ χαρίεντι συνεχρήσατο παραδείγματι. Εἰ γὰρ νοήσαιμεν, φησί, κοινόν τι τῶν Πανελληνίων θέατρον, εἰς τοῦτό τε ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν παρὸν καὶ τῶν πρωταίων ἀντιποιοῦμενον ἦκειν, εὐθύς καὶ εἰς ἔνοιαν ἀναχρησόμεθα τῆς ἐν τοῖς ἀγαθοῖς διαφορᾶς. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ Πλούτος παραπηδήσας ἔρει· ἐγὼ, ὡς ἄνδρες Πανέλληνες, κόσμον παρέχων πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ τὰς ἐσθῆτας καὶ τὰς ὑποδέσεις καὶ τὴν ἄλλην ἀπολαυσιν χρειώδης εἰμι νοσοῦσι καὶ θυγαίνουσι, καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ παρέχω τὰ τερπνά, ἐν δὲ πολέμοις νεῦρα<sup>a</sup> τῶν πράξεων γίνομαι. Τούτων γὰρ δὴ τῶν λόγων ἀκούσαντες οἱ Πανέλληνες δημοθυμαδὸν κελεύουσιν<sup>b</sup> ἀποδοῦναι τὰ πρωτεῖα τῷ Πλού-

τῳ. Ἄλλ' ἐὰν τούτου ἤδη ἀνακρηυττομένου ἐπιστᾶσα ἢ Ἥδονῃ,

τῇ ἐνὶ μὲν φιλότῃ, ἐνὶ δ' ἡμερος, ἐν δ' ἄριστος,<sup>c</sup>  
πάρρασις, ἦτ' ἐκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων,

λέγῃ δὲ εἰς μέσον καταστᾶσα δτι αὐτὴν δίκαιόν ἐστι ἀναγορεύειν·

ὁ γὰρ ὄλθος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος<sup>d</sup>  
ἐξίπτατ' οἰκων, μικρὸν ἀνθήσας χρόνον,

διώκεται τε πρὸς τῶν ἀνθρώπων οὐ δι' ἑαυτὸν ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ περιγυνομένην ἀπόλαυσιν καὶ ἡδονήν, πάντως οἱ Πανέλληνες, οὐκ ἄλλως ἔχειν τὸ πρᾶγμα ἢ οὕτως ὑπολαβόντες, κεκράζονται δεῖν τὴν ἡδονὴν στεφανοῦν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης τὸ βραβεῖον φέρεσθαι μελλούσης, ἐπὴν εἰσβάλλῃ ἢ Ὑγεία μετὰ τῶν συνέδρων αὐτῇ θεῶν<sup>e</sup>, καὶ διδάσκη ὡς οὔτε Ἥδονῃς οὔτε Πλούτου ὄφελός τι ἐστὶν ἀπούσης αὐτῆς;

τί γὰρ με πλοῦτος ὦφελε νοσοῦντά γε;  
μικρὸν ἂν θελωμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων  
ἄλυτον οἰκεῖν βίον τῶν ἢ πλοῦτων νοσείν,

ἀκούσαντες πάλιν οἱ Πανέλληνες καὶ καταλαβόντες ὡς οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆναι τὴν εὐδαιμονίαν, φήσουσι νικᾶν τὴν Ὑγείαν. Ἀλλὰ καὶ τῆς Ὑγείας ἤδη νικώσης, ἐπὴν εἰσέλθῃ ἢ Ἄνδρῃα πολὺ στίφος ἀριστέων καὶ ἡρώων ἔχουσα περὶ ἑαυτὴν, καταστᾶσα τε λέγῃ· ἐμοῦ μὴ παρούσης, ὡς ἄνδρες Ἑλληνες, ἀλλοτρία γίνεται ἢ κτήσις τῶν παρ' ὑμῖν ἀγαθῶν, εὐξαινότ' ἂν οἱ πολέμιοι περιουσιάζειν ὑμᾶς

13. Bonum valetudinem, nec tamen finem bonorum tum Academici tum Peripatetici esse dixerunt. Nam singulis bonis suum ordinem suamque dignitatem attribui oportere existimaverunt. Quapropter etiam Crantor rem de qua agitur nobis explicaturus, admodum venusto exemplo usus est. Si enim fingamus, inquit, commune aliquod Græcorum theatrum, ac singula bona in scenam prodire et ad petendum principatum venire : statim etiam bonorum differentiam intelligentiam habebimus. Primum enim Opulentia transgressa : Ego, inquit, Græci universi, omnibus hominibus ornatum præbens et vestimenta et calceos et reliqua commoda utilis sum tam ægris quam sanis, atque in pace quidem præbeo res jucundas, in bello autem sum nervi rerum gerendarum. His enim verbis Græci universi auditis consensu Opulentiam dignitatis principatum dari jubebant. Verum si, dum hæc jam præconis voce reuntiatur, superveniens Voluptas,

cul inest quidem amor, inest desiderium, inest colloquium, blandiloquentia scilicet, quæ decipit mentem etiam valde  
[ prudentium,

dicat, postquam in medium processit, æquum esse, suum nomen per præconem pronuntiare;

nam divitiarum, quæ non certæ sunt, sed incertæ, ex ædibus evolant, ubi breve tempus creverunt,

expetunturque ab hominibus non propter se, sed propter illam, quæ ex iis capitur, delectationem et voluptatem ; omnino Græci universi non aliter quam sic rem se habere rati, Voluptatem coronandam esse vociferabantur. Sed hac quoque victoriæ præmium acceptura, ubi intraverit Valetudo cum diis consessoribus, et docuerit, se absente neque Voluptatem neque Opulentiam quidquam prodesse :

Quid enim me divitiarum juvant ægotantem ?  
Parva et in diem sufficientia habens  
doloris expertus vivere, quam dives ægotare malim,

rursus Græci universi tali voce audita intelligentes, beatitudinem lecto affixam et ægotam subsistere non posse, Valetudinem victoriæ potiri affirmabant. Verum Valetudine quoque jam vincente, quum ingressa fuerit Fortitudo magno principum et herorum globo circumdata et consensu suggestu ita coperit : *me absente, Græci, bona quæ possidetis alienantur, exoptentque forsitan hostes, ut vos in omnium rerum abundantia vivatis, tanquam bello superiores quam vos futuri*, his igitur auditis Græci primas partes Virtuti tribuent, secundas

πῆσαι τοῖς ἀγαθοῖς ὡς μελλήσοντες ὑμῶν κρατεῖν, καὶ τούτων οὖν ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνας τὰ μὲν πρωτεῖα τῆ Ἄρετῆ ἀποδώσουσι, τὰ δὲ δευτερεῖα τῆ Ὑγείᾳ, τὰ δὲ τρίτα τῆ Ἡδονῆς, τελευταῖον δὲ τῶν Πλούτων. Καὶ δὴ ὁ μὲν Κράντωρ τὴν ὑγείαν ἐν δευτέρᾳ μοίρᾳ ἐτίθετο, στοιχῶν τοῖς προσηρημένοις ἢ φιλοσόφοις.

(Sextus Empiricus adv. Math. lib. XI, 51—59 p. 701 seq. ed. Fabric. [p. 556 seqq. ed. Bekker.] E quo Crantoris opere hoc fragmentum sumtum sit, ignoramus. De singulis locis pauca dicenda<sup>a</sup> νεῦρα τῶν πράξεων] Cf. Epicharmus apud Ciceronem ad Attic. I, 19 : νῆφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. — <sup>b</sup> κελύουσιν] sic legendum cum Fabricio et Bekkero; codd. κελύουσιν. — <sup>c</sup> Homer. Iliad. XIV, 216-217. — <sup>d</sup> Incerti poetæ versus, quos quidam Euripidi tribuunt. — <sup>e</sup> Intelligendi videntur Fabricio dii dæaque Apollo Mercurius, Minerva, Venus, Panacea, quibus cum Hygea communem aram in templo quodam Oropi olim fuisse, memoriæ prodidit Pausanias lib. I, cap. 34. At non liquet. — <sup>f</sup> Versus ex Euripidis Telepho petiti. Vide Eurip. Fragm. p. 790 ed. Wagner. — <sup>g</sup> προσηρημένοις φιλοσόφοις] i. e. Academicis et Peripateticis. — Ex hoc fragmento colligi oportet, Crantorem et veterem Academicæ disciplinam tenuisse et sapientiæ præcepta ad vitæ usum contulisse. Enimvero scimus, ab Academicis virtutem quidem summum bonum esse habitam, sed tamen idcirco reliqua bona, valetudinem, divitias; alia de numero bonorum non esse exempta, ut a Stoicis postea factum esse inter omnes constat. Qua de re cum in aliis scriptis Cicero disputavit, tum præcipue in libris de finibus bonorum et malorum, e quibus duos locos excerpere juvat. Acad. post. I, 5 : « Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex; una de vita et moribus; altera, de natura et rebus occultis; tertia, de disserendo, et quid verum, quid falsum; quid rectum in oratione pravumve; quid consentiens sit, quid repugnet, judicando. Ac primam partem illam bene vivendi a natura petebant, eique parendum esse dicebant; neque ulla alia in re, nisi in natura, quærendum esse illud summum bonum, quo omnia referrentur; constituebantque, extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, pulchritudinem, in toto: in

partibus autem, sensus integros, et præstantiam aliquam partium singularum: ut in pedibus, celeritatem; vim, in manibus; claritatem, in voce; in lingua etiam explanatam vocum expressionem: animi autem, quæ essent ad comprehendendam ingenii virtutem idonea; eaque ab iis in naturam et mores dividebantur. Naturæ celeritatem ad discendum et memoriam dabant: quorum utrumque mentis esset proprium et ingenii. Morum autem putabant studia esse, et quasi consuetudinem: quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philosophia ipsa. In qua quod inchoatum est, neque absolutum, progressio quædam ad virtutem appellatur: quod autem absolutum, id est, virtus, quasi perfectio naturæ, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima. Ergo hæc animorum. Vitæ autem (id erat enim tertium) adjuncta esse dicebant, quæ ad virtutis usum valeret. Nam virtus ceruitur in quibusdam, quæ non tam naturæ, quam beatæ vitæ, adjuncta sunt. Hominem esse censebant, quasi partem quandam civitatis et universi generis humani, eumque esse conjunctum cum hominibus communi quadam societate. Ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt: cætera autem pertinere ad id putant aut adaugendum, aut tuendum; ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum. « Ibid. cap. 6. « Omnis illa antiqua philosophia sensit in una virtute positam esse beatam vitam; nec tamen beatissimam, nisi adjungerentur et corporis et cætera quæ supra dicta sunt ad virtutis usum idonea. « Addamus Polemonis sententiam, quo auctore Crantor in philosophia versatus est. De hoc Clemens Alexandrinus Strom. VII, p. 419 ὁ γὰρ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλόμενος ἀγαθῶν πάντων, ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων. Δογματίζει γοῦν χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτός, τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. Cf. Sextus Empiricus adv. Math. XI, 42 p. 699 ed. Fabric. [p. 554 ed. Bekker.] et Archytas Tarentinus apud Stobæum Flor. I, 76. Vid. Phil. Gr. Fragm. Vol. I, p. 554 seq. Jam quum ex his locis pateat, Crantorem nihil quod non Academicorum placitis consentaneum esset, præcepisse, simul eum quæ experientia duce cognita haberet tradidisse liquet. Nempe non solum divitem fuisse, sed etiam sæpe

Valetudini, tertias Voluptati, ultimam denique Opulentiam ponent. Et Crantor quoque valetudinem secundum

locum obtinere volebat, prædictis philosophis astipulatus.

infirmā atque ægra valetudine esse usum Diogenes Laertius IV, 24, 27 testificatur. Quocirca non ignoravit, quantam utilitatem homines ex opibus perciperent, quamque necessaria ad beatitudinem esset commoda valetudo. Quum porro ægrotum neque divitiis delectari neque ulla omnino voluptate frui intelligeret, illum tamen multo miseriorem esse cognovit, qui omnium rerum inops ægrotaret. Eo pertinet fragmentum 14, in quo nihil egestate miserius esse affirmat, atque ex hoc fragmento pars eorum quæ ab Opulentia dicuntur, v. c. *χρειώδης εἰμὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι*, item quod postea legitur *οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆναι τὴν εὐδαιμονίαν*. Quid? quod inter morborum cruciamenta fragilitatis humanæ memor fortunarumque vice commotus cæteris omnibus posthabitis ad divinarum humanarumque rerum intelligentiam omnes cogitationes intendit. Ergo ubi in philosophiæ portum se contulit, virtutis studio acquievit, illisque hominibus felicissimam sortem obvenire iudicavit, qui in rebus adversis nunquam demitterent animum neque consideratiores in secunda, quam in adversa fortuna essent. Quare finem bonorum virtutem esse censuit.)

14. Οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον  
ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει  
σπουδαῖος ἦς, πένης δέ, κατάγελως ἔσει.

(Stobæus Flor. XCVI, 13 Κράντορος. Sic enim legendum. In Stobæi membranīs partim Κράντωνος reperitur, partim Κράτωνος, quam posteriorem scripturam exhibet etiam Maximus Conf. II, 571, unde Bergkiius Κρίτωνος restituendum putavit. Sed bene Meinekius edidit Κράντορος, præsertim cum Floril. XCVII, 6 hoc nomen in omnibus codicibus compareat. Errarunt qui cum Fabricio Biblioth. Gr. vol. II, p. 428 ed. Harles. comicum poetam a Stobæo utroque loco citari crediderunt. Quippe et carmina scripsisse traditur Crantor, si fides Diogeni Laertio IV,

25, et horum versuum sensus cum fragmento 13 quodammodo congruit.)

15. Τὸ γὰρ διάφορον καὶ φρονίμους πάντας ποιεῖ,  
τὸ σωφρονεῖν δ' ἔνεστιν ἐν τούτῳ μόνῳ.

(Stobæus Flor. CXVII, 6 Κράντορος. Quum præcedentia perierint, dici non potest, quo τὸ γὰρ διάφορον referatur. Itaque alii aliter de his duobus versibus iudicaverunt. Et Gesnerus quidem interpretatur : *ut lucrum vel commodum aliquod sibi venentur, omnes sapiunt : et hac in re sola inest sapientia*; parum probabiliter. Rectius alii τὸ διάφορον excellentiam vel præstantiam intelligunt, natalium splendorem vel divitias a poeta spectari existimantes. Nam homines nobiles ac divites philosophia et litteris perpolitū esse solent, pauperes raro accuratæ doctrinæ facultatem consequuntur. Quæ si vera est interpretatio, similem hic locus sententiam fragmenti 14 verbis habebit : καὶ γὰρ ἂν φύσει σπουδαῖος ἦς, πένης δέ, κατάγελως ἔσει. At ne hæc quidem explicatio mihi satisfacit, ideoque τὸ διάφορον, quod locus postulat, in eam partem accipi, ut *mentis præstantiam esse vellem*.)

Si enim de Epicuri sententia, quamvis deos omnem curam in honorum suorum conservatione adhibere velit funditus tamen providentia tollitur : eam etiam secundum Aristotelis decreta tolli necesse est, etiamsi in rerum cælestium moderatione ordinis aliquid ornatusque cernatur. Nimis nos eam, quæ nostra intersit providentiam quaerimus, qua sanc careat oportet, qui nec genios aut heroes, nec animos omnino sempiternos esse concesserit. Illud vero meo iudice veracundius etiam fecit Epicurus, qui quod fieri posse desperaret, ut se ab hominum cura, si semel cum iis versarentur, superi abstinerent, eos tanquam in peregrinum aliquod solum relegatos extra mundum alicubi collocavit omnem ab iis inhumanitatis suspicionem hoc intervallo atque hac ab universo separatione depellens. At vero summus hic naturæ speculator, rerumque divinarum diligens existimator, ubi res humanas in ipso deorum conspectu posuit, illas nobis omni eorum cura et provisione destitutas reliquit, ac natura nescio qua potius, quam divina ulla ratione consilioque gubernatas. Quamobrem ne illud quidem crimen et ipse merito effugiat, quod de Epicuro nonnulli suspicati sunt, eum non quod

ita sentiret, sed quod hominum de se judicia extimesceret, hoc in universo diis, tanquam in theatro, locum spectandi aliquem tribuisse. Quam ad hominis mentem hac conjectura ducuntur, quod omni eos in rebus nostris vi et effectu privaverit, ex quo tamen uno deos esse colligi merito credique debuisset. Idem enim hoc etiam Aristoteles facit. Nam qui simul et deos procul hinc ableget, et uni tamen oculorum sensui fidem relinquat, qui sensus ad judicandas res tam longo intervallo disjunctas parum valet : is, opinor, pudore duntaxat commotus deos ibi esse affirmare videatur. Quippe quum nec extra mundum quidquam esse velit, et deos a rerum terrestrium contagione sevocatos statuat : necesse fuit aut omnino se atheum profiteretur, aut suam de diis a se agnitis sententiam, eos istuc amandando, constanter tueretur. At vero alter ille qui cœlites ob vitæ genus omni cum mortalibus commercio carens cura et diligentia liberavit, honeste diis diffidere videtur. Hæc Atticus adversus Aristotelem vim præcepti de divina providentia dati eludentem. Idem vero præterea etiam hæc superioribus subjungit, in eundem invadens, quod mundum ortum esse nolit.

aliquid dicat esse beatum et immortale, an, si quid sit, id esse immortale.)

4. Πόλιν Μωσῶς γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον ὀρισμένου, ποιητὴν τε καὶ δημιουργὸν τοῖς θεοῖς τὸν θεὸν ἐπιστήσαντος, τοῦ τε Πλάτωνος τὰ ἴσα Μωσῆϊ φιλοσοφοῦντος· τὴν ἐναντίαν κἀν τούτοις ὁ Ἀριστοτέλης ὀδεύσας ἀπελέγχεται πρὸς τοῦ δηλωθέντος συγγραφῆως, ὃδε πρὸς βῆμα γράφοντος. Πρῶτον δὴ περὶ γενέσεως κόσμου σκοπῶν, καὶ τὸ τῆς προνοίας τὸ μέγα τοῦτο καὶ πολυωφελές δόγμα πάντα ζητεῖν ἀναγκαῖον ἡγούμενος· καὶ λογισάμενος, ὅτι τῷ μὴ γενομένῳ, οὔτε τιὸς ποιητοῦ οὔτε τιὸς κηδεμόνος πρὸς τὸ γενέσθαι καλῶς χρεία, ἵνα μὴ ἀποστερήσῃ τὸν κόσμον τῆς προνοίας, ἀπέειλε τὸ ἀγέννητον αὐτοῦ. Παραιτούμεθα δὲ νῦν μὴ ἐμποδῶν ἡμῖν τοὺς ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐστίας εἶναι, οἷς ἀρέσκει καὶ κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον ἀγέννητον εἶναι. Δίκαιοι γάρ εἰσιν ἡμῖν συγγνώμην νέμειν, εἰ περὶ τῶν δοκούντων Πλάτωνι πιστεύομεν οἷς αὐτὸς Ἑλλησὼν πρὸς Ἑλληνας ἡμᾶς σαφεῖ τε καὶ τραυῶ τῷ στόματι διελεῖσθαι. Παραλαβὼν γάρ, φησί, ὁ θεὸς πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, πλημμελῶς δὲ καὶ ἀτάκτως κινοῦμενον, εἰς τάξιν ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος τοῦτο ἐκείνου πάντως ἄμεινον. Ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον ὅτι μὴ δι' αἰνιγμάτων, μηδ' ἐπὶ τοῦ σαφοῦς χρεία τὴν γένεσιν παρεδέξατο, δηλοῖ δι' ὧν ὁ πατὴρ αὐτῶ τῶν πάντων διελεῖσθαι περὶ τούτου, μετὰ τὴν τῶν θεῶν δημιουργίαν. Ἐπειδὴ ἄ γάρ, φησί, γεγέννησθε, (λέγει δὲ πρὸς τοὺς θεούς,) ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστέ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὐτὶ γε μὴν λιθήσεσθε, τῆς ἐμῆς βουλήσεως τυχόντες. Ἄλλ' ὄπερ ἔφην, πρὸς μὲν τοὺς ἔνδον ἡμῖν φθεγγομένους, ἅτε φίλους ὄντας, φιλιῶς τε καὶ μεθ' ἡσυχίας πραισί

ἐλέγχους διακριθεῖμεν ἄν. Ἔοικε γάρ καὶ τούτου Ἀριστοτέλης μεταθεῖναι, τῇ μὲν κατηγορίᾳ τοῦ δόγματος ἀντισχεῖν ἀδυνατήσαντας, τὸ δὲ ἄλῳναι ὄξαν ὡς ψεύδος οὐ βουλῆθέντας ἀναθεῖναι Πλάτωνι. Κατὰ δὲ τὴν ἡμετέραν ἀκοὴν ἀξιοῦντος Πλάτωνος τὸν κόσμον γεγενῆσθαι κάλλιστον ἔργον, ἐπὶ τοῦ καλλίστου τῶν δημιουργῶν, καὶ περιθέντος τῷ τοῦ παντός ποιητῆς δυνάμει, δι' ἧς οὐκ ὄντα πρότερον ἐποίησε τὸν κόσμον, καὶ ποιήσας, εἰς αἰὲ βουλόμενός γε ὦν διαφυλάξει· καὶ ταύτη δὴ γεννητοῦ καὶ ἀφάρτου κατ' αὐτὸν ὑποκειμένου τοῦ κόσμου, τίς ἡμῖν τῶν περιπατητικῶν ταῦτα βεβαίῳ; δεῖ δὲ παραμυθῆσασθαι τὸν συναγωνιστὴν τούτων, ὅτι οὐ πάντως, εἰ τι γέγονεν, ἀνάγκη τοῦτο φθαρῆναι· πάλιν δ' οὐδ' εἰ τι μὴ φθαρήσεται, τοῦτο ἀναγκαῖον ἀγέννητον εἶναι. Οὔτε γὰρ μίαν αἰτίαν τῷ ἀφάρτῳ τὴν ἐκ τοῦ ἀγεννήτου συγχωρητέον, οὔτε τῷ γενομένῳ τὴν εἰς διεθρον μεταβολὴν ἀδοσθητὸν καταλειπτέον. Πόθεν οὖν ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους λάθομεν ἂν βοήθειαν εἰς ταῦτα, ἀνδρὸς οὐ τηνάλλως, οὐδὲ καθ' αὐτὸν παρίνοντος ὅτι περὶ τούτων λόγον, ἀλλ' ἐξ ὀρθοῦ πρὸς Πλάτωνα ἐναντιουμένου. Καὶ τό τε γενόμενον εἰς ἀνάγκη τοῦ ἀπολέσθαι περιεστάντος, τό τε μὴ ἀπολλύμενον ἐκ μόνου τοῦ μὴ γενέσθαι λέγοντος κρατύνεσθαι ἀφάρτον, ὃ οὐ μὴν ὡς δυνάμει ἀπολείποντος αὐτοῦ περὶ τὸν θάνατον, ἢ χρώμενος ἀγαθὸν ἂν τι ποιήσαι; Ὁ γὰρ οὐπω πρότερον γέγονε, τοῦτο, φησί, οὐδ' ἂν γένοιτο. Τοσοῦτόν τε ἀποδεῖ τοῦ διὰ τούτων βοηθεῖν τῷ Πλάτωνος λόγῳ, ὅσοι ἤδη τινὰς καὶ τῶν περὶ Πλάτωνα ἐσπουδακώτων ρωθήσας, οἷς εἶπεν, ἀπέστησε τοῦ δόγματος· οὐ δυνήθέντας συνιδεῖν, ὅτι κατὰ μὲν τὴν αὐτῶν φύσιν τῶν πραγμάτων, ἴάν τις ἄνευ θεοῦ βουλήσεως καὶ θυ-

4. Mundum rursus Moses cum ortum statuit, tum ejus opificem aedificatoremque deum huic rerum universitati praefecit: quo in genere Mosi quoque consentanea Plato disputat. Contrariam utrique Aristoteles hac etiam in quaestione viam ingressus, ab eodem Attico ita ad verbum scribente refutatur. Principio, inquit ille, quum de mundi ortu Plato commentaretur atque meditaretur, idemque magnum illud et fructuosum providentiae dogma cuius diligenter examinandum putaret; ac simul censeret, nullo ortu generatum neque effectore neque curatore ad bene vivendum egere: continuo, ne mundum providentia privaret, nunquam esse ortum negavit. Hic vero homines eandem sectam profitentes, qui mundum etiam de Platonis sententia ortum esse negant, rogamus, ne nobis impedimento sint. Aequum enim profecto est hanc eos nobis veniam dare, si quantum ad Platonis doctrinam iis ipsis fidem adjungamus, quae clara et splendida voce apud nos, hoc est Graecos homines, Graecus homo disputavit. Quum enim, inquit, deus quidquid erat aspectabile assumpsisset, id non tranquilum et quietum, sed immoderate atque indigeste agita-

tum ex inordinato in ordinem adduxit, statum hunc ratus utique altero illo meliorem futurum. Caeteroqui se non aut aenigmati specie aut illustrandae tantum rei gratia hunc mundi ortum probasse, declarat etiam magis illis verbis, quibus rerum, ut vocat, parentem de ea causa post creatam rerum universitatem usum esse scribit. Nimirum quoniam, inquit, orti estis (deos autem alloquitur), immortales vos quidem esse et plane indissolubiles non potestis, nequam tamen dissolvimini, quod meae voluntatis vinculo colligati estis. Verum, uti jam dixi, cum iis qui nos intus domique nostrae alloquantur, tanquam cum amicis, amice quoque et placide controversiam hanc mitioribus argumentis transigere liceat. Nam hos etiam Aristoteles ad suam sententiam traduxisse videtur, qui nec dogmatis hujus reprehensioni repugnare possent, neque ullam tamen opinionem, quam ipsi ut falsam convellerent, Platoni tribuisse convinci vellent. Nunc vero, quum Plato, uti nostris ipsi auribus docentem audivimus et mundum operum omnium pulcherrimum a praestantissimo opifice factum existimet, et eam universitatis molliori vim ac potestatem assignet

μειωσ<sup>ο</sup> ἐπινοήσῃ, οὔτε τὸ γινόμενον ἀφθαρτον, οὔτε τὸ μὴ φθαρησόμενον γεννητόν. Ὄταν δὲ τὴν ἀρίστην τις αἰτίαν ἐπιστήσῃ τὴν ἐκ θεοῦ, δαΐ ταύτην ἡγεμόνα τῶν πάντων λαβόντα, μηδὲν αὐτὴν τῶν ἄλλων αἰτιῶν ἀποφαίνειν χεῖρονα. Γελοῖον γάρ, διότι μὲν γέγονέ τι, διὰ τοῦτο φθαρῆναι· εἰ δὲ ὁ θεὸς βούλεται, μὴ φθαρῆναι· καὶ διότι μὲν τι ἀγέννητόν ἐστιν, ἔχειν ἰσχύον τοῦ μὴ φθαρῆναι· τὴν δὲ παρὰ θεοῦ βούλησιν ἐνδέειν, πρὸς τὸ ἀφθαρτον τηρῆσαι τι τῶν γινομένων. Καὶ ὁ μὲν οἰκοδόμος ἱκανὸς οὐκ οὔσαν οἰκίαν κατασκευάσασθαι· ἱκανὸς δὲ τις καὶ ἀνδριάντα μὴ ὄντα πρότερον, ὄντα ποιῆσαι· καὶ ναῦν ἄλλος ἐξ ὕλης ἀργοῦ τεκτονάμενος παρέσχε τοῖς δεομένοις· καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ἕκαστος, ὅστις γε τὰς ποιητικὰς μετέπει τεχνίας, δύναμιν ταύτην ἔχουσιν, ὥς τι τῶν οὐκ ὄντων ἄγειν εἰς οὐσίαν. Ὁ δὲ παμβασιλεὺς καὶ ἀριστοτέχνης, οὐδ' ὅσον ἀνθρωπίνου τεχνίτου δυνάμει μεθέξει, ἀμοιρῶς δ' ἡμῖν πάσης ἔσται γενέσεως; οὐκ, εἴαν γε κατὰ βραχὺ θείας αἰτίας ἐπιλογισμὸν οἴοι τε ὤμεν λαβεῖν. Ἄλλὰ ποιῆσαι μὲν ἱκανὸς καὶ βουληθῆναι τὰ

καλά· ἀγαθὸς γάρ, (ἀγαθῶ δὲ οὐδεὶς φθόνος περὶ οὐδενός·) τηρῆσαι δὲ καὶ διαφυλάξαι τὰ γινόμενα οὐ δυνατός; Καὶ μὴν καὶ οἱ λοιποὶ τεχνῖται πρὸς ἀμφοῖν ἱκανοί. Ὁ γοῦν οἰκοδόμος καὶ ὁ ναυπηγὸς οὐ μόνον καινὰς κατασκευάζονται ναῦς καὶ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπὸ χρόνου διαφθειρομέναις ἱκανοὶ βοηθεῖν, ἕτερα τῶν πεποιημένων ἀντικαθιστάντες αὐταῖς. Ὡστε καὶ τῷ θεῷ πάντως ἔ τό γε τοσοῦτον συγχωρητέον. Ὁ γὰρ τις ἔδλον ποιῆσαι δυνατός, τοῦτο πῶς ἂν ἐκ μέρους ἀδύνατος εἴη ποιεῖν; Καὶ γενέσθαι τοῖνον τι δεῖ καινόν, εἴγε μέλλει τις ὄλιος εἶναι ποιητῆς, καὶ τὸ καλὸν ἔργον πρὸς ἅπαν διασώζεσθαι. Τὸ γὰρ εὖ γινόμενον ἐθέλειν λύειν, κακοῦ. Μείζων δὲ ἄλλος εἰς σωτηρίαν τῶν γινομένων δεσμὸς οὐκ ἔστι τῆς τοῦ θεοῦ βουλήσεως. Ἡ ἀνθρωπίνης μὲν σπουδῆς καὶ βουλήσεως μεταλαβόντα πολλά, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ ἔργα, μένει χρόνον ἀμύχανον ὅσον γινόμενα, μηκέτ' ὄντος τοῦ θελήσαντος· τὰ δὲ τῆς τοῦ θεοῦ μετασχόντα γνώμης, καὶ δι' αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, ταῦτα δὴ ἄρα παρόντος τοῦ ποιήσαντος οἰχθήσεται καὶ οὐ

qua tum eum qui antea nullus erat mundum effecerit, tum factum jam a se, perpetuo si velit, integrum et incolumem servabit: atque ita mundus Platonis iudicio simul ortus sit, simul sempiternus, quis tandem peripateticorum nobis ista rationibus probabit? Enimvero amice nobis monendus est dogmatum istorum defensor, neque si quid ortum sit, id necessario occidere debere, neque si quid vicissim nunquam occidet, id nullo ortu generatum esse. Neque enim aut quod interitu careat, id aliam nullam, quam quod etiam ortu careat, perpetuitatis suæ causam habere concedendum est: aut quod semel ortum habuerit, ei inexorabilis quædam intereundi necessitas imponenda. His ergo stabilendis quid tandem ex Aristotelis doctrina præsidii nobis comparabimus? ejus nempe hominis, qui non obiter, imo nec per se istud disputationis genus contextat, sed recta in Platone feratur, eique quod ortum est pereundi necessitatem afferat; quod vero non pereat, id ex eo tantum, quod ortum nunquam sit, integrum manere defendat: postremo ne deo quidem ipsi boni ullius, si velit, efficiendi vim ac potestatem relinquat? Quod enim prius nondum erat, id esse, inquit, postea nullo modo potest. Atque hoc orationis genere tantum abest, ut Platonis doctrinam stabiliverit, ut eo absterritos ex illis nonnullos, qui Platoni operam dabant, de ea sententia demoverit. At vero illi intelligere non potuerunt, si rerum ipsarum natura per sese atque a dei voluntate ac numine sejuncta spectetur, neque quod ortum seorsum est, id ab interitu liberum futurum, neque vicissim quod interibit nunquam, idem ortum aliquando esse: sin autem præcipua divinæ causæ ratio habeatur, æquum esse profecto, eam semel omnium ducem et principem constitutam, nihilo saltem infirmiore quam cæteras judicari.

PLAT. CRÆC. III.

Etenim ridiculum utique fuerit, quod ortum aliquid sit propterea id corrumpi; idem si corrumpi deus voluerit, non corrumpi: similiter, quod aliquid ortu careat, propterea illud interitus a se propulsandi vim habere; divinam contra voluntatem non satis ad eorum quidquam, quæ generata sunt, ab interitu liberandum valere. An vero domum, quæ non erat, architectus ædificare poterit, statuam alius facere, quæ antea non esset, alius ex rudi materia navem hominibus illa egentibus construere: postremo quicumque in artibus operosis versantur, aliquid ut sit quod prius non erat, efficiendi vim habebunt: summum illum regem et optimum artificem potestatis ne tantum quidem, quantum mortalem opificem habere concedemus, omnique eum generandi facultate privabimus? Nunquam profecto, si paulatim causam divinam cogitatione complecti poterimus. Quid igitur? An forte (quoniam ipse bonus est; bonus autem nemini quidquam invidet) præclara efficere cum possit, tum etiam velit, quæ tamen effecta sint conservare idem turique non possit? Atqui cæteri artifices utrumque possunt. Architecti quidem et navium fabricatores non solum novas seu domos seu naves ædificant, sed iis etiam tempore vitialis partes alias in prius factarum corruptarumque locum substituendo, mederi possunt. Quamobrem omnino saltem tantundem deo concedendum est. Quod enim totum efficere quis poterit, quomodo ex parte id ipsum efficere nequeat? Itaque, si quis omnino effector futurus est, cum ejus novum aliquod opus exstare, tum illud si bonum fuerit, per eum ab omni injuria vindicari oportebit. Opus enim bene coagmentatum dissolvere velle, mali utique fuerit. Porro ad ea quæ facta sunt conservanda, non aliud divina voluntate fortius est vinculum. Quid enim? an populi, urbes, opera



παρμενεῖ; Τίνος αἰτίας βιασαμένης τὴν τοῦ θεοῦ γνώμην; Πότερον τῆς ἐξ αὐτῶν τῶν γενομένων ἀνάγκης; Ἄλλ' αὐτὴ γε τῷ προσέσθαι τὸ κοσμηθῆναι τὴν ἐκ θεοῦ προσωμολόγησεν ἤτταν. Ἄλλ' ἔξωθεν τίνος αἰτίας ἀνταγωνιζομένης τῷ θεῷ; Ἄλλ' οὐτ' ἔστιν, οὔτε ἐν οἷς ἐφθῆ κρατήσας καὶ κοσμήσας ὁ θεός, ἔτι ἀξίον ἐν τούτοις αὐτὸν ἐλαττοῦν τινος, εἴ γε μὴ παντάπασι λανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ τῆς μεγίστης καὶ θειοτάτης δυνάμεως διαλεγόμενοι. Ἄλλὰ γὰρ εἰς τὸν περὶ τῆς ἀληθείας λόγον εἰκόκαμεν ὑπὸ προθυμίας ἐκφέρεσθαι. Δῆλον μὲν καὶ ὁ προϋθέμεθα, ὡς οὐκ ἂν εἴεν διδάσκαλοι περὶ κόσμου γενέσεως οἱ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν γένεσιν ἀπολιπόντες αὐτῶν. Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων πέμπτης οὐσίας, ἣν εἰσηγήσατο Ἀριστοτέλης, ταῦτα παραθεσόν.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. 6 τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, διενεχθέντα Μωσῆ καὶ Πλάτωνι, καὶ ἐν τῷ μὴ συγχωρεῖν γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον. Scripsi: ὁ ἐπειδὴ γὰρ, φησί, γεγέννησθε κτλ.] cum Eusebii codd; Platonis locus est in Timæo pag. 41 δι' ἃ καὶ ἐπειπερ γεγέννησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλκυτοι τὸ πάμπαν, οὗτι μὲν δὴ λυθῆσασθε γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μελλόνος ἐτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκεῖνων οἷς ὅτ' ἐγίνεσθε ξυνεδείσθε. Cf. Photius Biblioth. pag. 900 qui pro γεγέννησθε habet ἐγένεσθε atque in sequentibus οὗτοι γε μὴ λυθῆσασθε. — ὁ οὐδὲ καθ' αὐτὸν περαίνοντος] e Vigeri emendatione; codd. οὐδὲ καθ' αὐτοῦ περαίνοντος. — ὁ κρατύνεσθαι

ἀφθαρτον] e Vigeri emendatione; libri κρατύνεσθαι τὸ ἀφθαρτον. — ὁ ἐάν τις] membranæ ἦν ἐν τις. — ὁ δυνάμεως ἐπινοήση] libri δυνάμεως ἐπινοήσαι. — ὁ τῶν ἄλλων αἰτιῶν] e Vigeri emendatione; codd. τῶν ἄλλων αἰτίαν. — ὁ πάντως τό γε] codd. πάντος τόγε. — ὁ εἶγε μέλλοι τις δλωσ εἶναι ποιητής] e Vigeri emendatione; codd. εἶγε μέλλοι τις δλωσ ποιητής. —)

5. Περί γοῦν τῶν καλουμένων στοιχείων, ἐξ ὧν πρώτων σώματα συνέστηκε, Πλάτων μὲν ἐπόμμενος τῇ περὶ αὐτὰ ἐναργεῖα, καθάπερ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, τέσσαρά τε ἐφησεν εἶναι ταῦτα δημολογούμενα, πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, καὶ ἐκ τούτων συκρινόμενων καὶ τρεπομένων τὰ λοιπὰ πάντα γεννᾶσθαι. Ἀριστοτέλης δέ, ὡς εἰκεν, ἐλίπισας περιττότερας φανεῖσθαι τῷ φρονεῖν, εἴ τι σῶμα ἐκ περιττοῦ κρωθείη, προσκατηρήθησε τοῖς φαινομένοις τέτταραι σώμασι τὴν πέμπτην οὐσίαν· πάνυ μὲν λαμπρῶς καὶ φιλοδώρως τῇ φύσει χρυσάμενος, μὴ συνιδῶν δὲ ὅτι οὐ νομοθετεῖν δεῖ φυσιολογοῦντα, τὰ δὲ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξιστορεῖν. Εἰς τοίνυν τὴν ἀπόδειξιν τοῦ τέτταρας εἶναι τὰς πρώτας τῶν σωμάτων φύσεις, ἧς δὴ χρεια τοῖς Πλατωνικοῖς, οὐ μόνον οὐκ ἂν συντελεῖται ἡ δὲ περιπατητικῆς, ἀλλὰ σχεδὸν καὶ μόνος ἐναντιοῖτ' ἂν. Λεγόντων γοῦν ἡμῶν, ὅτι πᾶν σῶμα ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν ἢ ξηρὸν, ἢ μαλακὸν ἢ σκληρὸν, ἢ κοῦφον ἢ βαρῦ, ἢ ἀραιὸν ἢ πυκνόν· καὶ εὐρισκόντων ὅτι οὐκ ἂν ἕτερον εἴη τι τὸ μεθέξον τούτων τινὸς παρὰ τὰ τέσσαρα· (εἰ μὲν γὰρ θερμὸν, ἢ πῦρ ἢ ἀήρ· εἰ δὲ

plurima, quum semel hominum studium ac voluntas accesserit, infinito tempore eiam post mortem ejus qui ita voluerat constituta manent : quæ vero dei orla consilio, quæ propter ipsum atque ab ipso perfecta sint, ea præsentē videlicet effectore dilapsa interibunt? Quæ causa tantam vim afferet divinæ voluntati? An ex rebus ipsis, quæ factæ sint, profecta necessitas? At illa vel hoc ipso, quod fingi eas disponique sivit, victam se a deo esse confessa est? An deo causa quædam extrinsecus adversatur? At nec ulla talis est, nec si esset, æquum tamen foret, deum, quibus in rebus etiam ordinandis superior jam fuerit, in his ipsis aliqua demum inferiorem duci : nisi forte nobis de summo maximeque divino numine sermonem esse penitus ignoramus. Sed enim in banc de veritate disputationem acriore quodam studio delapsi esse videmur. Planum quidem illud fecimus, quod propositum nobis erat, de mundi origine doctores illos nunquam futuros, qui ne ullam quidem originem ipsi relinquunt. Cæterum de quinta etiam corporum essentia, quam introduxit Aristoteles, hæc addenda sunt.

5. Nam de iis quæ vulgo dicuntur elementa, ex quibus primis corpora constant, ita Plato superiorum philosophorum exemplo perspectam istorum evidentiam secutus disseruit, ut quattuor illa publice recepta pone-

ret, ignem, terram, aerem et aquam, ex quibus inter se mixtis et mutatis cætera omnia gignerentur. At vero Aristoteles, quum perfectioris, ut videtur, sapientiæ laudem se consecuturum speraret, si novum aliquid insuper corpus invehret, notis illis quattuor quintam annumeravit essentiam : in quo splendide prorsus ac liberaliter quidem ille naturam habuit, sed non intellexit, physici non esse leges constituere, sed tantum quæ naturæ propria sunt perquirere. Quare ad illam demonstrationem, quæ primas quattuor esse corporum naturas efficiat, qua sane Platonici indigent, non modo Peripateticus nihil prodest, sed prope solus etiam ei adversatur. Quum enim omne corpus calidum aut frigidum, humidum aut siccum, molle aut durum, leve aut grave, rarum aut densum esse dicamus, videamusque aliud nullum præter illa quattuor corpora esse posse, quod his e proprietatibus aliquam sortiatur : (nam si calidum sit, aut ignis erit aut aer; si frigidum, vel aqua vel terra; si autem siccum fuerit, aut ignis aut terra; si humidum, vel aqua vel aer : si vero molle sit, aut aer aut ignis; si durum, vel aqua vel terra : denique si leve sit atque rarum, aut ignis erit aut aer; si grave atque densum, aqua vel terra) nullum item aliud ex cæteris omnibus simplicibus facultatibus, præter illa quattuor

φυγρόν, ὕδωρ καὶ γῆ· καὶ εἰ μὲν ξηρόν, πῦρ ἢ γῆ· εἰ δὲ ὑγρόν, ὕδωρ ἢ ἀήρ· καὶ εἰ μὲν μαλακόν, ἀήρ ἢ πῦρ· εἰ δὲ σκληρόν, ὕδωρ ἢ γῆ· καὶ κοῦφον μὲν καὶ ἀραιόν, οἷον πῦρ καὶ ἀήρ· βαρὺ δὲ καὶ πυκνόν, ὕδωρ καὶ γῆ·) καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ ἀπασῶν δυνάμεων, κατανοούντων, ὡς οὐκ ἂν εἴη τι παρὰ ταῦτα σῶμα ἕτερον· οὗτος ἀνθίσταται μόνος, φάσκων δύνασθαι σῶμα εἶναι τούτων ἄμοιρον· σῶμα δὲ μήτε βαρὺ, μήτε κοῦφον, μήτε μαλακόν, μήτε σκληρόν, μήτε ὑγρόν, ἀλλὰ μήτε ξηρόν, μόνον οὐχὶ λέγων σῶμα οὐ σῶμα. Τὸ μὲν γὰρ ὄνομα καταλείπειν αὐτῷ, τὰς δὲ δυνάμεις, δι' ὧν σῶμα πέφυκε γίνεσθαι, πάσας ἀφῆρηκεν. Ἡ τοίνυν ἡμᾶς ἄπερ αὐτὸς λέγει πείθων, ἀφαιρήσεται τῆς Πλάτωνος γνώμης· ἢ τὰ Πλάτωνος βεβαιούμενος, τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποστήσεται. Ὡστε οὐδαμῆ χρησίμος πρὸς τὰ τοῦ Πλάτωνος. Ἐτι ὁ μὲν Πλάτων πάντα τὰ σώματα, ἅτε ἐπὶ μιᾶς ὁμοίας ὕλης θεωρούμενα, βούλεται τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἰς ἀλλήλα· ὁ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, ἂ οὐσίαν ἀπαθῆ ἢ τε καὶ ἀφθάρτων καὶ ἄτρεπτον πάντως ἀξιοί, ἴνα δὴ μὴ εὐκαταφρονήτου τινὸς πράγματος γεννητῆς εἶναι δοκῆ· περιττὸν μὲν καὶ ἴδιον παντάπασι λέγων οὐδέν, τὰ δὲ ὑπὸ Πλάτωνος ἐπ' ἄλλων ἑωραμένα καλῶς, μεταφέρων ἐπὶ τὰ μὴ προσήκοντα· καθάπερ τινὲς τῶν ὕστερον γενομένων ἀνδριανοποιῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀπομιμησάμενοι τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς κεφαλὴν, ἄλλου δὲ τὸ στέφνον, ἑτέρου δὲ τὴν ζώνην, εἰς ταῦτόν συνθέντες ἐνίοτε μὴ προσήκοντα πράγματα ἀλλήλοις, ἐπεισαν

αὐτοὺς ὡς τι πεποιηκότες ἴδιον· καὶ ὄντως τὸ μὲν ἄλον, ὁ δὲ τις ἂν ἀσυμμέτρως ἔχειν αἰτιάσασαιτο, ἔστιν αὐτῶν, τὰ δ' ἐν αὐτῷ συνηρανισμένα καὶ τι καλὸν ἔχοντα, οὐκ αὐτῶν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἀκούων Πλάτωνος, ὅτι ἔστι τις οὐσία νοητῆ καθ' αὐτήν, ἀσώματός τε καὶ ἀχρώματος καὶ ἀναφῆς, οὔτε γινομένη, οὔτε φθειρομένη, οὔτε τρεπομένη, οὔτε μεταβαλλομένη, αἰεὶ δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα· πάλιν δ' αὖ περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἀκούων, ὡς τινα θεῖα<sup>b</sup> καὶ ἀφθάρτα καὶ ἀπαθῆ ἔστι σώματα, συνέθηκε καὶ συνεκάλησεν ἐξ ἀμφοῖν πράγματα μὴ συνάδοντα. Παρ' ὧν μὲν γὰρ τὸ εἶναι σῶμα, παρ' ὧν δὲ τὸ ἀπαθὲς εἶναι λαβόν, σῶμα ἀπαθὲς ἐτεκμήνατο. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀνδριάντων, εἰ καὶ μὴ καλὸν τὸ ἐκ τῶν διαφερόντων, οὔτι γε ἀδύνατον γενέσθαι. Διδάσκει οὖν τὰ τοιαῦτα καὶ Ὀμηρος<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Ὀμματα γάρ, φησι, καὶ κεφαλὴν Ἰκαλὸς Δαί τερπικεραῦνον, Ἄραϊ δὲ ζώνην, στέφνον δὲ Ποσειδάωνι.

Τὸ δὲ σῶμα ἀπαθὲς οὐκ ἂν ποτε γένοιτο. Παθητῆ γὰρ καὶ τρεπτῆ συνεδεσμένον φύσει ἀνάγκη ἔχει συμπαθεῖν, ἢ συνέζευκται. Εἰ δὲ τι ἀπαθὲς εἴη, τοῦτο ἀφεμένον καὶ ἐλεύθερον ἀπὸ τοῦ πάσχοντος εἶναι δεῖ· ὥστε χωρὶς ἂν εἴη τῆς ὕλης, ἧς κεχωρισμένον, ἀσώματον ἀναγκαίως ὁμολογοῖτ' ἂν. Ἐτι καὶ τούτοις πρόσσχωμεν τὸν νοῦν, ἐν ὅσοις ἄλλοις διαφέρεσθαι τῷ Πλάτωνι τὸν Ἀριστοτέλην παρίστησιν.

corpora exstare posse sentiamus : hic unus nobis resistit, corpus aliquod his omnibus vacuum esse defendens : corpus, inquam, non grave aut leve, non molle aut durum, non humidum aut siccum; adeoque tantum non dicens corpus idem idemque non corpus. Nam corporis ei nomen reliquit, facultates autem ex quibus sua natura constatur corpus, universas ademit. Aut igitur, quæ docet, nobis persuadendo simul nos a Platonis, cujus socii sumus, sententia depellit; aut si Platonis doctrinam stabiliet, a discretis suis avertet. Itaque ad explicandam Platonis mentem omnino nihil valet. Præterea Plato corpora omnia, quod eorum materiam unam eandemque esse videmus, in sese invicem converti mutarique voluit: Aristoteles vero inter cætera essentiam non patibilem, incorruptam et prorsus immutabilem statuit, ne contempnendi cujusdam dogmatis inventor esse videretur. In quo tamen omnino nihil singulare ac sibi peculiare affert, quam ea duntaxat quæ præclare aliis in rebus Plato animadvertit, ad alienas transferat: id quod nonnullis e recentioribus statuariis usu venit. Illi enim hominis unius caput, alius pectus, tertii cingulum imitati, partesque alias cum aliis minus interdum coherentes inter sese complexi, hoc tanquam proprio aliquo opere superbiunt. Et vero totum illud, quod jure aliquis velut inconditum reprehendat, ipsorum est: partes autem, e

quibus constat, quamvis pulchritudinis commendationem habeant, ad illos tamen nihil pertinent. Sic et Aristoteles, quam ex Platone audiret, essentiam aliquam esse, quæ per se intelligibilis, incorporea, coloris experta, tactumque fugiens nec oriatur, nec intereat unquam aut convertatur et mutetur, sed eodem semper statu maneat: simulque de celestibus rebus audiret, divina quædam esse corpora eaque incorrupta et impatientia, ex utroque genere composuit et conglutinavit ea quæ inter se minime congruerent. Quum enim ab aliis corpus esse aliquod, ab aliis impatiens quid esse sumeret, corpus ipse impatiens fabricatus est. In statutis igitur, ut pulchrum id non sit, dissimilibus tamen e partibus confari aliquid potest. Quocirca Homerus quoque talia docet:

*Ille oculosque caputque Jovis, qui fulmine gaudet,  
Cingula Mavoris, Neptuni pectora gessit.*

At corpus non patibile nullum unquam fuerit. Corpus enim, utpote cum patibili mutabilique natura conjunctum, cum illa vitæ sociæ patiatur necesse est. Quod vero patibile non sit, id a patibili sejunctum ac liberum esse oportet, ita ut secretum a materia habeatur, quæ secretio efficit, ut necessario incorporeum esse concedamus. Hactenus ille. Sed alia porro videamus, in quibus idem Aristotelem a Platone dissentire demonstrat.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. 7 τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, πέμπτην σωμαίων ὑποτιθέμενον οὐσίαν, ἣν οὔτε Μωσῆς οὔτε Πλάτων γινώσκει. Scripsi : <sup>a</sup> ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων] cum codd. *inter cætera*. Similiter Sophocles Antig. vs. 789 καὶ σ' οὐτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς, οὐθ' ἀμερίων ἐπ' ἀνθρώπων, item Aristides Panathenaisco tom. I, p. 96 μόνῃ τῇ πόλει ἐπὶ τῶν ἑλληνικῶν. — <sup>b</sup> ὡς τινα θεῖα] codd. ὡς ὄντα θεῖα, cuius loco Vigerus ὡς οὖν τὰ θεῖα scribi voluerat. — <sup>c</sup> Ὁμηρος] Iliad. lib. II vs. 478-479. —)

a. Ἐπειτα τούτους ἐπόμενα πολλά, ἐν οἷς διαφέρονται. Ὁ μὲν γὰρ φησι, τὰ κατ' οὐρανὸν τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς <sup>a</sup> ἔγειν· ὁ δὲ, μηδαμῆ <sup>b</sup> μετεῖναι τοῖς οὐρανίοις πυρὸς. Καὶ ὁ μὲν φησιν, ἀνάσαι τὸν θεὸν φῶς ἐν τῇ δευτέρᾳ <sup>c</sup> πρὸς γῆν περιόδῳ, ἵν' ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοιτο <sup>d</sup> τὸν οὐρανόν, περὶ ἡλίου τὸ τοιοῦτον ἀποφαινόμενος· ὁ δὲ, ἅτε οὐκ ἐθέλων πῦρ εἶναι τὸν ἥλιον, τὸ δὲ φῶς εἰδὼς πῦρ καθαρὸν, ἢ τι πυρὸς ὄν, οὐκ ἐπιτρέπει φῶς περὶ αὐτὸν ἀνῆφθαι. Ἐτι <sup>e</sup> ὁ μὲν, κατ' εἶδος ἀφθαρσίαν ἀπονέμων τοῖς κατ' οὐρανὸν ἅπασιν, ἀποχωρήσεις τινὰς αὐτῶν καὶ προσχωρήσεις <sup>f</sup> συμμέτρους φησὶ γίνεσθαι. Ἀναγκάζουσι δὲ αὐτὸν λέγειν ταῦτα, τὰς μὲν ἀποκρίσεις, αἵ τε ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου καὶ θερμότητες κατὰ ἀπόρρυσιν αὐτοῦ γινόμεναι· τὰς δὲ προσκρίσεις, ἡ ἴση τοῦ μεγέθους αὐτοῦ φάσις. Οὐ γὰρ ἂν ἤθελαν ἴσα φαίνεσθαι, μηδὲν ἀνθ' ὧν ἀφίησι λαμβάνοντα. Ὁ δὲ Ἄριστοτέλης πάντη μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτὰ βούλεται, μήτε τινὸς αὐτοῖς ἀποχωροῦντος, μήτε προσίοντος. Ἐτι δ

μὲν, πρὸς τῇ κοινῇ κινήσει τῶν ἀστρῶν, καθ' ἣν ἐν ταῖς σφαίραις ἐνδεδεμένοι κινουῦνται πάντες οἱ ἀστέρες, οἳ τε ἀπλανεῖς καὶ οἱ πλανώμενοι, καὶ ἐτέραν αὐτοῖς <sup>g</sup> κίνησιν ἀποδίδωσιν, ἣν δὴ καὶ ἄλλως καλλίστην εἶναι συμβέβηκε, καὶ προσήκουσαν αὐτῶν τῇ φύσει τοῦ σώματος. Σφαιρικοὶ γὰρ ὄντες, εἰκότως σφαιρικὴν ἂν τινα κίνησιν ἕκαστος κινεῖτο περιδουόμενος· ὁ δὲ, καὶ ταύτης ἀφαιρεῖται <sup>h</sup> τῆς κινήσεως αὐτοῦς, ἣν ὡς ἐμψυχοὶ κινουῦνται, μόνῃν δὲ ἀπολείπει τὴν ὑπ' ἄλλων τῶν περιεχόντων, ὡσπερ ἀψύχως συμβαίνουσιν. Καὶ δὴ καὶ φησι τὴν γινομένην φαντασίαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἀστέρων ὡς κινουμένων πάθος εἶναι τῆς ἡμετέρας ὄψεως <sup>i</sup> ἀδυνατούσης, καὶ ὡσπερ εἰσιόμενης, ἀλήθειαν δὲ οὐκ εἶναι· ὡσπερ Πλάτωνος ἀπὸ ταύτης τῆς φαντασίας, τὴν ὑπὲρ τῆς κινήσεως πίστιν λαμβάνοντος, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ λόγου, τοῦ διδάσκοντος, ὅτι ἀνάγκη τούτων ἕκαστον, ζῶον ὄντα καὶ ψυχὴν ἔχοντα καὶ σῶμα, κινεῖσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν· (πάν γὰρ σῶμα, ὃ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἀψυχον· ὃ δὲ ἐνδοθεν καὶ ἐξ ἑαυτοῦ, ἐμψυχον·) κινουόμενον δὲ, ἅτε θεῖον ὄντα, τὴν καλλίστην κινεῖσθαι κίνησιν· καλλίστης δ' οὐσίας τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως, ταύτην αὐτὸν κινεῖσθαι. Ἡ δὲ αἴσθησις τὰ μὲν ἐκ τοῦ λόγου μαρτυροῖτο ἂν ὡς ἀληθεύουσα, οὐ μὴν αὕτη παρέσχε τὴν πίστιν τῆς κινήσεως. Περὶ δὲ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, ὡς μὲν οὐκ ἐν κύκλῳ τινὲ γίνεται, νικώμενος ὑπὸ τῆς ἐναργείας, οὐκ ἔσχεν ἀντεπιεῖν Πλάτωνι· παρεῖχε δὲ κἀνταῦθα διαφορὰν αὐτῶ τὸ καλὸν τοῦτο εὐρημα τοῦ σώματος. Ὁ μὲν γὰρ Πλάτων, ἅτε ὄντων τεσσάρων σωμαίων, καὶ πάντων φύσει κινουμένων ἀπλῆν καὶ

6. Sequuntur, inquit, alia deinde multa, in quibus ambo inter se dissident. Quippe celestium rerum speciem maxime Plato facit ex igne: Aristoteles negat illis cuni igne quiddam commune esse. Atque ille quidem deum ait ad secundum supra terram ambitum lunam accendisse, ut celum passim omne quam maxime collustraret, de sole tale quid pronuntians: sed hic, quod et solem ignem esse nolit, et lumen aut puriorem ignem, aut aliquid ab igne profectum esse sciat, lumen ideo circa solem accensum esse non concedit. Præterea formæ respectu immortalitatem celestibus cunctis attribuens, decessiones in iis accessionesque mutuas proportione quadam evenire docet. Quam philosophandi rationem ab eo expressit necessitas, ut decessiones quidem statueret, quod e sole radii et calores per effluviū exeant, accessiones vero, quod æqualis ejus magnitudo semper appareat. Neque enim æqualem visum iri arbitrabatur, nisi ejus quod dimitteret loco aliquid nancisceretur. Aristoteles vero omni ex parte in eadem illas substantia permanere vult, nec iis aut decedere quiddam, aut omnino accedere. Præter communem illum motum, quo suis in sphaeris illigatæ tam inerrantes quam errantes stellæ moveantur, suum quibusque Plato ac proprium alterum

assignat, quem et alioqui pulcherrimum esse et cum talium corporum natura conjunctum esse constat. Quum enim illæ globosæ sint, jure volubili quodam et in orbem acto motu singulæ cieantur. At Aristoteles hunc quoque motum illis eripit, quo tanquam animatæ agantur, eumque solum relinquit, qui ab aliis ambientibus et continentibus, tanquam inanimis afferatur. Addit etiam, quod moveri nobis stellæ videantur, id infirmioris et quasi trepidantis oculi vitio fieri, neque ita se rem habere: perinde ac si Plato talem motum hoc viso sibi persuaserit, ac non potius rationis vim et momentum sequatur, quæ docet, quemadmodum unaquæque earum animans sit, utpote animo simul et corpore prædita, sic suo quodam motu eam incitari: (corpus enim otiane, quod movetur extrinsecus, inanimatum est; quod vero interiore et suo motu cietur, animatum): sin autem moveatur, quia divina sit, pulcherrimum eam motu uti, qui quum non alius sit, quam hic in orbem circumactus, hunc etiam omnino eam sortiri. Sensus autem vera in hoc genere renuntians, quamvis illam rationis normam testimonio suo confirmet, tamen motionis istius fidem per se non facit. Sed quod ad universi motum attinet, Aristoteles re perspicua et evidenti convictus, quum ad-

εὐθεϊαν κίνησιν, πυρὸς μὲν ἐπὶ τὸ ἐκτός, γῆς δ' ἐπὶ τὸ μέσον, τῶν δὲ ἄλλων ἐπὶ τὰ μεταξύ, τὴν ἐν κύκλῳ κίνησιν ἀπέδωκε τῇ ψυχῇ· ὁ δ' ἤπερ ἄλλω<sup>1</sup> σώματι ἄλλην, οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐν κύκλῳ, καθάπερ σωματικὴν τινα, τῷ πέμπτῳ προσένειμε σώματι, πάντ' εὐκόλως αὐτὸν ἔξαπατήσας. Τοῖσι μὲν γὰρ ἐπ' εὐθείας κινουμένοις αἱ βαρύτερες καὶ κουφότερες τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως παρείχοντο<sup>2</sup>. τὸ δὲ πέμπτον σῶμα, μήτε βάρους μετέχον, μήτε κουφότητος, ἀκινήσιός μᾶλλον, ἀλλ' οὐ<sup>1</sup> τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως αἰτίαν ἔχει. Εἰ γὰρ τοῖς ἐπ' εὐθείας κινουμένοις οὐ τὸ σχῆμα τὴν αἰτίαν ἔχει τῆς κινήσεως, ἀλλ' ἡ ῥοπή· σῶμα ὁμοῖον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινός<sup>3</sup>, οὐχ ἔξει τῆς ἐπὶ τι κλίσεως αἰτίαν, εἴτ' ἐπὶ δεξιῇ ἴωσι<sup>4</sup> πρὸς ἡῶ τ' ἡελίον τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερά, εἴτε πρόσω, εἴτ' ὀπίσω. Ἐτι τοῖς μὲν ἄλλοις σώμασιν ἐξωσθεῖσι τῶν οἰκείων τόπων παρέχει τὸ κινεῖσθαι πάλιν ἀφ' αὐτῶν ἢ πρὸς τούτους ἀναφορά· τῷ πέμπτῳ δὲ ἐκείνῳ, μηδέποτε ἐκφαίνονται τῶν αὐτοῦ τόπων, μένειν ἂν προσήκοι. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ σωματίων, ὑπεξαίρουμένου τοῦ πέμπτου, φαίνεται φιλονεικῶν Ἀριστοτέλης, μὴ τὰ αὐτὰ λέγειν Πλάτωνι. Ζητήσαντος<sup>5</sup> γὰρ Πλάτωνος, εἰ ἔστι φύσει βαρὺ σῶμα, ἢ κοῦφον· καὶ ἐπειδὴ ταῦτα κατὰ τὴν πρὸς τὸ ἄνω καὶ κάτω σχέσιν ἐφαίνετο λέγεσθαι, σκεψαμένου εἴτε ἔστι τι κάτω φύσει καὶ ἄνω, εἴτε μή· καὶ ἀποδείξαντος ἀκριβῶς, ὅτι κατὰ μὲν τὰς τῶν σωματίων πρὸς τοὺς τόπους οἰκειότητάς<sup>6</sup> τὸ κάτω<sup>7</sup> λέ-

γοῖτο ἐκάστοις ἐφ' ὃ φέροντο· ἄνω δὲ ἐκάστοις τὸ ἀλλότριον, ἀφ' ὃ ἀναχωροῖεν, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν σχέσιν καὶ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον διανείμαντος· καὶ πρὸς τούτῳ ἀποδείξαντος, ὅτι μήτε τὸ μέσον<sup>8</sup> μήτε τὸ περίε αὐτῶν εὐλογον ἄνω ἢ κάτω λέγεσθαι. Ὁ δὲ ἀντιτιθησὶ<sup>9</sup>, πανταχόθεν καταβάλλειν δεῖν ἠγούμενος τὰ ἐκείνου· καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τὸ μέσον φερόμενον βαρὺ λέγειν βιάζεται, τὸ δὲ ἐπὶ τὸ περίε, κοῦφον· καὶ τὸν μὲν τόπον τὸν ἐν μέσῳ κάτω φησί, τὸν δὲ περίε ἄνω. Ἀλλὰ περὶ μὲν κόσμου, καὶ ἐξ ὧν οὗτος, καὶ τῶν κατ' οὐρανόν, τοσοῦτον ἀλλήλων ἀφεστήκατον. Ταῦτα μὲν οὖν οἶδε Μωσῆς δὲ καὶ τὰ Ἑβραίων λόγια τούτων οὐδὲν πολυπραγμανεῖ· καὶ εἰκότως· ὅτι μηδὲ πρὸς βίου κατορθωσιν τοῖς περὶ ταῦτα ἀσχολούμενοις λυσιτελεῖν ἐνομήσθη.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. VIII τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς κατ' οὐρανὸν θεωρήμασι διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, ἅτινα Μωσῆς οὐ πολυπραγμανεῖ. Sed pauca hic explicanda : \* ἐκ πυρὸς ἔχειν] Plato Tim. p. 40. a. εἰσὶ δὲ τέτταρες, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀερόπτερον, τρίτη δὲ ἐνυδρὸν εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον. Τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπήρξατο (Steph. ἀπειργάζετο), ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἶη x. τ. λ. Conf. Phil. Gr. vol. II pag. 168. —<sup>b</sup> μηδαμῆ] Vid. Aristot. de Cælo lib. I cap. 2 et lib. II cap. 7; item Me-

versus Platonem, in orbem eum ferri negare non posset, ex præclaro tamen novi corporis invento dissidii occasionem arripuit. Plato enim qui quatuor tantum corpora agnosceret, quæ suapte natura simpliciter rectoque motu cicerentur, ita ut ignis foras, in medium terra ferretur, cætera inter utrumque motus suos continerent, animo volubilitatem tribuerat : Aristoteles vero, uti motum aliis corporibus alium, ita quinto corpori volubilem, quasi corporeum aliquem assignavit. In quo vehementer eum errasse perspicuum est. Nam quæ recto cicerentur motu, ea motionis principium gravitatem suam aut levitatem asserunt : at quantum illud corpus, quum et gravitatis sit et levitatis expers, quietis in se potius, quam motus in orbem incitati principium continet. Si enim quæ recto feruntur motu, in iis non jam figura, sed proprium cujusque momentum genus illud efficit motionis : profecto corpus sui simile, similis alterius in medio collocatum, nullam in partem inclinationis causam habebit, qua vel in dextram, ad auroram solem-que versus, vel in sinistram, vel prorsus cedant, vel retrorsum redeant. Præterea cæteris quidem corporibus quæ suis sedibus expulsa sint, reditus in eas justam alterius per se motus occasionem præbeat : quantum autem illud, quod e suis regionibus nunquam exeat, immotum manere conveniens sit. Porro de cæteris etiam corporibus quinto illo excepto apparet Aristotelem id

contendere et laborare, ne eadem quæ Plato dicat. Quum enim Plato quævisisset, num suapte natura aut grave corpus esset aut leve, tum quod utrumque nomen ex quadam ad superius et inferius relatione ductum videretur, secum reputasset, essetne aliquid natura sua deorsum ac sursum, nec ne, adeoque accurate demonstrasset, pro corporum ipsorum cum suis quibusque locis conjunctione, deorsum id in singulis vocari, ad quod ipsa tendant; sursum contra alienum illud, unde revertantur, ideoque ex eadem relatione grave simul ac leve distribuisset : quumque ostendisset præterea, nec medium, nec circumjectum spatium aut sursum in illis aut deorsum recte vocari posse : Aristoteles sententias Platonis omnes quoquo modo sibi abjiciendas esse ratus, hic quoque aliquid opponit : quodque ad medium tendat, grave, et quod ad circumjectum spatium feratur, leve appellare cogitur; adeoque locum illum qui in medio est, deorsum, qui vero circa, sursum esse docet. Hæc Atticus. Sed de mundo mundique partibus et rerum celestium natura, quantum ambo inter se discordent, diximus. Et illorum quidem tota hæc disputatio est. Nam Moses et Hebræorum oracula horum nihil diligenter examinant; nec immerito, quum talium rerum studium hominibus nihil ad vitæ emendationem professe judicant.

teorolog. lib. III cap. 3. — <sup>ε</sup> ἐν τῇ δευτέρᾳ] Plato Tim. p. 39. φῶς δ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κακλήκαμεν ἥλιον κτλ. Conf. Phil. Gr. vol. II pag. 167. — <sup>α</sup> φαίνοιο] habent Eusebii codices atque e Platonici Ricardianus; in cæteris est φαίνοι. — <sup>ε</sup> ἀπροχωρήσεις τινὰς αὐτῶν καὶ προσχωρήσεις] Plato Tim. p. 40 χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προσχωρήσεις (al. προχωρήσεις), quæ verba Cicero sic reddit: *Flexiones (Steph. conj. Iusionones) autem deorum et inter ipsos [deos] concursionones, quæque in orbibus eorum conversiones antecessionesque eveniant, ubi apparet eum neque per agnoscere, neque προσχωρήσεις, sed προχωρήσεις legisse. Vide Stephanum ad eum locum.* — <sup>ι</sup> ἑτέραν αὐτοῖς κίνησιν] Plotinus Ennead. 2 lib. 2 cap. 2 pag. 109 καὶ Πλάτων δὲ τοῖς ἀστροῖς οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ θλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἐκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν ἑκαστον γάρ, ὃ ἐστὶ περιελιφῶς τὸν θεόν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῶ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνάγκαις. — <sup>β</sup> ὃ δέ, καὶ ταύτης ἀφαιρείται κινήσεις αὐτοῦς] Aristoteles de Cælo lib. II cap. 1 pag. 284. a. ed. Bekker. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὑπὸ ψυχῆς εὐλογον ἀναγκαζούσης μένειν ἀτίδον· οὐδὲ γὰρ τῆς ψυχῆς οἶόν τ' εἶναι τὴν τοιαύτην ζωὴν ἀλυπον καὶ μακαρίαν· ἀνάγκη γὰρ καὶ τὴν κίνησιν μετὰ βίας οὔσαν, εἴπερ κινεῖσθαι πεφυκότος τοῦ πρώτου σώματος ἄλλως κινεῖ συνεχῶς, ἀσχολον εἶναι καὶ πάσης ἀπηλλαγμένην βραστώνης ἔμφρονος, εἴ γε μὴδ' ὡσπερ τῇ ψυχῇ τῇ τῶν θνητῶν ζώων ἐστὶν ἀνάπαυσις ἢ περὶ τὸν ὕπνον γινομένη τοῦ σώματος ἀνεσις, ἀλλ' ἀναγκαῖον Ἰξίονός τινος μοῖραν κατέχειν αὐτὴν ἀτίδον καὶ ἀτρυτον. — <sup>β</sup> πάθος εἶναι τῆς ἡμετέρας ὄψεως] Aristoteles de Cælo lib. II cap. 8 pag. 290. a. ed. Bekker. ἢ γὰρ ὄψις ἀποτεινομένη μακρὰν ἐλίσσεται διὰ τὴν ἀσθένειαν. Ὅπερ αἴτιον ἴσως καὶ τοῦ στίλβειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδεδεμένους, τοὺς δὲ πλάνητας μὴ στίλβειν· οἱ μὲν γὰρ πλάνητες ἐγγύς εἰσιν, ὡστ' ἐγκρατῆς οὔσα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται ἢ ὄψις· πρὸς δὲ τοὺς μένοντας κραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόρρω λίαν. Ὅ δὲ τρώμος αὐτῆς ποιεῖ τοῦ ἀστρου δοκεῖν εἶναι τὴν κίνησιν· οὐθὲν γὰρ διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ δρῶμενον. — <sup>ι</sup> ὃ δ', ἢπερ ἄλλω]. Aristoteles de Cælo lib. I cap. 2. — <sup>β</sup> παρίγοντο] i. e. παρέχονται.

Vid. Matthiæ Gramm. Gr. § 505. 2. — <sup>ι</sup> ἀλλ' οὐ] scripsi; codd. ἀλλὰ οὐ. — <sup>μ</sup> σῶμα ὁμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινός] videtur dictum de globoso sideris corpore, quod globoso item cælo includitur. — <sup>α</sup> εἴτ' ἐπὶ δεξι' ἴωσι] scripsi; vulgo εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι. Petita sunt hæc ex Iliad. lib. XII, vs. 239 seq. εἴτ' ἐπὶ δεξι' ἴωσι πρὸς ἧῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε κτλ. — <sup>ο</sup> Ζητήσαντος γὰρ Πλάτωνος] Tim. p. 63 ed. Steph. — <sup>ρ</sup> κατὰ μὲν τὰς τῶν σωμάτων οικειότητας] Plato Tim. p. 63 ed. Steph. τότε γε μὴν ἐν τι διανοητέον περὶ πάντων αὐτῶν, ὡς ἢ μὲν πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁδὸς ἐκάστοις οὔσα, βαρὺ μὲν τὸ φερόμενον ποιεῖ, τὸν δὲ τόπον, εἰς ὃν τὸ τοιοῦτον φέρεται, κάτω, τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἐτέρως, θάτερα. — <sup>σ</sup> τὸ κάτω] posui cum codd.; Vigerus τὸ μὲν κάτω scribi volebat. — <sup>τ</sup> μήτε τὸ μέσον] Plato Tim. p. 62 δ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ (τῷ κόσμῳ) τόπος, οὔτε κάτω πεφυκότος οὔτε ἄνω λέγεσθαι δίκαιος, ἀλλ' αὐτὸ, ἐν μέσῳ· ὃ δὲ περίξ οὔτε δὴ μέσος, οὔτ' ἔχων διάφορον αὐτοῦ μέρος ἕτερον, θατέρου μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον, ἢ τι τῶν καταντικρῶ. — <sup>θ</sup> ὃ δὲ ἀντιτίθησι] Aristoteles de Cælo lib. 4 cap. 1 p. 308. a. ed. Bekker. τὰ μὲν γὰρ ἀεὶ πέφυκεν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι, τὰ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ μέσον. Τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου φερόμενον ἄνω λέγω φέρεσθαι, κάτω δὲ τὸ πρὸς τὸ μέσον. Ἄτοπον γὰρ τὸ μὴ νομίζειν εἶναι τι ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, καθάπερ τινὲς [i. e. ὁ Πλάτων] ἀξιοῦσιν. Οὐ γὰρ εἶναι τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω φασίν, εἴπερ πάντη ὁμοίος ἐστὶ, καὶ πανταχόθεν ἀντίπους ἔσται πορευόμενος ἕκαστος αὐτῶν. Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον ἄνω λέγομεν, ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἐστὶν ἄνω καὶ τῇ φύσει πρῶτον. Ἐπει δ' ἐστὶ τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον, δῆλον ὅτι ἔσται καὶ ἄνω καὶ κάτω. —

7. Ὑπὲρ δὲ τῆς ψυχῆς τί καὶ λέγομεν ἄν; δῆλα γὰρ ταῦτα οὐ μόνον τοῖς φιλοσοφοῦσιν, ἀλλὰ δὴ σχεδὸν καὶ τοῖς ἰδιώταις ἄπασιν· ἐπὶ Πλάτων μὲν ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἀπολείπει, καὶ πολλοὺς ὑπὲρ τούτου λόγους ποιεῖται, ποικίλους καὶ παντοίως ἀποδεικνύς, ἐπὶ ἐστὶν ἀθάνατος ἢ ψυχῇ. Πολλὴ δὲ καὶ τοῖς ἔσπουδακοῖσι περὶ τὰ Πλάτωνος ἢ φιλοτιμία γέγονε, συναγωνιζόμενοι τῷ τε δόγματι καὶ τῷ Πλάτωνι. Σχεδὸν γὰρ τὸ συνέχον τὴν πᾶσαν αἵρεσιν τάνδρος τοῦτ' ἔστιν. Ἡ τε γὰρ τῶν ἠθικῶν δογμάτων ὑπόθεσις ἐπηκολούθησε τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ, τὸ μέγα καὶ λαμ-

7. Sed de animo, inquit, quid dicamus? Constat enim non solum inter eos qui philosophantur, sed etiam inter idiotas ferme omnes, animum a Platone immortalem existimari, plurimasque simul ab illo eam in rem disputationes haberi, simul omni rationum genere probatam hanc et confirmatam immortalitatem relinqui. Et vero cum in defendendo Platone, tum præsertim in hac ejus

sententia tuenda, assectatorum illius permagna fuit vehemensque contentio. Quippe hoc prope unum est, quo ejus philosophiæ formula maxime continetur. Namque illa moralium præceptionum silva animi immortalitatem secuta est, quod dignitatem suam, splendorem adeoque generosum illum ardorem impetumque suum tueri ac retinere virtus propter hanc animi divinitatem posset: cunctaque

πρὸν καὶ νεανικόν, τῆς ἀρετῆς, διὰ τὸ τῆς ψυχῆς θεῖον, σῶσαι δυνθίσεις· τὰ τε τῆς φύσεως πράγματα πάντα, κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς διοίκησιν, ἔσχε τὸ καλῶς διοικεῖσθαι δύνασθαι. Ψυχὴ γὰρ πᾶσα, φησί, παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου· πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ ἄλλοι ἐν ἄλλοις εἶδеси γινομένη. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς σοφίας καὶ εἰς τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀνήπτει τῷ Πλάτῳ. Πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις<sup>a</sup>, ἀναμνήσεις· καὶ οὐκ ἄλλως οἴεται δύνασθαι σώζεσθαι τὴν ζήτησιν καὶ μάθησιν, ἐξ ὧν ἐπιστήμη γίνεται. Εἰ δὲ μὴ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, οὐδὲ ἀνάμνησις· εἰ δὲ μὴ τούτο, οὐδὲ μάθησις. Πάντων οὖν τοῦ Πλάτωνος δογμάτων ἀτεχνῶς ἐξηρητημένων, καὶ ἐγκριμαμένων τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν θεότητός τε καὶ ἀθανασίας, ὃ μὴ συγχωρῶν τοῦτο, τὴν πᾶσαν ἀνατρέπει φιλοσοφίαν Πλάτωνος. Τίς οὖν ἔστιν ὁ πρῶτος ἐγγχειρήσας ἀντιτάξασθαι ἀποδείξει, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφελῆσθαι τῆς ἀθανασίας καὶ τῆς ἄλλης πάσης δυνάμεως; Τίς δ' ἕτερος ἢ ὁ Ἀριστοτέλης; Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ μὲν ἐπιδιαμέμεινε συνεχώρησαν· οἱ δ' εἰ μὴ καὶ τοῦτο, δύναμιν γε ἐν τῷ σώματι καὶ κίνησιν τινα, καὶ ἔργα καὶ πράξεις ἀπένευμαν τῇ ψυχῇ. Ὁ δὲ, ὅσῳ περ Πλάτων ἀπεσέμνυνε τὸ τῆς ψυχῆς πρᾶγμα, ἀρχὴν γενέσεως, καὶ θεοῦ παιδεύμα, καὶ τῶν ἀπάντων προστάτιν ἀπορηνάμενος· τοσοῦτω δὴ ἐπιλονεῖ-

κῆσε<sup>b</sup> καθελῖν καὶ ἀτιμάσαι, καὶ μικροῦ δεῖν μηδὲν ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν. Οὔτε γὰρ πνεῦμα<sup>c</sup>, οὔτε πῦρ, εὔτε θλας σῶμα, ἀλλ' οὐδὲ ἀπόματον, οἷον εἶναι τε ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ κινεῖσθαι, ἀλλ' οὐδ' ὅσον ἐπὶ τοῦ σώματος ἀκίνητον, καὶ ὡς εἰπεῖν ἄψυχον. Οἷον γὰρ τότε ἐτόλμησεν, ἢ καὶ ἀπηναγκάσθη, ὡς καὶ τὰς πρωτουργοὺς κινήσεις<sup>d</sup> ἀφελῆσθαι τῆς ψυχῆς, τὸ βουλευσασθαι, τὸ διανοηθῆναι, τὸ προσδοκῆσαι, τὸ μνημονεῦσαι, τὸ λογίσασθαι; Οὐ γὰρ ψυχῆς ταῦτά ἐστι τὰ κινήματα, ὃ τῆς φύσεώς φησι γραμματεῦς. Πάνυ γοῦν οὗτός ἐστι πιστός, ὡς συνῆκε τι περὶ τῶν ἐκτός, ὃ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς τοσοῦτον διημαρτηκῶς, ὡς μὴδ' ὅτι διανοεῖται παρακολουθεῖν. Οὐ γὰρ ἡ ψυχὴ, φησί, ἀλλ' ὁ ἀνθρωπὸς ἔστιν ὃ τούτων ἕκαστον ἐνεργῶν, ἢ ψυχῇ δὲ ἀκίνητος. Τοῦτω τοιγαροῦν ἐπόμενος Δικαίπυρος<sup>e</sup>, καὶ κατ' ἀκόλουθον ἱκανὸς ἂν θεωρεῖν, ἀνήρηκε τὴν ἄληθιν ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς. Ὅτι μὲν γὰρ ἀόρατόν τι καὶ ἀφανές ἔστιν ἡ ψυχὴ, δῆλον· ὥστε οὐκ ἂν διὰ γε τὴν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐνέργειαν δοίμεν εἶναι ψυχὴν. Αἱ δὲ κινήσεις αὐτῆς ἀφανοῦς οὐσης, ἀναγκάζειν ἡμᾶς δοκοῦσιν εἶναι τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖν. Ταῦτα γὰρ ἅπας τις συνιέναι δοκεῖ τῆς ψυχῆς ὄντα, τὸ βουλευσασθαι καὶ σκοπεῖσθαι καὶ καθ' ὃν δῆποτε τρόπον διανοεῖσθαι. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν τὸ σῶμα, καὶ τὰς τούτου δυνάμεις, καὶ ἐνθυμηθῶμεν δὲ τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ὡς οὐ σώματος

in rerum natura pro animorum administratione præclare ordinantur. Animus enim omnis, inquit, omnis inanimati curam agit : idemque totum caelum lustrat, sp̄ciem in aliis aliam atque aliam induens. Enimvero quidquid scientiæ ac sapientiæ proprium est, id totum cum animi immortalitate Plato connexit. Omnis enim doctrinæ perceptio recordatio quædam est : neque aliter rerum investigationem et perceptionem, ex quibus scientia nascitur, servari posse arbitratur. Quodsi animus non est immortalis, ne recordatio quidem ulla est ; qua sublata, ne disciplina quidem ulla supererit. Quum igitur dogmata Platonis universa ex animi divinitate et immortalitate omnino apta ac suspensa sint, qui hoc decretum rejiciat, is omnem Platonis philosophiam funditus overtat necesse est. Quis ergo primus omnium Platonis demonstrationibus repugnare aggressus est, atque animum simul immortalitate ac facultate omni privare. Quis autem alius nisi Aristoteles? Nam ex ceteris quidam eum stabilem permanere concedunt : nonnulli, si nimis hoc probant, vim certe aliquam et motionem in corpore cum propriis quibusdam actionibus animo relinquunt. Aristoteles autem, quo magnificentius animum Plato celebraverat, quum illum et ortus principium et dei alunum et rerum omnium præsidem appellaret : eo magis contendit, ut eum abjiceret atque æspnaretur, imo vero nihil propemodum esse ostenderet. Quippe neque spiritum illum esse, neque ignem, neque omnino corpus, imo nec etiam incorporeum, sic quidem ut ipse sit

ac per se moveatur : quod ipsum nec ei concedit, ut est in corpore, prorsus ut immobilis ille sit atque ut ita dicam inanimus. Cujusmodi videlicet hoc est vitium, ut primarios etiam motus animo vel audeat vel cogatur adimere, deliberationem, cogitationem, exspectionem, recordationem, ratiocinationem. Neque enim animi hæ sunt commotiones, inquit iste naturæ auctor. Admodum certe dignus hic est, quem de rebus externis aliquid percepisse credamus, qui tantum ab animo ipse suo aberravit, ut ne propriam quidem ejus esse cogitationem intelligere potuerit. Non enim animus, inquit, sed homo potius efficit hæc omnia : animus vero manet immobilis. Itaque hunc secutus postea Dicaearchus, id quod ex ea doctrina consequens erat optime quum videret, totam animi naturam funditus sustulit. Namque illud constat, animum rem neque aspectabilem neque conspicuam esse : quo fit, ut saltem propter nullam sensuum efficientiam, animum esse dare debeamus. At vero latentis animi motiones cogere nos videntur, ut aliquid ipsum esse confiteamur. Nemo enim fere est, quin hæc animi propria esse intelligat, deliberare, considerare et quocunque modo cogitare. Nam quando corpus et corporis facultates videmus, simulque tales actus corporis esse non posse reputamus : aliud quippiam, quod per se deliberet, in nobis esse, atque illud ipsum animum esse concedimus. Unde enim, si non inde, aliquid unquam de animo credidimus? Si quis igitur ista, quibus maxime proditur animus, ei eripiens alii cuidam rei tri-

οὔσας, δίδομεν εἶναι τι ἐκ ἡμῶν ἕτερον τὸ βουλευόμενον· τοῦτο δὲ εἶναι τὴν ψυχὴν. Ἐπεὶ πόθεν ἀλλαχθὲν ἐπισταύσαμεν ὑπὲρ ψυχῆς; Ἄν οὖν τις ἐξ ὧν μάλιστα ψυχὴ φαίνεται, ταῦτα ἀφαλόμενος ἑτέρω τινὶ προσάψῃ πράγματι, οὐτε θθεν οὐσα ἐμφαίνεται καταλείπειν, οὔτε θ, τι χρήσιμος ἂν εἶναι δοκοίη. Τίς οὖν ἡ βοήθεια τῷ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι θέλοντι, παρὰ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀποκτινύντος; Τίς δὲ ἡ διδασκαλία τοῦ τρόπου τῆς κινήσεως, καθ' ἣν αὐτοκίνητον αὐτὴν φάμεν, παρὰ τῶν μηδὲ τὸ παράπαν αὐτῇ κινήσειν νεμόντων; Ναί. Ἀλλὰ κατὰ γε τὴν ἀθανασίαν τοῦ νοῦ, φῆσαι τις ἂν αὐτὸν κοινωνεῖν Πλάτωνι. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πᾶσαν βούλεται τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι, τὸν γε νοῦν ἠμολογεῖ θεῖόν τε καὶ ἀφθαρτον εἶναι. Τίς μὲν οὖν τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, θθεν ὧν, καὶ πόθεν ἐπεισκρινόμενος τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ποῦ πάλιν ἀπαλλαττόμενος, αὐτὸς ἂν εἰδείη· εἴγε τι συνήσιν ὧν λέγει περὶ τοῦ νοῦ, καὶ μὴ τὸ ἀπορον τοῦ πράγματος τῷ ἀσαφεῖ τοῦ λόγου περιστελλῶν, ἐξίσταται τὸν ἐλεγχῶν, ὥσπερ αἱ σπηλαὶ τὸ δυσθήρευτον ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ ποριζόμενος. Πάντως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαφέρεται Πλάτωνι. Ὁ μὲν γὰρ φησι νοῦν ἄνευ ψυχῆς ἀδύνατον εἶναι συνίστασθαι· ὁ δὲ χωρίζει τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν. Καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας ὁ μὲν μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτῷ δίδωσιν, ὡς ἄλλως οὐκ ἐνδεχόμενον· ὁ δὲ φησιν, αὐτῷ μόνῳ χωριζομένῳ τῆς ψυχῆς τοῦτο περιγίνεσθαι. Καὶ τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος οὐκ ἤξιωσεν ἐκθάνειν, ὅτι Πλάτωνι τοῦτο ἤρσα· τὸν δὲ νοῦν ἀποβῆγγουσθαι τῆς ψυχῆς ἠνάγκασαν, ὅτι ἀδύνατον εἶναι Πλάτων τοῦ τοιοῦτο. Ταῦτα μὲν ὁ Ἄττικός.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV, cap. IX, τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς περὶ ἀθανασίας ψυχῆς διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, καὶ τοῖς Ἑβραίων λόγοις. Pauca hic notabimus\*: πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις, ἀναμνήσεις] Vide Platonem in Phædone p. 74, A et p. 75. C; item Phædr. p. 249. B. C. et Mænon p. 82 B. — <sup>b</sup> τοσοῦτω δὲ ἐφιλονείκησε] scripsi e Vigeri conjectura; codd. τὸ σῶμα δὲ ἐφιλονείκησε. — <sup>c</sup> οὔτε γὰρ πνεῦμα] lege Aristote-

lem lib. I, de anima cap. 2 seqq. — <sup>d</sup> πρωτουργὸς κινήσεις] Plato de legg. lib. X, pag. 897 ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλατταν ταῖς αὐτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματά ἐστι βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμαλίσθαι, βουλεύεσθαι, δεξάζειν ὀρθῶς, ἐψευσμῆνως, χαίρουσαν, λυπομένην, θαρβόουσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν καὶ πάσαις ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις τὰς δευτεροουργοὺς αὐ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων ἄγουσι πάντα εἰς αὐξήσιν καὶ φθίσιν καὶ διάκρισιν καὶ σύγκρισιν κτλ. Aliter judicat Aristoteles de anim. lib. I, cap. 4 p. 408. B. ed. Bekker. τὸ δὲ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν ὅμοιον κἂν εἴ τι λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν ἢ οἰκοδομεῖν· βέλτιον γὰρ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν ἢ μαυθάνειν ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. Idem tamen de anim. lib. III, cap. 4 pag. 429. A. ed. Bekker. ait: ὁ ἀρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἢ ψυχῇ). — <sup>e</sup> Δικαίτηρος] Cicero Tuscul. I, 10 Dicæarchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam, Plithiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustra que et animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum, nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis æquabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quæ nulla sit, nec sit quidquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat et sentiat. Idem lib. I, 31 acerrime autem deliciæ meæ, Dicæarchus, contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur; in quibus vult efficere, animos

et injudicata esse queant? aut quomodo ita nos geramus, ut nemini assentiamur, neque quidquam opinemur? At vero si nihil prosunt istæ disputationes, cur molesti nobis sunt? aut quamobrem Timon ait :

*Cum Pyrrhone hominum possit contendere nemo.*

Nec enim causæ quidquam fuerit, cur Pyrrhonem potius admiremur, quam aut Corybum illum aut Melitidem, qui stultitia videntur inclaruisse. Sed illud quoque, quod dicam, considerandum est. Nam qui talis sit, qualis ille, quæso, civis, aut judex, aut consiliarius, aut amicus, aut denique homo futurus est? vel quæ facinora non audebit qui nihil vere honestum aut turpe, qui justum esse nihil aut injustum opinabitur? Neque enim quisquam affirmaverit, istud hominum genus legum auctoritatem et pœnas extimescere. Quomodo enim in eos metus cadat, qui se ab omni animi perturbatione vacuos et intrepidos prædicant? Nam de Pyrrhone quidem hæc canit Timon :

*sed qualem ego vidi modestum indomitumque omnibus iis quibus domantur, simul tacendis et dicentibus hominum nationes agitate ultro citroque [dis, commotionibus, gloria et temere scriptis legibus.*

Quum autem præclarum illud sapientiæ præceptum dant, debere unumquemque nostrum naturæ et moribus convenienter viventem nemini astipulari, stultissime faciunt. Nam ut cæteris omnibus non credatur, huic tamen necesse

ταθέσθαι, καὶ ὑπολαβεῖν ὅπως ἔχει αὐτό. Τί δὲ μᾶλλον τῇ φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι δεῖ κατακολουθεῖν, ἢ οὐ δεῖ, μὴ εἰδότας γε δὴ μὴδὲν, μὴδὲ ἔχοντάς τι δὴ κρινούμεν; Ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ παντάπασιν ἐστὶν ἰλίθιον, ἔπειδὰν λέγωσιν, ὅτι καθάπερ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα συνεκκρίνει μετὰ τῶν περιττωμάτων καὶ ἑαυτά, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πάντα ἀξίων εἶναι λόγος ἀδηλα, μετὰ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖ καὶ ἑαυτόν. Εἰ γὰρ αὐτὸς αὐτὸν ἐλέγχει, ληροῖεν ἂν οἱ χρώμενοι τούτῳ. Βέλτιον οὖν ἡσυχίαν ἀγειν αὐτούς, καὶ μὴδὲ τὸ στόμα διαίρειν. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅμοιον ἔχει τι τὸ καθαρτικὸν φάρμακον, καὶ ὁ τούτων λόγος. Τὸ μὲν γὰρ φάρμακον ἐκκρίνεται, κὰν τοῖς σώμασιν οὐχ ὑπομένει τὸν μέντοι λόγον ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑπάρχειν δεῖ τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ πιστευόμενον αἰεὶ. Μόνος γὰρ οὗτος εἶη ἂν ὁ ποιῶν ἀσυγκαταθέτους. Ὅτι δ' οὐκ οἴονται τὸν ἄνθρωπον ἀδόξατον εἶναι, καὶ ὠδὴ καταμάθοι τις ἄν. Ἀδύνατον γὰρ τὸν αἰθανόμενον μὴ αἰσθάνεσθαι. Τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι γνωρίζει τι ἦν. Ὅτι δὲ καὶ πιστεύει τῇ αἰσθήσει, πᾶσι φανερόν. Ἀκριβέστερον γὰρ θέλων ἰδεῖν ἀπέψησε τὴν ὀφθαλμῶν, καὶ προσῆλθεν ἐγγύτερον, καὶ ἐπιλλίσσατο. Καὶ μὴν ἠδόμενοι γε καὶ ποιοῦντες ἴσμεν. Οὐδὲ γὰρ οἷον τε τὸν καιόμενον ἢ τεμνόμενον ἀγνοεῖν. Τὰς δὲ δὴ μνήμας καὶ ἀναμνήσεις τίς οὐκ ἂν φαίη μεθ' ὑπολήψεως γίνεσθαι; Περὶ μὲν γὰρ τῶν κοινῶν ἐνομιῶν, ὅτι τὸ τοιοῦτον ἀνθρωπὸς ἐστίν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν, τί λέγοι τις ἄν; Οὐδὲν γὰρ ἂν ἦν τού-

των, εἰ μὴ πεφύκειμεν ὑπολαμβάνειν. Ἄλλ' ἔγωγε εἶδὼ τᾶλλα. Τοῖς μέντοι λεγόμενοις ὑπὸ τούτων ἕαν τε πιστεύωμεν, ἕαν τε ἀπιστώμεν, ἀναγκαίως ἔχει δεξιᾶζειν πάντη τε καὶ πάντως. Ὅτι μὲν οὖν ἀμήχανόν ἐστι φιλοσοφεῖν τὸν τρόπον τούτον, φανερόν. Ὅτι δὲ καὶ παρὰ φύσιν, καὶ παρὰ τοὺς νόμους, ὠδὴ κατιδίμεν ἄν. Ἐμὲν γὰρ τῷ ὄντι τὰ πράγματα τοιαῦτα εἶη, τί λοιπὸν ἄλλ' ἢ καθάπερ ἐν ὕπνῳ, ζῆν ἡμᾶς εἰκῆ καὶ ἐμπλήκτως; Ὅστε φλυαροῖεν ἂν οἱ νομοθέται, καὶ στρατηγοί, καὶ οἱ παιδεύοντες. Ἄλλ' ἔμοιγε δοκοῦσιν ἢ μὲν ἄλλοι πάντες ἀνθρώποι ζῆν κατὰ φύσιν, μόνοι μέντοι τετυφῶσθαι, μᾶλλον δὲ μεμηνέναι μανίαν ἐβρωμένην οἱ ταῦτα ληροῦντες. Οὐχ ἥμισυ μέντοι τούτο καταμάθοι τις ἂν κλέϊθεν. Ἀντίγονος γὰρ ὁ Κερύστιος κατὰ τοὺς αὐτοὺς γενομένους χρόνους, καὶ ἀναγράφας αὐτῶν τὸν βίον, φησὶ τὸν Πύρρωνα διωκόμενον ὑπὸ κυνῶν, ἀναφυγεῖν ἐπὶ τι δένδρον· σκωπετόμενον δὲ ὑπὸ τῶν παρόντων, εἰπὲν ὡς γαλεπὸν εἶη τὸν ἄνθρωπον ἐκδύναι. Φιλίστος δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ θυοῦσης, ἔπειτα τῶν φίλων τινὸς ὑποσχομένου τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, καὶ μὴ παρασχομένου τοῦ μέντοι Πύρρωνος πριαμένου καὶ ἀγανακτοῦντος, ἐπειδήπερ ὁ φίλος ἔλεγεν, ὡς οὐ ποιήσαιτο σύμφωνα τοῖς λόγοις, οὐδ' ἀξία τῆς ἀπαθείας· εἰπὲν αὐτόν, ἐν γούν γυναικὶ οὐ δεῖ τὴν ἀποδείξειν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Καίτοι δικαίως ἂν εἶπεν ὁ φίλος, ὅτι ματαία καὶ ἐν γυναικί, καὶ κυνί, καὶ πᾶσιν. Εἰ δὲ σοι τῶν λόγων τούτων ἐστὶν ὄφελος, ὀρθῶς γ' ἔχει μαθεῖν, καὶ τίνες οἱ ζή-

sario saltem fides habenda sit, planeque statuendum ita rem se habere. Sed enim cur naturam et mores sequi nos potius oporteat, quam ab iis discedere, qui nec sciamus omnino quidquam, nec quidquam habeamus, quo res iudicemus? Illud enim hominis admodum stulti est, quod addunt, quemadmodum in medicamentis purgativa simul cum excrementis excernuntur, sic etiam rationem, quæ omnia incerta esse efficiat, æque ac reliqua tolli. Nam si se ipsa redarguat, ineptiant qui ea utuntur. Quiescant igitur isti, ac ne hiscant quidem. Neque vero purgativo medicamento quidquam simile istorum ratio habet. Quippe medicamentum ita excernitur, ut in corpore minime resideat: at hæc ratio eadem maneat hæreatque in animo fidesque ei semper adjungatur necesse est. Sola enim aliis nos assentiri prohibeat. Sed ab illis homines hauriquaquam pro nihil opinantibus haberi, vei ex hoc intelligas. Qui sentit, idem ut non sentiat fieri nullo modo potest: sentire autem cognoscere est. At homines sensui fidem adjungere nemo non videt. Nam ut diligentius aliquid considerare possint, cum abstergere oculos, tum etiam propius accedere ac subinde nictando considerare solent. Quin etiam ipsi nostrum tam lætitiæ quam doloris sensum novimus. Neque enim fieri potest, ut quis nesciens uratur aut secetur. Memoriam similiter ac recordationem quis non cum exi-

stimatione conjunctam esse dixerit? Quid de comamibus animi notionibus, quæ ejusmodi hominem esse clamant, præterea quid de litteris et artibus dicitur? Horum enim nihil exstaret, nisi ad existimandum nati et apti essemus. At mitto cætera, dum hoc unum constet, fidem ut illorum verbis sive adjungamus, sive derogemus, opinandi facultatem omnino et utique nobis esse relinquendam. Nullam igitur hujusmodi philosophandi rationem esse posse apparet. Quæ quantoper etiam naturæ et legibus repugnet, nunc videamus. Nam si vere ita se res habeant, quid aliud superest, nisi ut sic tanquam in somno temere stolidæque vivamus? Quantobrem nugentur legumlatores, duces, præceptores. Sed mihi videntur cæteri omnes homines naturæ convenienter vivere, solique philosophi illi qui tam absurda loquantur, desipere vel potius vehementer frerere. Quod ipsum maxime vel ex hoc intelligas. Antigonos enim Carystius, qui iisdem temporibus vixit illorumque vitam scripsit, Pyrrhonem ait, ut insequentem canem effugeret, in arborem aliquando evasisse; deinde vero ab iis qui aderant ea de causa ludibrio habitum, ægre hominem exui respondisse. Præterea quum Philiste ejus soror sacrificium pararet, quendam ex amicis qui res ad illud necessarias pollicitus erat, promissis non stetit. Pyrrhonem igitur eos sumptus facere coactum in-

λώσαντες αὐτὸν ἐγένοντο, καὶ τίνας ἐξήλωσεν αὐτός. Ὁ μὲν οὖν Πύρριον Ἀναξάρχου τινὸς ἐγένετο μαθητής, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἦν ζωγράφος, οὐδ' οὕτως εὐτυχής, ἔπειτα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐντυχῶν, χρηστὸν μὲν οὐδὲν οὔτε εὔρεν, οὔτε ἔγραψε, κακῶς δὲ πάντας εἶπε καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Αὐτὸς δ' ὕστερον τοῦτον τὸν ὕψον περιβαλλόμενος, καὶ καλῶν ἄτυφον ἑαυτὸν, οὐδὲν ἐν γραφῇ κατέλιπεν. Ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις· ἔπειτα δ' ἐντυχῶν αὐτῶ συνέγραψεν ἀργαλέας παρωδίας καὶ βωμολόγους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πρότερο φιλοσοφῆσαντας. Ὀδτος γάρ ἦν ὁ τοὺς σίλλους γράψας καὶ λέγων·<sup>a</sup>

στέλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,  
οἶων ἔκ τ' ἐρίων<sup>o</sup> ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε! P καὶ  
ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσις ἐμπλοῖ· ἄσκοι.

Μηδενὸς δ' ἐπιστραφέντος αὐτῶν, ὡς εἰ μὴδὲ ἐγένοντο τοκαράπαν, ἐχθὲς καὶ πρόην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον Αἰνησιδημὸς τις ἀναζωπυρεῖν ἤρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον. Καὶ σχεδὸν οἱ μὲν κράτιστοι δοκοῦντες εἶναι τῶν τὴν ἠδὸν βεβαδικῶν ταύτην, εἰσὶν οὗτοι. Ὅτι μὲν οὖν τὴν τοιαύτην εἶτε ἀφρασίαν,

εἶτε ἀγωγὴν λόγων, εἶτε ὄπη καὶ ὄπως ἂν ἐθέλη τις<sup>a</sup> καλεῖν αὐτήν, οὐδεὶς ἂν εὐφρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη, ὄηλον. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν ὀνομαζέω αὐτήν, ἀναιροῦσάν γε δὴ τὰς τοῦ φιλοσοφεῖν ἀρχάς. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς κατὰ Πύρριον φιλοσοφεῖν νομιζομένους. Συγγενῆ δ' αὐτοῖς εἶη ἂν καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα πρὸς τοὺς κατὰ Ἀριστιππον τὸν Κυρηναῖον, μόνᾳ λέγοντας εἶναι τὰ πάθη καταληπτά. Σωκράτους δ' ἑταῖρος ὁ Ἀριστιππος ἦν; ὃ τὴν καλουμένην Κυρηναϊκὴν συστησάμενος ἀφρασίαν, ἀφ' ἧς τὰς ἀφορμὰς Ἐπικούρου πρὸς τὴν του τέλους ἐχθεσιν εἴληφεν. Ἦν δ' ὁ Ἀριστιππος ὑγρὸς πάντο τὸν βίον καὶ φιλήδονος· ἀλλ' οὐδὲν μὲν οὕτως ἐν τῷ φανερῷ περὶ τέλους διελέξατο· δυνάμει δὲ τῆς εὐδαιμονίας τὴν ὑπόστασιν ἔλεγεν ἐν ἡδοναῖς κεῖσθαι. Ἄει γὰρ λόγους περὶ ἡδονῆς ποιούμενος, εἰς ἰσοψίαν ἤγε τοὺς προσιόντας αὐτῷ τοῦ λέγειν, τέλος εἶναι τὴν ἡδέως ζῆν. Τούτου γέγονεν ἀκουστῆς Σύναλλος καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀρήτη. Ὅτις γεννήσασα παῖδα ὀνόμασεν Ἀριστιππον, ὃς ὑπαχθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς λόγους φιλοσοφίας, μητροδιδάχτος ἐκλήθη· ὃς καὶ σαφῶς ὤριστο τέλος εἶναι τὴν ἡδέως ζῆν, ἡδονὴν ἐντάττων τὴν κατὰ κίνησιν. Τρεῖς γὰρ ἐρη καταστάσεις εἶναι περὶ τὴν ἡμετέραν σύγκρασιν· μίαν μὲν,

dignari cœpisse, quod ex amico isto audiret, se handquaquam philosophiæ præcepta esse observatum, neque ita victurum, ut omni animi perturbatione caret. Tum Pyrrhonem homini respondisse, hujus rei documentum in mulierculæ causa dari non oportere. Atqui merito amicus ille diceret, in muliere, in cane in reliquis denique omnibus inane totum hoc disputandi genus futurum. Quodsi hæc oratio tibi prodest, haud absurdum erit, tum quos habuerit assectatores, tum quos ipse æmulatus sit, cognoscere. Fuit igitur Pyrrho Anaxarchi cuiusdam discipulus: ac primum quidem picturæ operam dedit, sed vano conatu rem aggressus est, deinde vero posteaquam Democriti libros legisset, nihil aut in iis boni reperit aut ipse conscripsit, sed deos tantum hominesque omnes probris et maledictis vexavit. Idem postea quum hoc fastus genus sibi induisset, ac tamen minime fastosum se appellaret, nihil scriptum reliquit. Ejus disciplina usus est Timon Phliasius, primo in scenis saltare solitus; qui ubi deinde hominem audivit, versus mordaces et scurriles edidit, quibus omnem superiorum philosophorum nationem proscindebat. Fuit enim is illorum auctor, in quibus ita scribit:

duri homines, ignavum genus, ventres solum,  
quibus e libris et suspiriis conflati estis! Et  
homines vanæ opinionis pleni utres.

Quum autem jam nemo eos observaret, quasi omnino nunquam fuissent, heri aut nudius tertius Alexandriæ, Ægypti urbe, exstitit Ænesidemus quidam, qui antiquum illud nugarum genus renovare aggrediretur. Atque

hi fere sunt ex vulgi opinione principes, qui hanc philosophandi viam inierunt. Et hanc talemque vel sectam vel disciplinam, vel utcumque et quomodoocumque eam appellare libet, nominari qui quidem prudens sit, approbaturum esse manifestum est. Ego vero ne philosophiam quidem eam vocandam existimo, quum ipsa philosophiæ principia tollat. Hæc igitur adversus philosophos, qui Pyrrhonis assectatores habentur, dicta sunt. Quibus cognata illa fuerint, quæ opponi solent hominibus ex Aristippi Cyrenæi disciplina profectis, qui solos affectus mente comprehendi posse statuebant. Socratis autem sodalis Aristippus fuit, qui Cyrenaicam sectam instituit, ex qua quidem Epicurus finis illius constituendi occasionem arripuit. Erat enim Aristippus in omni vita mollis admodum et voluptarius; qui etsi nihil unquam ipse palam de fine disseruit, potentia tamen beatitudinis fundamentum in voluptatibus positum esse docuit. Nam quum de voluptate perpetuo loqueretur, præbuit auditoribus suis suspicionem finis in vitæ deliciis collocati. Is Synallum quendam ejusque filiam Areten discipulos habuit. Hæc filium suscepit nomine Aristippum, qui ab ipsa ad philosophiæ studium impulsus, matris discipulus vulgo dicebatur. Hic aperte statuit finem esse suaviter vivere, voluptatibus eam ponens, quæ in aliqua commotione versaretur. Triplicem enim temperationis nostræ conditionem esse censebat: unam qua doleremus, tempestate in mari coortæ persimilem: alteram, qua lætaremur, et placido æquovi similes essemus: placidam enim commotionem esse vo-

καθ' ἢν ἀλοῦμεν, εὐκυΐαν τῷ κατὰ θάλασσαν χειμῶνι· ἐτίραν δέ, καθ' ἢν ἡδόμεθα, τῷ λειψὺ κύματι ἀφομοιούμενοι· εἶναι γὰρ λείαν κίνησιν τὴν ἡδονήν, οὐρίῳ παραβαλλομένην ἀνέμῳ· τὴν δὲ τρίτην μέσην εἶναι κατάστασιν, καθ' ἢν οὔτε ἀλοῦμεν, οὔτε ἡδόμεθα, γαλήνη<sup>τ</sup> παραπλησίαν οὔσαν. Τούτων δὲ καὶ ἔρασκε τῶν παθῶν μόνων ἡμᾶς τὴν αἰσθησιν ἔχειν. Πρὸς οὗς ἀντιλέλαχται ταῦτα.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 18 πρὸς τοὺς κατὰ Πύβωνα σκεπτικούς, ἥτοι ἐρακτικούς ἐπικληθέντας, μηδὲν καταληπτόν εἶναι ἀποφραναμένου. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scriptis: ἂ οὐδ' οὐκ ἔστιν] codd. οὐτ' οὐκ ἔστιν. — <sup>b</sup> εἰ καὶ δοίμεν] libri εἰ καὶ δώμεν. — <sup>c</sup> ἀνάγκη δέ] cum Vigerō; codd. ἀνάγκη τε — <sup>d</sup> ἡδέως ἂν τις ἔροιτο] libri ἡδέως ἂν τις ἔρατο. — <sup>e</sup> διελέγθης] codd. διελέγθης bis. — <sup>f</sup> Τίμων φησὶν] Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, pag. 95. — <sup>g</sup> Κόρυβον] Corythus sive Coræbus (Κόροιβος), Mygdonis filius, a poetis stulti hominis persona sæpe indutus, passim a veteribus memoratur. Vid. Eurip. Rhes. 539; Quint. Smyrn. XIII, 169; Pausan. X, 27, 1; Virg. Æn. II, 341 et ibi Heyn. Excurs. X. Hinc proverbium Κόροιβος ἡλιθιώτερος apud Zenob. IV, 58; Apostol. X, 3; Diogenian. V, 56 et μωρότατος Κόρυβου apud Apostol. XI, 93. — <sup>h</sup> Μελιτίδην] De hoc aliisque hominibus stultis sic Ælianus var. hist. XIII, 1 φασὶ παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταί, τὸ δέρμα ἔχοντα ἀδιακόντιστον, Πολύδωρόν τινα· καὶ ἄλλον Κοκυλίωνα ὄνομα, ὅσπερ τὰ κύματα ἠρθμει ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας. Λόγος δὲ τις καὶ Σανυρίωνα τοιοῦτον γενέσθαι, ὅς ἐν τῇ ληκύθῳ τὴν κλίμακα ἐζήτει. Καὶ Κόροιβον δέ, καὶ Μελιτιάδην καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασὶν. Aristophanes Ran. 990 τέως δ' ἀβελτερώτατοι, κεχρηγνότες Μαμαμάκυθοι, Μελιτίδα καθήντο, ubi legendus est interpres græcus. — <sup>i</sup> Τίμων] vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, pag. 95. — <sup>k</sup> ἀλλ' οἶον] cum Vigerō; membranæ ἀλλοῖον. — <sup>l</sup> ἡδ'

ἀδάμαστον] e Vigeri conjectura; codd. ἡ ἀδάμαστον. — <sup>m</sup> οὐδὲν γὰρ ἂν ἦν] libri οὐδὲν γὰρ ἦν. — <sup>n</sup> Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, pag. 85 — <sup>o</sup> οἶον ἔκ τ' ἐρίδων] cod. τοῖον apud Eusebium et ποῖον apud Theodoretum de curandis gentium morbis serm. 2 tom. IV, p. 489. — <sup>p</sup> ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε] cum Eusebio; Theodoretus καὶ λασχομάχων πεπλάνησθε. — <sup>q</sup> ὅπως ἂν ἐθέλη τις] codd. ὅπως ἐθέλη τις. — <sup>r</sup> γαλήνη] libri γαληνῆ. —)

4. Ἐξῆς δ' ἂν εἶεν οἱ λέγοντες μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Τοῦτο δ' εἶπον ἐνίοι τῶν ἐκ τῆς Κυρήνης. Οὗτοι δ' ἤξιον, ὅσπερ ὑπὸ κάρου κωλύμενοι τινας, οὐδὲν εἶναι τὸ παράπαν, εἰ μὴ τις παραστὰς αὐτοὺς παῖοι καὶ κεντῶη. Καϊόμενοι γὰρ ἐλεγον καὶ τεμνόμενοι γνωρίζειν, ὅτι πάσχοιεν τι· πότερον δὲ τὸ καῖον εἴη πῦρ, ἢ τὸ τέμνον σίδηρος, οὐκ ἔχουν εἰπεῖν. Τοὺς δὲ ταῦτα λέγοντας εὐθὺς ἔροιτό τις ἂν, εἰ δὴ τοῦτο γοῦν ἴσασιν αὐτοί, διότι πάσχοσι τι καὶ αἰσθάνονται. Μὴ εἰδότες μὲν γὰρ οὐδ' εἰπεῖν δυνηθεῖεν ἂν ὅτι μόνον ἴσασι τὸ πάθος. Εἰ δ' αὖ γνωρίζουσι, οὐκ ἂν εἴη μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Τὸ γὰρ, ἐγὼ καίλομαι, λόγος ἦν καὶ οὐ πάθος. Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη γε τρία ταῦτα συνυφιστασθαι, τὸ τε πάθος αὐτὸ, καὶ τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. Ὅ τίνων ἀντιλαμβανόμενος τοῦ πάθους πάντως αἰσθάνοιτ' ἂν. Οὐ γὰρ δὴ ὅτι μὲν, εἰ τύχοι, θερμαίνεται γνωριεῖ, πότερον δ' αὐτὸς ἢ ὁ γείτων, ἀγνοήσει· καὶ νῦν ἢ πέρυσσι καὶ Ἀθήνησιν ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ζῶν ἢ τεθνεώς, ἔτι δὲ ἀνθρώπος ὢν ἢ λίθος. Οὐκοῦν εἴσεται καὶ ὑφ' οὗ πάσχει. Καὶ γὰρ ἀλλήλους γνωρίζουσι, καὶ ἐδούς, καὶ πόλεις, καὶ τὴν τροφήν. Οἱ δ' αὖ τεχνίται τὰ ἐργαλεῖα τὰ αὐτῶν οἶδασι. Καὶ οἱ ἰατροὶ καὶ ναυτικοὶ σημειοῦνται τὰ μέλλοντα. Καὶ τῶν θηρίων οἱ κύνες εὐρίσκουσι τοὺς στίβους. Ἐτι γε μὴν ὁ πάσχων τι, πάντως ἢ ὡς οἰκίου τινός, ἢ ὡς ἀλλοτρίου πάθους ἀντιλαμβάνεται. Πόθεν οὖν ἔξει λέγειν, ὅτι τοῦτο μὲν ἔστιν ἡδονή, τοῦτο δὲ πόνος; ἢ ὅτι γενόμενος ἢ δρῶν ἢ ἀκούων πάσχοι τι; καὶ τῇ μὲν γλώσση γεσόμενος, τοῖς δ' ὀμμασιν δρῶν, τοῖς δ' ὠσὶν ἀκούων

luptatem, secundi venti simillimam. Tertiam denique mediam esse conditionem, qua nec doleremus, nec lactaremur, malacia et tranquillitati comparandam. Horum ille duntaxat animi motuum sensum aliquem nobis in eas docebat. Sed illis hæc adversantur.

4. Deinceps, inquit, eos videamus, qui solos affectus mente comprehendi posse defendunt. Dixerunt hoc quidam ex iis qui Cyrenaicorum sectam professi sunt. Hi sic tanquam somno oppressi omnino nihil esse existimabant, nisi quis propius accedens ipsos feriret aut foderet. Quippe si urerentur ac secarentur, pati se aliquid, sibi liquere, atrum vero ignis esset illud quod ureret, an ferrum quod secaret, id se incomperturn habere affirmabant. Ex hoc hominum genere statim quæramus, num id saltem probe

sciant, pati se ac sentire aliquid. Hoc illi si nesciant, ne contendere quidem possint, se solos affectus nosse. Sin autem hoc intelligant, non soli affectus mente comprehendi possint. Nam illud *uror loquentis est*, non patientis. Enimvero simul hæc tria subsistere necesse est, primum mala ipsa, deinde id quod ea affert, denique id quod iis premitur. Porro qui malum sustineat, is utique sentiat oportet. Nec enim profecto caleferi se, si forte caleseat, intelliget; idem tamen, ipse an vicinus calefiat, ignorabit: adeoque nunc an superiore anno, Athenis an in Ægypto, vivasne an mortuus, homonie an lapis. Quære simul etiam noverit, a quo fiat. Etenim homines cum se invicem, tum vias etiam, urbes ciboque norunt. Sua porro artificibus

ἢ πῶς ἴσασιν, ὅτι τοῦ μὲν ἀφραδίᾳ χρῆν, τοῦ δὲ φεύγειν; Εἰ δὲ μηδὲν τούτων γινώσκουσιν, οὐκ ἔξουσιν ὁρμήν, οὐδ' ὄρεξιν· οὕτω δ' οὐδ' ἂν ζῶα εἴεν. Γαλοῖοι γάρ εἰσιν, ὅποτε λέγοιεν, ὅτι ταῦτα μὲν αὐτοῖς συμβέβηκεν, οὐ μὴν ἴσασί γε πῶς καὶ τίνα τρόπον. Οὗτοι γάρ οὐδ' εἰ ἄνθρωποι πεφύκασιν, οὐδ' εἰ ζῶσιν, ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν οὐκοῦν οὐδ' εἰ λέγουσι τι καὶ ἀποφαινόνται. Πρὸς ἣν τοὺς τοιοῦτους τίς ἂν εἴη λόγος; θαυμασάσκει μὲν τις ἄν, εἰ ἀγνοοῦσι πότερον ἐπὶ τῆς γῆς εἰσιν, ἢ ἐν τῷ οὐρανῷ· πολλῶν δὲ θαυμασιώτερον, εἰ οὐκ οἴδασι, καὶ ταῦτα φάσκοντες φιλοσοφεῖν, ἄρα γε τὰ τέτταρα πλείονά ἐστιν ἢ τὰ τρία· καὶ τὸ ἐν καὶ τὰ δύο, πῶσα ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ ὁπόσους ἔχουσιν ἐπὶ τῶν χειρῶν δακτύλους οὗτοι γε δύνανται εἰπεῖν, οὐδὲ πότερον ἕκαστος αὐτῶν εἷς ἐστίν, ἢ πλείους. Ὡστε οὐδὲ τοῦνομα τὸ ἴδιον εἰδέναι ἄν, ἢ οὐδὲ τὴν πατρίδα καὶ τὸν Ἄριστιππον. Οὐκοῦν οὐδὲ τίνας φιλοῦσιν ἢ μισοῦσιν, οὐδὲ τίνων ἐπιθυμοῦσιν· οὐδ' εἰ γελάσαιεν ἢ δακρῦσαιεν, ἔξουσιν εἰπεῖν, οὐδ' ὅτι τὸ μὲν εἴη γαλοῖον, τὸ δὲ λυπηρόν. Δῆλον οὖν ὡς οὐδὲ τί νυνὶ λέγομεν ἡμεῖς, συνίσασιν. Οὐδὲν οὖν οἷ γε τοιοῦτοι διαφέροιεν ἂν ἐμπέδων ἢ μυῶν, καίτοι κάκεινα γνωρίζει τὰ κατὰ φύσιν. Πρὸς δὲ τοὺς οὕτω διακαίμενους, εἰ καὶ μυρία λέγειν ἐνεστιν, ἀλλ' ἀρκεῖ γε καὶ ταῦτα. Ἐπειτα τοῦτοις οὖν, συνεξετάσαι καὶ τοὺς τὴν ἐναντίας βαδίζοντας, καὶ πάντα χρῆναι πιστεύειν ταῖς τοῦ

σώματος αἰσθήσεσιν ὀρισαμένους, ὧν εἶναι Μητρόδωρον τὸν Χίον καὶ Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην. Τὸν μὲν οὖν Μητρόδωρον Δημοκρίτου ἔφασαν ἀκηκοέναι· ἀρχὰς δὲ ἀποφῆνασθαι τὸ πλήρες καὶ τὸ κενόν· ὧν τὸ μὲν ἐν, τὸ δὲ μὴ ἐν εἶναι. Γράφων γέ τοι περὶ φύσεως εἰσβολῇ ἐχρήσατο τοιαύτη· οὐδεὶς ἡμῶν οὐδὲν οἶδεν, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο πότερον οἶδαμεν, ἢ οὐκ οἶδαμεν. Ἦτις εἰσβολῇ κακὰς ἔδωκεν ἀφορμὰς τῷ μετὰ ταῦτα γενομένῳ Πύρρῳ. Προβάς δὲ φησιν, ὅτι πάντα ἐστίν, ὅ ἄν τις νοήσαι. Τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγος ἔχει κακῶς καλεῖσθαι θεῶν. Γράφων γέ τοι καὶ αὐτὸς περὶ θεῶν εἰσβολῇ τοιαύτη ἐχρήσατο·<sup>b</sup> περὶ μὲν οὖν θεῶν οὐκ οἶδα οὐδ' ὡς εἰσίν, οὐδ' ὅποιοί τινες εἰδέναι. Πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με ἕκαστον τούτων εἰδέναι. Τοῦτον Ἀθηναῖοι φυγῇ ζημώσαντες, τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίᾳ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορῇ κατέκαυσαν. Ἐπει οὖν οἶδα μόναις δεῖν ἔφασαν ταῖς αἰσθήσεσιν πιστεύειν, τὰς πρὸς αὐτοὺς ἀντιβῆρῆσαι θεασάμεθα.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 19. πρὸς τοὺς κατ' Ἀριστιππον φιλοσόφους, μόνον λέγοντας τὰ πάθη εἶναι καταληπτά, τὰ δὲ λοιπὰ ἀκατάληπτα. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : <sup>a</sup> εἰδέναι ἄν ] codd. εἰδεῖν ἄν. — <sup>b</sup> περὶ μὲν οὖν θεῶν οὐκ οἶδα οὐδ' ὡς εἰσίν, οὐδ' ὅποιοί τινες εἰδέναι ] cum codd.; idem lib. XIV, cap. 3 ita scribit : ὁ μὲν γὰρ Δημοκρίτου γε

nota sunt instrumenta. Quid? quod medici et nautici futura præsentiant. Inno e hostiis etiam canes tritas vias reperiunt. Quin etiam qui aliquid patiuntur, is omnino quasi proprium aut tanquam alienum malum sustineat necesse est. Qui ergo dicere poterit, voluptatem unam esse rem, alteram laborem? aut sese gustu aut visu aut auditu aliquid pati? et gustare se lingua, videre oculis, auribus audire? aut qui tandem alterum expectandum, alterum fugiendum esse sciunt? Quorum si nihil ipsi norunt, ne impetum quidem ullum aut appetitum habent, et ideoque ne animalia quidem sunt. Nam risum movent, quum ajunt, ea quidem sibi evenisse, qui tamen vel quomodoquidem evenerint, se nescire. Ili enim nec num homines sint, nec num vivunt, declarare quæant; ideoque nec num aliquid loquantur ac statuant. Cum hoc igitur hominum genere quod commercium habere possimus? Et quidem mirabimur, eos in cælonè an in terra versentur, ignorare: et longe mirabilius est, quum philosophari se profiteantur, eos tamen non intelligere, sintne quatuor plura quam tria: et unum ac duo, quot sint. Nam quot in manibus digitos habeant, aut sintne horum quilibet unus an plures, definire nequeant. Quamobrem ne nomen quidem ipsi suum noverint, nec patriam, nec Aristippum. Ergo quos vel ament, vel oderint, vel concupiscant: porro rideant an lacrimentur, pronuntiare non queant: ideoque ne dicere quidem, hoc jucundum esse, illud molestum.

Liquet igitur ipsos, quid nunc nos dicamus, ne intelligere quidem. Quocirca inter tales homines atque inter culices aut muscas omnino nihil interest, tametsi bestiolæ istæ res naturæ suæ congruentes norunt. Verum hæc e sexcentis quæ urgeri possint, adversus homines sic animatos dicta sufficiant. Sequitur, ut eorum etiam, qui contrariam inierunt viam, atque in omnibus rebus fidem sensibus adjungendam esse censent, sententiam exploremus. Horum e numero sunt Metrodorus Chius et Protagoras Abderites. Et Metrodorus quidem, ut ajunt, Democriti auditor fuit, ac principia duo, plenum et vacuum posuit; e quibus alterum ens, alterum non ens esse affirmabat. Is de natura scripturus tali usus est disputationis proœmio: nemo nostrum quidquam scit, ne hoc ipsum quidem, sciamusne aliquid, an nihil sciamus. Hoc proœmium pessimum locum Pyrrhonis, qui postea vivebat, dubitationi fecit. At idem ulterius progressus, id esse omnia statuit, quod quisque intelligat. Cæterum quod ad Protagoram attinet, athenam illum dictum esse tradunt. Quippe quum et ipse de diis scriberet, sic sermonem orsus est: de diis neque ut sint, neque qualein speciem habeant, scio. Sunt enim multa, quæ me singula horum scire prohibeant. Hujus jam exsilio multati libros Athenienses publice medio in foro combusserunt. Sed quoniam solis isti sensibus credendum esse dixerunt, quibus refellantur argumentis, videamus.

γονώς ἐταίρος ὁ Πρωταγόρας ἄθρον ἐκτῆσατο δόξαν. Λέγεται γοῦν τοιαῦτα κεχρησθαι εἰσβολῇ ἐν τῷ περὶ θεῶν συγγράμματι· περὶ μὲν θεῶν οὐκ οἶδα οὐθ' ὡς εἰσίν, οὐθ' ὡς οὐκ εἰσίν, οὐθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν. Quamohrem hic locus ex altero corrigi poterit. Neque tamen quidquam mutandum esse censui, praesertim quum scriptores alii aliter haec Protagoræ verba referant, velut Sextus Empiricus adv. Math. IX, 57 ὁ δὲ Πρωταγόρας ῥητῶς που γράψας περὶ θεῶν οὐτ' εἰ εἰσίν, οὐθ' ὁποῖοί τινες εἰσι, δύναμαι λέγειν· πολλά γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Theophilus ad Autol. lib. III, cap. 7 καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης λέγων· εἴτε γὰρ εἰσὶ θεοὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν, οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι· πολλά γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Vid. Philos. Græc. Fragm. vol. II, p. 130 sq.)

5. Γεγόνασι δὲ τινες, οἱ ἀξιοῦντες τῇ αἰσθήσει καὶ ταῖς φαντασίαις μόναις δεῖν πιστεύειν. Ἐνιοὶ δὲ φασὶ καὶ τὸν Ὅμηρον αἰνίττεσθαι τὸ τοιοῦτο, πάντων ἀποφαίνοντα τὸν Ἄλκιον ἀρχὴν, ὡς ἐν βύσει τῶν πραγμάτων ὄντων. Καὶ μὴν καὶ Μητρόδωρος ὁ Χίος τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγει. Οὐ μὴν ἀλλ' ἀντικρὺς γε Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης. Οὗτος γὰρ ἔφη μέτρον εἶναι πάντων χρημάτων τὸν ἀνθρώπων· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δ' οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν. Ὅποια γὰρ ἐκάστῳ φαίνεται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων μηδὲν ἡμᾶς δύνασθαι διευχυρίσασθαι. Πρὸς δὲ τούτους εἶποι τις ἄν, ἃ καὶ ὁ Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· πρῶτον μὲν, τί δήποτε τοιούτων γε δὴ τῶν πραγμάτων ὄντων, ἠξίωσαν εἶναι μέτρον τῆς ἀληθείας τὸν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ συνῆκαν τὸ κεφάλαιον; ἔπειτα δὲ πῶς ἔλεγον εἶναι σοφοὺς ἑαυτούς,

εἰ δὴ πᾶς τις αὐτὸς ἑαυτῷ μέτρον ἐστὶ τῆς ἀληθείας; ἢ πῶς ἐλέγχουσι τοὺς ἄλλους, εἴπερ ἐκάστῳ τὸ φαινόμενον ἀληθές ἐστιν; ἀγνοοῦμέν τέ τινα, καίτοι πολλάκις αἰσθανόμενοι, καθάπερ ἐπειδὴν τῶν βαρβάρων ἀκούομεν; Ὁ γε μὴν θεασάμενος δτιοῦν, εἴτα μεμνημένος, οἶδε μὲν, αἰσθάνεται δ' οὐκέτι. Καὶ εἰ θατέρῳ μὲν ὀφθαλμῶ μύσαι, θατέρῳ δ' ὀσφῆ, δῆλον δτι ταῦτό εἴσεται καὶ οὐκ εἴσεται. Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ τὸ φαινόμενον ἐκάστῳ καὶ ἀληθές ἐστιν, ἡμῖν δὲ οὐ φαίνεται τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα ἀληθῆ, καὶ τὸ μὴ εἶναι πάντων πραγμάτων μέτρον τὸν ἀνθρώπων ἀληθές ἂν εἴη. Καὶ μὴν οἱ γε τεχνῖται τῶν ἀτέχνων διαφέρουσι, καὶ οἱ ἐμπειροὶ τῶν ἀπειρῶν· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον προσηρᾶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι κυβερνήτης, καὶ ἱατρὸς, καὶ στρατηγός. Ἀπλῶς τε ἀναιροῦσιν οὗτοί γε τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥττον, καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ τὸ κατὰ φύσιν, καὶ τὸ παρὰ φύσιν. Οὕτω δ' ἂν εἴη ταῦτόν καὶ ὄν καὶ οὐκ ὄν. Οὐδὲν γὰρ κωλύει ταῦτό, τοῖς μὲν εἶναι φαίνεσθαι, τοῖς δὲ μὴ εἶναι. Καὶ ταῦτό ἂν εἴη ἀνθρώπος καὶ ζῦλον. Ἐστὶ δτε γὰρ φαίνεται ταῦτό, τῷδε μὲν ἀνθρώπος, τῷδε δὲ ζῦλον. Ἄσας τε λόγος ἀληθῆς ἂν εἴη διὰ τοῦτο δὲ καὶ ψευδής. Καὶ οἱ βουλευόμενοι καὶ δικάζοντες οὐκ ἂν ἔχοιεν οὐδὲν ποιεῖν. Καὶ τὸ δεινότατον, ἔσονται οἱ αὐτοὶ σπουδαῖοι καὶ μοχλοθηροί· καὶ ταῦτο κακία καὶ ἀρετή. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἄλλα τις ἂν ἔχοι λέγειν. Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν δεῖ πλείονον λόγων πρὸς τοὺς μὴ οἰόμενους ἔχειν νοῦν καὶ λόγον. Εἴθ' ἐξῆς ἐπιλέγει· ἐπεὶ δ' ἐτι νῦν εἰσὶ τινες, οἱ πᾶσαν αἰσθησιν καὶ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθῆ λέγοντες εἶναι, μικρὰ καὶ περὶ τούτων εἴπωμεν. Ἐοίκασι γάρ οὗτοί γε δεδοικέναι, μήποτε εἰ ψευδεῖς εἴποιεν αἰσθη-

5. Fuere, inquit, nonnulli præterea, qui sensibus tantum atque visis fidem adhibendam esse putarent. Nec desunt, qui tale quid ab Homero obscure significatum esse dicant, quum Oceanum rerum omnium principium vocarit, quod res quasi fluminis instar laberentur. Quin etiam Metrodorus Chius hoc ipsum asseverat, sed plene ac discrete Protagoras Abderites. Is enim omnium rerum mensuram hominem esse contendit; earum quidem quæ exstant, ut sint, quæ vero non exstant, ut non sint. Quippe quales cuique res videntur, tales ei esse. De cæteris nihil nos posse affirmare. Quibus merito eadem objicias, quæ a Platone in Theætelo disputantur: Primum, si res ita se habent, quamobrem tandem hominem veritatis mensuram esse voluerunt, sed quod hoc in genere caput est, non viderunt? Deinde, qui se ipsos sapientes vocare potuerunt, si quilibet sibi ipsi veritatis mensura est? aut quorsum alio reprehendunt, si quod cuique apparet, id continuo verum est? et cur nonnulla, etiamsi sapius ea sensu percipimus, adhuc tamen ignoramus, ut quum barbaros loquentes audimus? Præterea qui ejus rei quam antea

spectavit, postea recordatur, novit illam profecto, nec amplius tamen sentit. Jam si ex oculis alterum clausit, altero aspiciat, idem simul noverit ignoretque necesse est. Ad hæc, si quod cuique videtur, id etiam verum est, nobisque vera non videntur, quæ ab illis dicuntur, verum simul erit hominem rerum omnium non esse mensuram. Jam qui artem exercent vel aliam quameunque rem tractant, ejus rei imperitos cognitione præcellunt: eamque ob causam gubernator, medicus et imperator, quid futurum sit clarius multo certiusque prospiciunt. Isti vero quidquid in quoque genere aut magis aut minus est, porro rei necessariæ periter et possibilis, naturalis denique et præter naturam accidentis discrimen omnino tollunt. Ita ens et non ens unum idemque fuerint. Nihil enim obstat, quominus aliis idem, aliis non esse videatur. Ergo idem erunt homo atque lignum: quippe idem alteri nonnunquam homo, alteri lignum videtur. Vera quoque omnis oratio futura est, ideoque falsa etiam omnis futura. Similiter qui aliqua de re aut deliberant aut judicant, nihil quod agant habebunt. Quodque longe gravissimum est,

σεις εἶναι τινὰς, οὐκ ἂν σκοίεν τὸ κριτήριον καὶ τὸν κανόνα βέβαιον, οὐδ' ἐχέγγουν. Οὐχ ὀρώσι δέ, ὡς οὐκ ἂν φθάνοιεν οὕτω γε, καὶ τὰς δόξας ἀπάσας ἀληθεῖς ἀποφαίνοντες· πολλὰ γὰρ δὴ ταύταις πεφύκαμεν κρίνειν, καὶ οὐδὲν ἤττον ἀξιούσιν αὐτῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς εἶναι, τὰς δὲ ψευδεῖς. Ἐπειτα δὲ σκοπῶν ἴδοι τις ἄν, οὐδὲ τῶν ἄλλων κριτηρίων αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς ἀψευδὲς οὐδὲν, ὅσον λέγω ζυγόν, ἢ τὸρνον, ἢ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν, ὡδὲ μὲν ἔχον, ὑγιὲς ἐστὶν ὡδὲ δέ, μοχθηρόν· καὶ τουτοῖ μὲν χρωμένων τὸν τρόπον, ἀληθεύει· τουτοῖ δέ, ψεύδεται. Καὶ μὴν εἶγε πᾶσα αἰσθησις ἀληθὴς ἦν, οὐκ ἔδει τοσοῦτον διαφέρειν αὐτάς. Ἄλλαι γὰρ εἶσιν ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν, καὶ νοσούντων καὶ ἐρρωμένων, καὶ τεχνιτῶν καὶ ἀτεχνῶν, καὶ φρονίμων καὶ ἀφρόνων. Τὰς δὲ ὅτ τῶν μεμνηότων παντάπασιν ἂν εἴη ἄστοπον λέγειν ἀληθεῖς εἶναι, καὶ τὰς τῶν παρορώντων καὶ παρακούστων. Εὐθὺς γὰρ ἂν ἦν τὸ λεγόμενον, ὡς ὁ παρορῶν ἦτοι ὀρθῆ ἢ οὐχ ὀρθῆ. Φαίη γὰρ ἂν τις, ὅτι ὀρθῆ μὲν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. Ὅποταν μέντοι φῶσιν, ὡς ἢ μὲν αἰσθησις οὐσα ἄλογος οὐδὲν προστίθησιν, οὐδ' ἀφαιρεῖ, φαίνονται τὰμποδῶν οὐχ ὀρώντες. Ἐπὶ γὰρ τοῦ ἐρετμοῦ τοῦ ἐν τῷ ὕδατι, καπὶ τῶν γραφῶν καὶ μυρίων ἄλλων ἢ αἰσθησις ἐστὶν ἢ ἀπατώσα. Διὸ

καὶ μεμφόμεθα πάντες ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐ τὸν νοῦν ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν φαντασίαν. Ἐλέγχει γὰρ ὁ λόγος αὐτὸς ἑαυτὸν, ἀξίων ἅπασαν ἀληθῆ φαντασίαν εἶναι. Τὴν γὰρ ἡμετέραν, δι' ἣν οὐκ οἴομεθα πᾶσαν εἶναι τοιαύτην, ψευδῆ πάντως ἀποφαίνει. Συμβαίνει τοίνυν αὐτοῖς ἅπασαν φαντασίαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ λέγειν εἶναι. Καθόλου δὲ ἀμαρτάνουσιν, ἀξιούντες, ὅποια ἂν ἡμῖν φαίνεται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι. Τοῦναντίον γὰρ, ὅποια πέφυκε, τοιαῦτα φαίνεται, καὶ οὐχ ἡμεῖς αὐτὰ ποιοῦμεν οὕτως ἔχειν, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων αὐτοὶ διατιθέμεθα πως. Ἐπεὶ καὶ γελοῖον εἴη ἄν, εἰ διανοηθείημεν ἡμεῖς, ὅσπερ οἱ ζωγράφοι καὶ πλάσται σκύλακας ἢ χιμαίρας, ἀξίου ἐυθὺς εἶναι ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο φαντάζεσθαι, καθάπερ εὐτρεπῆ παρέσται. Διότι μὲν οὖν οὐκ ὀρθῶς λέγουσιν, οἱ φάσκοντες εἶναι πᾶσαν αἰσθησιν καὶ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθῆ, δῆλον ἐκ τούτων. Ἄλλὰ γὰρ καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, αὐθις οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον ἐκ τῆς Ἀριστιππου διαδοχῆς ὀρμώμενοι, πάντα ἡδονῆς ἐξῆπτον καὶ αἰσθήσεως, μόνα τὰ πάθη καταληπτά καὶ τέλος ἀγαθῶν τὴν ἡδονὴν εἶναι ὀρίζομενοι. Λέγεται δὲ ὁ Ἐπίκουρος ὑπὸ μὲν τινῶν μηδενὸς ἀκροῦναι, ἐντυχεῖν δὲ τοῖς τῶν παλαιῶν συγγραμμάσιν, ὑπὸ τινῶν δ' ὅτι ἤκουε Ξενοκράτους, ὕστερον δὲ καὶ Ναυσικιά-

idem prohi simul et improbi erunt : idem vitium ac virtus erit. Cujusmodi pleraque alia proferrī possint : sed pluribus adversus istos rationibus uti supervacaneum sit, qui se nec mente nec ratione uti arbitrantur. Hæc ille, qui deinceps superioribus hæc subjungit : Et quoniam, inquit, nonnulli sunt etiam nunc, qui omnem sensum ac visum omne verum esse affirmant; de his etiam pauca dicemus. Vereri enim videntur, ne forte, si sensum aliquem falsum esse dixerint, certam ea de causa nullam ac fide dignam iudicandi normam habituri sint : nec interea vident, hoc plane sequi, ut opiniones omnes veras esse defendant, quum in earum plerisque iudicium sequi soleamus : et tamen nihilominus veras alias, alias contra falsas esse existimant. Deinde qui talia diligenter considerare volet, is ne inter cæteras quidem regulas, quibus res iudicantur, ullam esse comperiet semper et omnino certam, verbi causa jugum, tornum et reliqua id genus. Quodlibet enim horum instrumentorum, dum certo modo se habet, sanum est : dum secus, pravum : eo dum sic uteris, verum est : dum aliter, falsum. Quodsi sensus omnis verus esset, tantum inter eos discriminis esse non deberet. Quippe cominus alii sunt, eminus alii ægrotorum et valentium, peritorum et imperitorum, prudentium et stultorum. Nam furiosorum certe quidem, aut eorum qui perperam aliquid vident sudiuntre sensus veros appellare, plane ineptum fuerit. Nempe fatuus esset, qui secus videntem aut videre diceret, aut non videre.

Nimirum respondeas, videre illum quidem, sed non recte. Quando autem affirmant, sensum a ratione aversum nihil addere, nihil demere; quæ maxime obvia sunt, ea se non videre palam ostendunt. Namque in remo, quem in aqua cernimus, in picturis aliisque sexcentis sensus ipse nos fallit. Quocirca in hoc rerum genere non mentem, sed visum ipsi nostrum reprehendere consuevimus. Etenim quæ cogitationem omnem veram perhibet, ea se ipsam redargnit oratio. Nostram certe, propter quam non ejusmodi quamlibet esse arbitramur, prorsus falsam esse declarat. Hinc contingit iis, ut omne visum simul verum ac falsum esse defendant. Cæterum quod tales res esse velint, quales nobis videntur, tota via errant : contra enim, quales suapte natura sunt, tales videri solent : neque nos causa sumus, cur ita se habeant, sed ab iis potius quodam modo afficimur. Ridiculum enim fuerit, si nos pictorum sicciorumque instar cæculos aut capras excogitamus, ea continuo esse arbitrari, ideoque illorum imaginem numeris suis absolutam cogitatione fingere. In errore igitur versari eos, qui omnem sensum et omne visum verum esse contendunt, ex his intelligitur. Quæ quum ita sint, tamen Epicurus ab Aristippi doctrina profectus, ex voluptate sensuque omnia suspensa esse volebat, quod tum ea quæ patimur sola comprehendendi posse, tum finem honorum voluptatem esse statueret. Hunc quidam produunt præceptorem habuisse neminem, sed antiquorum libros legisse; alii primo Xenocratis, post Nau-



νοὺς τοῦ Πύρρωνος γενομένου γνωρίμου. Τίνα δὲ οὖν καὶ τὰ πρὸς αὐτῶν ἀνταιρημένα τυγχάνει, θεασώμεθα.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 20. πρὸς τοὺς περὶ Μητρόδωρον καὶ Πρωταγόραν μόναις δεῖν πιστεύειν ταῖς αἰσθήσεσι λέγοντας. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.)

6. Ἐπειδὴ ἐστὶ γνώσις διττῆ, ἡ μὲν τῶν ἔξω πραγμάτων, ἡ δὲ τῶν ἡμῖν αἰρετῶν καὶ φευκτῶν, ἔτιοί φασι τῆς αἰρέσεως καὶ φυγῆς ἀρχὴν καὶ κριτήριον ἔχειν ἡμᾶς, τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν πόνον. Ἔτι γέ τοι καὶ νῦν τοιαῦτα λέγουσιν οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον. Ἀναγκαιῶς οὖν ἔχει καὶ περὶ τούτου σκέψασθαι. Τοσούτου τοίνυν ἔγωγε δεῶ λέγειν, ἀρχὴν εἶναι καὶ κανόνα τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν τὸ πάθος, ὥστε μοι δοκεῖ τούτῳ γε αὐτὸ κριτήριον δεῖσθαι. Διότι μὲν γὰρ ἐστὶν, ἑαυτὸ δεικνύσιν ὅποιον δ' ἐστίν, ἑτέρου δὲ τοῦ κρινόντος. Εἰ μὲν γὰρ οἰκείον ἢ ἀλλότριον, ἢ αἰσθησις λέγει πότερον δ' αἰρετὸν ἢ φευκτόν, ὁ λόγος. Αὐτοὶ γέ τοι φασι οὐ πᾶσαν ἡδονὴν ἀσπάσασθαι, καὶ πάντα πόνον ἐκτρέπεσθαι. Τούτῳ δὲ συμβέβηκε καὶ μᾶλα εἰκότως. Τὰ μὲν γὰρ κριτήρια καὶ ἑαυτὰ δεικνύσι, καὶ τὰ κρινόμενα τὸ μέντοι πάθος, ἑαυτὸ μόνον. Ὅτι δ' οὕτως ἔχει, μαρτυροῦσιν αὐτοί. Καίπερ γὰρ ἀξιοῦντες ἅπασαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι καὶ πᾶσαν ἀλγηδὸνα κακόν, ὅμως οὐκ αἰφασί δεῖν, τὴν μὲν αἰρεῖσθαι, τὴν δὲ φεύγειν· μετρεῖσθαι γὰρ αὐτὰ

τῷ ποσῷ, εἰ καὶ οὐ τῷ ποιῷ. Ἄλλον οὖν ὡς τό γε πρῶτον, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ὁ λόγος κρίνει. Τὸ γὰρ, ἀμεινόν ἐστὶν ὑπομείναι τούτῳ τινὰς τοὺς πόνοὺς, ὅπως ἡσθεῖν ἡδονὰς μείζους καὶ τό, συμφέρει τῶνδε τινῶν ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, ἵνα μὴ ἀλγῶμεν ἀλγηδῶνας χαλεπωτέρας, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, λόγος δὲ κρίνων ἐστίν. Τὸ δ' ὄλον, αἰ μὲν αἰσθήσεις καὶ αἰ φαντασίαι, καθάπερ καὶ κάτοπτρα καὶ εἰκόνας εἰκόασαι τῶν πραγμάτων εἶναι· τὰ μέντοι πάθη, καὶ αἰ ἡδοναί, καὶ οἱ πόνοι, τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἡμῶν αὐτῶν. Ταύτη δὲ, αἰσθανόμενοι μὲν καὶ φαντασιούμενοι, πρὸς τὰ ἔξω βλέπομεν· ἡδόμενοι δὲ καὶ ἀλγῶντες ἐπιστρέφομεν ἐπὶ μόνους ἑαυτοῦς. Τὰς μὲν γὰρ αἰσθήσεις ἡμῶν τὰ ἔξω ποιεῖ καὶ ὅποια ἂν ἢ ἐκείνα, τοιαύτας ἀπεργάζεται καὶ τὰς φαντασίας. Τὰ δὲ πάθη ἢ ποῖα ἅττα γίνεται δι' ἡμᾶς, καὶ ὡς ἂν ἡμέτεροι ἔχωμεν. Διὸ ταῦτα ἢ ποτὲ μὲν ἡδέα, ποτὲ δ' ἀηδῆ φαίνεται, καὶ ἔσθ' ὅτε μὲν μᾶλλον, ἔσθ' ὅτε δὲ ἧττον. Ἐν οὕτως ἐγόντων εὐρήσομεν, εἰ ἐθέλοιμεν σκοπεῖν, ἀριστα τὰς τῆς γνώσεως ἀρχὰς ὑποτιθεμένους, ὅποσοι καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὸν νοῦν παραλαμβάνουσιν. Ἔοικε δ' ἡ μὲν αἰσθησις ταῖς ἀρκυσι καὶ τοῖς δικτύοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιοῦτοις θηράτροις· ὁ δὲ νῦς καὶ ὁ λόγος τοῖς κυσὶ τοῖς στιβέουσι καὶ μεταθούσιν. Αὐτῶν μὲν τοιούτων, ἀμεινον φιλοσοφεῖν οἰεσθαι χρῆ, τοὺς μῆτε ταῖς αἰσθήσεσιν, ὡς ἔτυχε, χρωμένους, μῆτε τὰ πάθη παραλαμβάνοντας ἐπὶ τῇ

siphanis qui Pyrrhonis discipulus fuerat, auditorem fuisse ajunt. Nunc ergo quibus iste quoque rationibus urgeatur, attendamus.

6. Quoniam, inquit ille, duplex cognitionis genus est, alterum rerum externarum, alterum eorum quæ expetendæ nobis ac fugiendæ sunt: nonnulli electionis fugæque principium ac normam habere nos voluptatem et laborem arbitrantur. Quod ipsam Epicurei hodieque docent. Quocirca necesse est, nos quoque in hac quæstione versari. Equidem tantum abest, ut honorum malorumque principium ac regulam commotionem esse dicam, ut illam ipsam altera quadam judicii regna egere existimem. Ipsa enim se esse ostendit; sed qualis sit, qui judicet, alium desiderat. Quippe si ne illa domestica, an aliena, sensus declarat; utrum expetenda, an fugienda, ratio statuit. Sane quidem isti nec omnem se amplecti voluptatem, nec omnem laborem fugere dicunt. Hoc autem etiam optimo jure fieri solet. Judicandi enim instrumenta cum ipsa se ostendant, tum ea de quibus judicatur, aperiant: commotio se solam indicat. Ita autem rem se habere, vel isti testificantur. Nam ut omnem voluptatem bonum, dolorem omnem malum esse velint, alteram tamen semper expetendam, fugiendum semper alterum esse negant, rati utrumque, si minus qualitate, at quantitate metiendum esse. Hujus vero quantitatis judicem nihil aliud quam rationem esse constat. Haec

enim, quæ ab illis vulgo jactantur, præstare certus quosdam labores subire, ut majores inde voluptates capiamus, et certarum quarundam voluptatum abstinentiam prodesse, ut acerrimis postea doloribus urgeamur, cæteraque id genus omnia rationis unius judicio decernantur. Omnino sensus et visa quædam quasi rerum specula et imagines videntur: commotiones autem, voluptates et labores nostrum ipsorum conversiones et mutationes. Itaque dum sentimus aliquid aut imaginamur, res externas respicimus; quum lætamur aut dolemus, ad nos ipsos tantum convertimur. Res enim extrinsecus acceptæ sensus nostros movent; et quales fuerint illæ, talia etiam visa nostra efficiunt. At vero certi quidam animorum impetus nostra culpa et affectione impelluntur. Quo fit, ut commotiones modo jucundæ, modo injucundæ, et quidem nunc magis, nunc minus videantur. Quæ quum ita sint, si diligenter rem perpendere velimus, eos optime cognitionis principia statuere reperiemus, qui simul mentis ac sensuum vim assumunt. Et sensus quidem plagi ac retibus cæterisque hujusmodi instrumentis venatoriis; mens autem et ratio canibus vestigatoribus et insequentibus similes sunt. Quo in genere existimandum est eos melius philosophari, qui nec tenere sensibus abutantur, nec ad verum dijudicandum perturbationes adhibeant. Enimvero indignum fuerit hominibus, repudiata mente divina rerum disceptatrice,

τάληθους διάγωνσιν. Ἡ δεινὸν γ' ἂν εἴη, ° πεφυκ-  
τας ἀνθρώπους, ἡδοναῖς καὶ πόνοις ἀλόγοις ἐπιτρέ-  
πειν ἑαυτούς, ἀφέντας τὸν θεϊότατον κριτὴν νοῦν.  
Ταῦτα ἀπὸ τῶν Ἀριστοκλέους.

(Ensebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap.  
21 πρὸς τοὺς κατ' Ἐπίκουρον ἡδονὴν τέλος ὀριζομέ-  
νους. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : ° τὰ δὲ πάθη ] e  
Vigeri conjectura; codd. τοιαῦτα δὲ πάθη. ° διὸ  
ταῦτα] cum Vigero; codd. διὰ ταῦτα. — ° ἢ δει-  
νὸν γ' ἂν εἴη ] libri ἢ δεινὸν γ' ἂν εἴη. —

7. Πῶς γὰρ οἷόν τε, καθάπερ φησὶν Ἐπίκουρος ἐν  
τῇ περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, νῦν μὲν ὄντα  
καταφαγεῖν αὐτὸν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, ἔπειτα δὲ ἐπὶ  
τὸ στρατεύεσθαι συνῶσθαι; κακῶς δὲ πράττοντα ἐν  
τούτοις ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἔλθειν ἔπειτα ἀναπε-  
πειμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου πᾶσι, παραλαβείν  
αὐτόν; ἢ πῶς ἂν τις ἀποδέξαιτο Τιμαίου τοῦ Ταυρο-  
μενίτου, λέγοντος ἐν ταῖς ἱστορίαις, ἀδόξου θύρας  
αὐτὸν ἱατροῦ καὶ τὰς τυγούσας, ὅλβη τῆς ἡλικίας,  
κλείσαι; τίς δ' ἂν πεισθῆι τοῖς ὑπ' Ἀριστοξένου τοῦ  
μουσικοῦ λεγομένοις ἐν τῇ βίῳ τοῦ Πλάτωνος; ἐν γὰρ  
τῇ πλάνῃ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ φησὶν ἐπανίστασθαι καὶ  
ἀντοικοδομῆν αὐτῷ τινὰς Περιπυτων ξένους ὄντας.  
Οἴονται οὖν ἔνιοι ταῦτα περὶ Ἀριστοτέλους λέγειν  
αὐτόν, Ἀριστοξένου διὰ παντός εὐφημοῦντος Ἀριστο-  
τέλην. Καταγέλαστα δ' εἰκότως εἶναι φαίη τις ἂν καὶ  
τὰ ἀπομνημονεύματα τὰ Ἀλεξίνου τοῦ Ἐριστικοῦ.  
Ποιεῖ γὰρ Ἀλέξανδρον παῖδα διαλεγόμενον τῷ πατρὶ

Φιλίππῳ, καὶ διαπτύοντα μὲν τοὺς τοῦ Ἀριστοτέ-  
λους λόγους, ἀποδεχόμενον δὲ Νικαγόραν, τὸν Ἐρ-  
μῆν ἐπικληθέντα. Καὶ Εὐβουλίδης δὲ προδήλως ἐν  
τῷ κατ' αὐτοῦ βιβλίῳ ψεύδεται, πρῶτον μὲν ποιή-  
ματα ψυχρὰ προφερόμενος, ° ὡς γεγραφότων ἄλλων  
περὶ τοῦ γάμου, καὶ τῆς πρὸς Ἑρμείαν οἰκειότητος  
αὐτῶ γεγонуίας ἔπειτα Φιλίππῳ φάσκων αὐτὸν προσ-  
κόψαι, καὶ τελευτῶντι Πλάτωνι μὴ παραγενέσθαι,  
τά τε βιβλία αὐτοῦ διαφθεῖραι. Τὴν μὲν γὰρ Δημο-  
χάρους κατηγορίαν κατὰ τῶν φιλοσόφων τί χρῆ λέ-  
γειν; οὐ γὰρ Ἀριστοτέλην μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς  
ἄλλους κακῶς εἶρηκεν. Ἔτι γε μὴν αὐτὰς τὰς διαβο-  
λάς σκοπῶν ἂν τις ληρεῖν αὐτὸν φαίη. Λέγει γὰρ  
Ἐπιστολὰς Ἀριστοτέλους ἀλῶναι κατὰ τῆς πόλεως  
τῆς Ἀθηναίων, καὶ Στάγειρα τὴν πατρίδα ° προδοῦ-  
ναι Μακεδόσιν αὐτόν. Ἔτι δὲ κατασκαφῆς Ὀλυμ-  
θου, μνηύειν, ἐπὶ τοῦ λαφυροπωλείου, Φιλίππῳ  
τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ὀλυθίων. Ἠλίθια δὲ δια-  
βέβληκεν αὐτὸν καὶ Κηφισόδωρος, ὁ Ἰσοκράτους  
μαθητῆς, τρυφερὸν καὶ τένην, καὶ ἄλλα τοιαῦτα  
λέγων αὐτὸν εἶναι. Πάντα δ' ὑπερπαλαίει μωρῶς τὰ  
ὑπὸ Λύκωνος εἰρημένα, τοῦ λέγοντος εἶναι Πυθαγο-  
ρικὸν ἑαυτόν. Φησὶ γὰρ θύειν Ἀριστοτέλη θυσίαν  
τετελευτηκυῖα τῇ γυναικὶ τοιαύτην, ὅποιαν Ἀθηναῖοι  
τῇ Δήμητρει, καὶ ἐν ελαίῳ θερμῶν λουόμενον, τοῦτο  
δὲ πιπράσκειν. Ἡνίκα δὲ εἰς Χαλκίδα ἀπέη, τοὺς  
τελώνας εὐρεῖν ἐν τῷ πλοίῳ λοπάδια χαλκᾶ πέντε  
καὶ ἐβδομήκοντα. Καὶ σχεδὸν οἱ μὲν πρῶτοι διαβα-

voluptatibus ac laboribus a recta ratione aversis se de-  
dere. Sed hæc Lactenius ex Aristotele.

7. Qui tandem fieri potuit, inquit ille, ut quod in  
epistola de vitâ institutis Epicurus scribit, Aristoteles,  
juvenis adhuc quum esset, patrimonium profunderit,  
indeque ad militiam compulsus fuerit? sed postquam  
inceptum non succedebat, pharmacopolam deinceps  
egerit, donec tandem, quia Platonis arbulatio omnibus  
patebat, eam ultro sibi deposceret? Quis porro Timæo  
Tauromentano assentiat, in historiis suis narranti,  
illum jam affecta ætate neglectas obscuri cujusdam me-  
dici officinæ fores claudere consuevisse? Quis autem  
credat ea quæ ab Aristoxeno musico in Platonis vita  
dicantur? Nempe refert quo tempore philosophus iste  
peregrinaretur et diutius abesset, quem vocant Peripa-  
tum, adversus eum peregrinos homines excitasse. Hæc  
enim verba nonnulli de Aristotele accipiunt, quem tamen  
semper eximia laude ornat Aristoxenus. Quin  
etiam ridiculos jure putaveris Alexini Eristici commen-  
tarios. Alexandrum enim inducit, quum adhuc puer  
esset, cum Philippo patre colloquentem, qui Aristotelis  
quidam doctrinam despueret, sed Nicagoram cogno-  
mento Mercurium vehementer probaret. Eubulides  
autem in libro adversus Aristotelem scripto mendacii  
manifestus est, primum quod frigida quædam carmina

profert, quæ alii de ejus conjugio et cum Hermia con-  
suetudine scripserint: deinde quod eum ait in Philippi  
offensionem incurrisset, nec adfuisse morienti Platoni  
ejusque libros depravasse. Nam Democharis quidem  
adversus philosophos criminationem cur memoremus,  
qui non solum Aristotelem, sed etiam alios maledictis  
vexaverit? Quas tamen hominum calumnias qui atten-  
det, istum delirare merito dixerit. Aristotelis enim  
adversus Atheniensium urbem epistolas deprehensas  
esse, illumque Stagira suam ipsius patriam Macedoni-  
bus prodidisse refert: præterea Olyntho jam eversa, in  
venditione prædæ ditissimos quosque Olynthiorum  
Philippo indicasse. Insulsus etiam calumniator Cephiso-  
dorus, Isocratis discipulus, est, qui luxuriosum ipsum  
et helluonem, similibusque nominibus appellavit. At  
hæc omnia longe dementia superant, quæ a Lycone Py-  
thagoreo, ut se ipse vocat, objecta sunt. Scribit enim  
Aristotelem idem sacrificii genus, quod Cereri ab Athe-  
niensibus fiebat, mortuæ uxori facere solitum, atque  
illud ipsum oleum postea vendere, in quo calido jam  
ante lavisset. Quippe quum Chalcidem peteret, quin-  
que et septuaginta æneas patellas in navi a publicanis  
repertas esse. Atque hi fere principes Aristotelis ca-  
lumniatores fuere: quorum nonnulli ejus ætate vive-  
bant, alii paulo post; sophistæ omnes, contentiosi ac

λόντας Ἀριστοτέλην τοσοῦτοι γεγόνασιν. Ἐν οἱ μὲν κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἦσαν χρόνους, οἱ δὲ μικρὸν ὑστερον ἐγένοντο. Πάντες δὲ σοφισταί, καὶ ἐριστικοί, καὶ ῥήτορες, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ βιβλία τέθηκα τῶν σωμάτων μᾶλλον. Τοὺς μὲν γὰρ μετὰ ταῦτα γεγονότας, ἢ τὰ ὑπ' ἐκείνων εἰρημένα λέγοντας, παντάσῃ ἐᾶν δεῖ χαίρειν, καὶ μάλιστα τοὺς μὴ ἐντεταχκότας τοῖς βιβλίοις αὐτῶν, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζοντας ὅποιοι εἰσι καὶ οἱ λέγοντες τριακοσίας ἔχειν λοπάδας αὐτόν. Οὐδεὶς γὰρ ἂν εὐρεθείη περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδὲν εἰρηκῶς τῶν τότε ὄντων, ἃ ὅτι μὴ Λύκων. Οὗτος μέντοι, καθάπερ ἔφη, εἴρηκεν εὐρησθαι λοπάδια πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Οὐ μόνον δὲ καὶ ἐκ τῶν χρόνων, καὶ ἐκ τῶν διαβεβληκότων τεκμηριαιτό τις ἂν, ὅτι ψευδῆ πάντα τὰ εἰρημένα ἐστί, ἀλλὰ καὶ τοῦ μὴ πάντας τὰ αὐτὰ διαβάλλειν, ἀλλ' ἕκαστον ἰδίᾳ τινα λέγειν ὧν περ εἴη ἐν ὄντι ἀληθές, ἐχρῆν δήπου μυριάσις, ἀλλ' οὐχ ἕπαξ αὐτὸν ὑπὸ τῶν τότε ἀπολωλέναι. Φανερόν οὖν ὅτι καθάπερ πολλοῖς καὶ ἄλλοις, οὕτω καὶ Ἀριστοτέλει συνέβη, διὰ τὴν τὰς πρὸς τοὺς βασιλεῖς φιλίαν, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ὑπεροχὴν, ὑπὸ τῶν τότε σοφιστῶν φθονεῖσθαι. Δεῖ δὲ τοὺς εὐφρονούντας μὴ εἰς τοὺς διαβάλλοντας ἀποβλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἐπαινοῦντας καὶ ζηλοῦντας αὐτόν. Οὐ μικρῶν γὰρ πλείους καὶ βελτίους εὐρεθεῖεν ἂν οὗτοί γε. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα προδήλως πέπλασταί. Δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ

πιστεύεσθαι, δι' ἃ φέγουσι τινες αὐτὸν ἐν μὲν, ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμει φύσει μὲν ἀδελφὴν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν. Θεόκριτος γοῦν ὁ Χίος ἐποίησεν ἐπίγραμμα τοιοῦτον·

Ἑρμίου εὐνούχου τε καὶ Εὐβούλου τόδε δούλου  
μνήμα κενὸν κενόφων ἦκεν Ἀριστοτέλης·  
ὅς διὰ τὴν ἀκρατὴ γαστρός φύσιν εἴλετο ναίειν  
ἀντ' Ἀκαδημίας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

ἕτερον δὲ, ὅτι ἡχαρίσθησε Πλάτωνι. Περὶ μὲν οὗ Ἑρμείου καὶ τῆς Ἀριστοτέλους πρὸς αὐτὸν φιλίας ἄλλοι τε πολλοὶ συγγεγράφασι, καὶ δὴ καὶ Ἀπελλίων, ὃς τοῖς βιβλίοις ὁ ἐντυχὸν πεπαύσεται βλασφημῶν αὐτούς. Περὶ δὲ τοῦ γάμου τοῦ Πυθιάδος ἀποχρώτως αὐτὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολαῖς ἀπολελόγηται. Τεθνεώτος γὰρ Ἑρμείου διὰ τὴν πρὸς ἐκείνον εὐνοίαν ἐγγημεν αὐτήν, ἄλλως μὲν σώφρονα καὶ ἀγαθὴν οὖσαν, ἀτυχοῦσαν μέντοι διὰ τὰς καταλαβούσας συμφορὰς τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς. Εἴθ' ἐξῆς φησι· μετὰ δὲ τὴν Πυθιάδος τῆς Ἑρμείου τελευτῆς Ἀριστοτέλης ἐγγημεν Ἑρπυλλίδα Σταγειρίτιν, ἐξ ἧς υἱὸς αὐτῷ Νικόμαχος ἐγένετο. Τοῦτον δὲ φασιν ὀρφανὸν τραφέντα παρὰ Θεοφράστῳ, καὶ δὴ μεираκίσκον ὄντα ἀποθανεῖν ἐν πολέμῳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς δηλωθείσης Ἀριστοκλέους ἐγκείσθω γραφῆς· ἥδη δὲ καὶ τὴν δογματικὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν θεωρῆσαι καιρός.

rhetores, quorum nomina simul atque libri magis etiam interierunt quam corpora. Nam qui postmodum exstiterunt, aut qui jam ab illis objecta refricant, si vero mittendi prorsus ac negligendi sunt, illi praesertim, qui quum ne superiorum quidem libros attigerint, temere conferre maledicta in alios sustinuerunt: cujusmodi sunt, qui trecentas ejus patellas numerant. Nemo enim æqualium scriptorum qui tale quid de eo dixerit, excepto Lycone, inveniatur. Hic autem, ut supra dixi, patellas tantum quinque et septuaginta repertas esse narrat. Quid? quod non modo ex temporum, aut criminatorum ipsorum ratione, falsa esse crimina illa colligas, sed etiam ex eo quod non idem ab omnibus, sed a singulis aliquid proprium ac peculiare homini objiciatur: cujusmodi si vel unum aliquid verum esset, sexcenties eum, non semel ab iis qui tum vivebant, interfectum esse oportebat. Liqueat igitur, quod aliis multis, idem Aristoteli quoque accidisse, ut propter regum amicitias ac summam eruditionis excellentiam æqualium sophistarum invidia laboraret. At æqui rerum existimatoris fuerit, non solos hominis calumniatores, sed laudatores etiam et æmulos respicere: qui sane haud paulo plures ac meliores reperiantur. Ac cætera quidem commenticia esse apparet: duo modo sunt, a nonnullis in eo reprehendi solita, quæ credi videantur; alterum, quod Pythiadem, Hermiæ naturam sororem, adoptione filiam,

uxorem duxerit, hominis gratiam eo facto sibi concilians. Nam Theocritus Chius tale fecit epigramma:

Hermiæ eunuchi et famuli Eubuli quoque inane  
hunc tumulum posuit vanus Aristoteles:  
quem pro Academia, voluit quæ Borborus undas,  
dirus amor ventris jussit habere domum.

Alterum, quod ingratus in Platonem fuerit. Caterum quod attinet ad Hermiam et Aristotelis cum eo consuetudinem, cum alii hac de re multi scripsere, tum Apellio polissimum, cujus volumina qui legerit, eos calumniari desinet. De matrimonio autem cum Pythiade contracto ipse in epistolis ad Antipatrum datis abunde se purgavit. Quippe Hermia jam vita defuncto pro sua erga illum benevolentia uxorem hanc duxit, honestam sane ac probam alioqui feminam, sed quæ duriore tum fortuna propter adversum fratris sui casum conflictaretur. Hæc Aristocles, quibus ista subjicit. Post Pythiadis Hermiæ filia obitum Herpyllidem Aristoteles duxit, patria Stagiritidem, ex qua Nicomachum filium suscepit. Orbem hunc apud Theophrastum educatum esse ajunt, atque adolescentulum in bello periisse. Sed hæc hactenus ex illo, cujus memini, Aristoclis opere. Jam vero tempus est, ipsa philosophiæ Aristoteleæ decreta perpendere.

Aristotelis esse negaret (31), licet hi commentarii aliis a Stagirite compositi esse viderentur. De disputatione illa sic Boëthius II, p. 284 : « Andronicus librum hunc Aristotelis esse non putat, quem Alexander vere fortiterque redarguit; quem quum exactum diligentemque Aristotelis librorum et judicem et repertorem judicavit antiquitas, cur in hujus libri judicio sit falsus, prorsus est magna admiratione dignissimum. Non esse namque proprium Aristotelis hinc conatur ostendere, quoniam quædam Aristoteles in principio libri hujus de intellectibus animi tractat, quos intellectus animæ passiones vocavit. His Alexander multa alia addit argumenta cur hoc opus maxime Aristotelis esse videatur. Ea namque dicuntur hic quæ sententiis Aristotelis quæ sunt de enuntiativa oratione consentiant. Illud quoque quod stilus ipse propter brevitate pressior ab Aristotelis obscuritate non discrepat; et quod Theophrastus, ut in aliis solet quum de similibus rebus tractat, quæ scilicet ab Aristotele ante tractatæ sunt, in libro quoque de Affirmatione et Negatione iisdem aliquibus verbis utitur quibus in hoc libro Aristoteles usus est. Idem quoque Theophrastus dat signum hunc Aristotelis librum esse : in omnibus enim de quibus ipse disputat post magistrum, leviter ea tangit quæ ab Aristotele dicta ante cognovit, alias vero diligentius res non ab Aristotele tractatas exsequitur. Hic quoque idem fecit. Addit quoque hanc causam, quia Aristoteles quidem de syllogismo scribere animatus nunquam id recte facere potuisset, nisi quædam de propositionibus annotaret. » Hæc ille cujus sententiæ album calculum adjicimus.

Porro Andronicus in eo volumine quo usus est Gellius, qualis esset differentia librorum ἔξωτερικῶν et ἀκροματικῶν explanavit, atque Alexandri et Aristotelis quæ ferebantur epistolas proposuit (32). Præterea Rhodii philosophi de divisione libellum integrum inseruerat Porphyrius suis in Platonis Sophistam commentariis, teste Boëthio in principio libri de divisione. Idem Andronicus in opere nescio quo neque corporeum judicaverat animum, neque loco concludam esse, neque scindi posse (33). Inter veteres categoriarum interpretes Simplicius (34) Andronicum numerat, quem paraphrasi illam Aristotelis commentationem explicasse videmus. Est autem probabile eum similiter Physica (35) interpretatum esse. Restat, ut de Ethicorum Nicomacheorum paraphrasi quæ Andronico Rhodio tribuitur, dicamus. Hanc primum sine auctoris nomine Lugduni Batavorum a. 1607, deinde adjecto Andronici Rhodii nomine additaque sua translatione latina edidit Daniel Heinsius a. 1617. Nempe in codice quem pervolutaverat titulum Ἀνδρονίκου Ποδίου Περιπατητικοῦ φιλοσόφου scriptum quidem, sed indueti hominis manu exaratum invenerat. Jam vero ea est hujus opusculi elegantia, ut jure Andronicum ejus auctorem agnoscere queamus. Itaque etiam Heinsii industria laudata est a Casaubono (36), quod egregiam paraphrasin quæ longe præstaret Eustratio, in lucem protulisset. Unus Salmasius (37) rem in controversiam vocavit. Namque infitias ivit illud opusculum posse veteri Peripatetico assignari, quia Aristotelis locum Ethic. Nicom. I, 13, 9 perperam esset interpretatus. At unus et alter locus male acceptus hoc nobis non probat, præsertim

Vid. adn. 15. Sic et Ammonius in librum de interpretatione fol. 5. b. (Cf. Schol. Arist. p. 97. a. πρὸς δὲ τὸ γνήσιον εἶναι τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον, οὐδεὶς ἤξιωσε τῶν περὶ τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους ἔσπουδακῶτων ἀμφιβαλεῖν, εἰς τε τὸ πιθανὸν ἀποβλέπων τῆς ἐπαγγελίας καὶ εἰς τὴν ἐντεχνον καὶ κεκομψευμένην καὶ τῷ φιλοσόφῳ συνήθη τῶν ἐν αὐτῷ παραδιδωμένων θεωρημάτων διάθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ πραγματείας ὁμολογίαν, πλὴν Ἀνδρονίκου τοῦ Ποδίου, ὃς ἐνδέκατος μὲν ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους, ἀκούσας δὲ αὐτοῦ καλοῦντος ἐν τοῖς προομίαις τοῦδε τοῦ βιβλίου τὰ νοήματα παθήματα τῆς ψυχῆς καὶ προστιθέντος ὡς περὶ τούτου εἰρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, διὰ τὸ μὴ συνιλεῖν ὅπου τῆς περὶ ψυχῆς πραγματείας τὰ νοήματα παθήματα τῆς ψυχῆς ἐκάλειεν ὁ φιλόσοφος, ἀναγκαῖον ὡς ἦν τῶν δύο πραγματειῶν, ταύτης τε καὶ τῆς περὶ ψυχῆς. τὴν ἑτέραν ἔθεον ἀποφύνασθαι τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ δεῖν ἐνόμισε ταύτην ἀβετεῖν μᾶλλον ἢ τὴν περὶ ψυχῆς. — (31) Boëthius in Categ. IV init. Simplicius in Categ. fol. 95. Z. — (32) Vid. adn. 3 et 4. — (33) auctor libri lat. de spermate cap. II; Galenus in dissertatione

ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἦθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἐπιτελοῖται. V p. 444 ed. Paris. Ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικόν, ὅτι μὲν ἔλωσ ἐτόλμησεν ἀποφύνασθαι τὴν φύσιν τῆς ψυχῆς, ἀνευ τοῦ περιπλέκειν ἀσφαλῶς, ἐκαιῶ τε πάνυ, καὶ ἀποδέχομαι τὴν φράσιν τοῦ ἀνδρός. — (34) Simplicius in Categ. pag. 5. b. ed. Basil. ταῦτα δ' ἐπιστήσαντες οὗτοι τοὺς τε ἄλλους τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς αἰτιῶνται καὶ Ἀνδρόνικον κτλ. pag. 37 seq. Ἀνδρόνικος ἀκολουθῶν τῷ Ἀρχύτῳ. pag. 6. b. Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον. Cf. pag. 7. b. 13. b. 15. b. 34. 36 atque alios locos. — (35) Simplicius in Phys. fol. 103. b. (Cf. Schol. Arist. p. 361. b. ed. Brandis.) ἡ δὲ φύσις καὶ προδιατιθεμένη διατίθησι τὸ ἴσχυειν ἐνδθεν καθ' ἕκαστον κινήσεως εἶδος, ὡς καὶ ὁ Ἀνδρόνικος εἶπε. Idem fol. 216 εἰρηται δὲ καὶ πρότερον ὅτι τὰ μὲν πέντε βιβλία τὰ πρὸ τούτου φυσικὰ καλοῦσιν, τὰ δ' ἐντεῦθεν τρία περὶ κινήσεως. οὕτω γὰρ καὶ Ἀνδρόνικος « ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ κινήσεως » διατάττεται. Vid. fragm. I. Conf. et fol. 101. — (36) Vide Casauboni epist. 507 ed. Græv. — (37) Salmasius ad Epictetum et Simplicium p. 227 seqq. —

quum alii quoque Aristotelis interpretes sæpe erraverint, ipse autem ille Tyrannionis æqualis in genuinarum spuriarumque scriptorum distinctione lapsus sit. Sed videamus id quod maxime rem causamque continet. Aristotelis verba sunt : λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρχοῦντως ἕνια· καὶ χρηστὸν αὐτοῖς i. e. de animo vero etiam in exotericis disputationibus nonnulla satis copiose dicuntur; quibus utendum est. Quæ sic exprimit paraphrastes : περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ στόματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀρχοῦντως εἴπομεν ἕνια· καὶ χρηστὸν αὐτοῖς i. e. at de animo non solum in scriptis, sed etiam memoriter apud auditores nostros nonnulla satis copiose diximus; quibus qui volent hac in re utantur. Refragatur huic explicationi Salmasius, aitque talem paraphrasin non esse veteris Peripatetici, qui aliter de libris esotericis et exotericis apud Gellium (38) disseruerit. Quum autem dubitetur a viris doctis, utrum λόγους Aristoteles libros esse velit, ut Herodotus lib. V, cap. 36 et Xenophon Anab. lib. II cap. 1, an disputationes, verba et sermones : Andronicum apud Gellium secuti vocem istam interpretabimur de prælectionibus pomeridianis ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatis (39). Nimirum licebat Aristoteli scripturam prælegere in schola, ita ut frequenter aliquid ad rem præsentem aptatum subito ac memoriter adderet. Ita nihil falsi habet ista explanatio, quamquam paraphrastes hic non totam dictionis Aristotelis vim expressit. Pauca præterea quæ Salmasius (40) hujus paraphrasis auctori tanquam parum diligenter explicata objicit, commemorare non libet. Ut enim omnino homines doctrinæ studiis dediti non uni alicui certo se addicunt, sed multis utuntur magistris : ita Ethicorum Nicomacheorum libros legentibus

non ingrata erit hujus paraphrasis cum aliis interpretibus comparatio. Quamobrem dignam duxi, quam collatis superioribus editionibus (41) recognitam et latine versam Peripateticorum fragmentis adjicerem.

Subjunxi huic antiquitatis monumento Andronici de animi affectionibus libellum, mancum illum quidem atque a librariis male habitum, sed a Daniele Heinsio ex eodem codice, qui paraphrasin continet, atque ex aliis quibusdam membranarum, ut mea fert opinio, depromptum. Ipse enim hac de re silet. Etsi vero novos lectionum fontes aperire mihi non contigit, id tamen studui, ut hanc disputatiunculam emendatam et latine redditam in lucem revocarem.

*Aristocles* Messeniensis, Peripateticus, quem Alexandri Aphrodisiensis præceptorem fuisse testantur Simplicius (41) et Cyrillus lib. II in Julianum, publicatis pluribus operibus inclaudit. Inter ejus scripta fuit volumen (42), quo quærebat, utrum Homerus an Plato esset præstantior (πότερον σπουδαιότερος Ὁμηρος ἢ Πλάτων). Scripsit porro artem rhetoricam (τέχνας ῥητορικής) et de Serapide (περὶ Σαράπιδος) libellum. Adde decem de moribus (ἠθικά) totidemque de philosophia (περὶ φιλοσοφίας) libros, in quibus omnes recensuerat philosophos eorumque decreta persecutus erat. Sextum horum librorum citat Suidas v. Σωτάδης (43). Ex septimo fragmenta servavit Eusebius Præp. Evang. XI, 3, XV, 2 et 14. Ex octavo XIV, 17, 18, 19, 20, 21, quæ in medium protuli atque interpretatus sum (44).

Alius Aristoclis videntur fuisse Paradoxa, e quibus Stobæus (45) Flor. LX, 4, 37 locum affert. Præterea viri cognominis primum de republica Lacedæmoniorum volumen laudat Athenæus (46) IV p. 140. B. qui etiam musici (47) nescio cujus e commentatione de choris caput

(38) Vid. adn. 3 et 4. — (39) Parum accurate Eustratius : τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων τὰ μὲν πρὸς τοὺς κοινῶς ἀκρωμένους τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐκδέδοται ἐν ταῖς κοιναῖς διατριβαῖς ἀναγινωσκόμενα καὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἀμέσως διασαφούμενα· τὰ δὲ κατ' ἴδιαν πρὸς τινὰς ἐξωθεν προσπεφώνηται ἕκαστον αὐτῶν πρὸς ἕκαστον τῶν ζητούντων τοῖς ζητούμενοις πράγμασιν οἰκείως ἐκτεθειμένοι. Ἐκεῖνα μὲν οὖν ἀπροαματικά ὀνομαζόμενα ἔστι, ταῦτα δὲ ἐξωτερικά. — (40) Salmasius ad Epictetum et Simplicium pag. 241. — (41) Idem scriptor ex Heinsii recensione et cum latina ejus interpretatione formulis typographicis repetitus est Cantabrigiæ a. 1679 et Oxonii a. 1809.

(41) Simplicius in I de cælo fol. 34. b. (cf. Schol. Arist. p. 477. a. 31 ed. Brandis.) ἀνηρημένως δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, ὡς φησὶ, κατὰ τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον Ἀριστοτέλην (leg. Ἀριστοκλέα) ἐδέετο τὴν ἀπόδειξιν τοῦ τῆ κύκλου κινήσει μὴ εἶναι ἐναντίαν κίνησιν, μηδὲ τῷ κυκλο-

φορητικῷ σώματι ἐναντίαν. — (42) Suidas v. Ἀριστοκλής. — (43) Suidas v. Σωτάδης sic : Σωτάδης, Βυζάντιος, φιλόσοφος, ὡς φησὶν Ἀριστοκλής ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας ἔκτῳ. — (44) Ex eodem opere, ni fallor, Proclus in Tim. p. 7. a. (p. 14 ed. Schneider.) ἡσὺ περὶ : οὗτω γὰρ Ἀριστοκλής κατασκευάζει Θεαίτητον εἶναι τὸν ἀπόντα. — (45) Stobæus Flor. LX, 4, 37 Ἀριστοκλέους ἐν β' παραδόξων (cf. Plutarch. Moral. p. 312. e.) [Ἀριστώνυμος] Ἐφέσιος τῷ γένει νεανίας τῶν ἐπιστῶν, υἱὸς Δημοστράτου, ταῖς δ' ἀληθείαις Ἄρεως· οὗτος τὸ θῆλυ μισθὸν γένος νυκτὸς βαθείας εἰς τὰς πατρίδας ἔτρεχεν ἀγέλας, καὶ δὴ συνεγένετο θηλεία. Ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἔτεκε κόρην εὐεῖδιστάτην Ὀνοσκελίδα τούνομα, τὴν πρόσγορμάν λαβούσαν ἀπὸ τοῦ συμπτόματος. — (46) Athenæus IV p. 140. B. ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ, καὶ Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῳ πολιτείας, καὶ Ἀριστοκλής ἐν τῇ προτέρῳ καὶ οὗτος τῆς Λακωνῶν πολιτείας. — (47) Athenæus IV p. 174. C. ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοκλής ἐν

excerpsit. Fuerunt insuper Aristocles Lampscenus (48), Stoicus, explanator opusculi Chryssippei de ratione qua singula eloquimur et cogitamus, et Aristocles Pergamenus (49) sophista, Trajani et Hadriani temporibus clarus, a Suida memorati. Accedit Aristocles Rhodius (50), rhetor et grammaticus, qui Augusti imperatoris ætate vixit.

Sed redeo ad Aristoclem Messenium, cujus unum fragmentum infra omissum huic disputationi inseram. Nam ille apud Eusebium (51) Præpar. Evang. lib. XV cap. 14. de Stoicorum philosophia ita scribit: Rerum elementum, uti Heraclitus, ignem esse volunt, ejus vero principia, materiam atque deum, ut Plato. Verum hoc discrimine, quod Stoici ambo illa, tam efficiens quam patiens, corpora esse dicunt, Plato contra primum illum effectorem incorporum auctorem esse statuit. Deinde certis quibusdam fatoque constitutis temporibus mundum omnem conflagrare docent, ac deinde rursus suam speciem ornatumque recipere. Ac primum quidem illum ignem quasi semen aliquod esse, quod cunctarum rerum rationes, ac præteritorum simul, præsentium futurorumque causas contineat, quarum conjunctio quædam et consequentia, eorum quæ sunt omnium fatum, scientia, veritas et lex ejusmodi sit, quæ nullo

pacto vitari declinarique queat. Sic porro quæ in mundo sunt universa quam optime gubernari, tanquam in republica æquissimis legibus temperata.

Censebat sine dubio deum mentem esse vel animum per naturam rerum omnium intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur. Ita enim intelligendus locus de mente quæ sola divina est solaque extrinsecus illabitur (52). Atque Aristoteli quidem Alexander Aphrodisiensis (53) in secundo de anima fol. 144 seqq. hanc opinionem videtur ascribere, sed quæ adjicit, non in Aristotelem, sed in ipsius magistrum Aristoclem conveniunt. Quocirca pro Ἀριστοτέλους, quod in cunctis legitur codicibus calamo descriptis, reponendum esse Ἀριστοκλέους, animadvertit Zellerus hist. phil. Græc. tom. III, p. 429. Improbatur tale præceptum Alexander, atque Stoicis quam Peripateticis dignius esse contendit. Verum cum de omni Aristoclis philosophiæ formula, tum de hac re uberius disserere non attinet.

(54) Alexander Aphrodisiensis philosophiam Aristoteleam Athenis, ni fallor, vel Alexandriæ ab Imperatoribus Septimio Severo et Antonino Caracalla docere jussu studiosiorum suorum primitias libellum de fato iis dedicavit. Hinc colligas, eum ab anno post Chr. n. 199 usque ad annum

τῷ περὶ χορῶν οὕτωςί πως λέγων « Ζητεῖται πότῃ τῶν ἐμπνευστῶν ἐστὶν ὄργανον ἢ ὑδραυλικὴ ἢ τῶν ἐντατῶν. Ἀριστοτέλιος μὲν οὐδὲν τοῦτο οὐκ οἶδε. Λέγεται δὲ Πλάτων μισθρὸν τινα ἐννοῖαν δοῦναι τοῦ κατασκευάσματος νυκτερινὸν ποιήσαντα ὀρολόγιον οἰκῆς τῷ ὑδραυλικῷ, οἷον κλεψύδραν μεγάλην λίαν. Καὶ τὸ ὑδραυλικὸν δὲ ὄργανον δοκεῖ κατὰ κλεψύδραν εἶναι. Ἐντατῶν οὐδὲν καὶ καθαπτῶν οὐκ ἂν νομισθεῖν, ἐμπνευστῶν δ' ἂν ἰσως ῥηθεῖν διὰ τὸ ἐμπνεῖσθαι τὸ ὄργανον ὑπὸ τοῦ ὕδατος. Κατεστραμμένοι γάρ εἰσιν οἱ αὐλοὶ εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ ἀρασσομένοι τοῦ ὕδατος ἐπὶ τινος νεανίσκου, ἔτι δὲ δεικνυμένων ἀξίνων διὰ τοῦ ὄργανου, ἐμπνεύονται οἱ αὐλοὶ καὶ ἵχον ἀποτελοῦσι προσῆνη. Ἔοικε δὲ τὸ ὄργανον βωμῶ στρογγύλῳ. Καὶ φασὶ τοῦτο εὐρηθῆναι ὑπὸ Κτησιβίου κουρέως, ἐνταῦθα οἰκοῦντος ἐν τῇ Ἀσπενδιᾷ ἐπὶ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου, διαπρέψαι τὴν φασὶ μεγάλως. Τουτονὶ οὐδὲν καὶ τὴν αὐτοῦ διδάξει γυναικῆ Θαιδα. » —

(48) Suidas : Ἀριστοκλῆς, ὁ Λαμψακηνός, φιλόσοφος Στωϊκός, ἔγραψεν ἐξηγήσιν τῶν Χρυσίππου περὶ τοῦ πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοοῦμεθα ἐν βιβλίοις τέσσαρσι (Diogenes Laërtius VII, 201) — (49) Suidas : Ἀριστοκλῆς, ὁ Περγαμηνός, σοφιστής, κατὰ Τραϊανὸν καὶ Ἀδριανὸν βεδιωκός, ἔγραψε Τέχνην ῥητορικὴν, Ἐπιστολάς, περὶ ῥητορικῆς βιβλία πέντε, Μελέτας, πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ διανεμῆσει τοῦ χρυσοῦ. — (50) Hujus de poetica librum laudat Ammonius v. ἐπικλήδιος, cujus hæc sunt verba : ἐπικλήδιος καὶ θρήνος διαφέρουσι. Ἐπικλήδιον μὲν γὰρ ἐστὶ τὸ ἐπὶ τῷ κήδει· θρήνος δὲ, τὸ ἐν φῶδι. Ὁδὸν Τρώων. Ἀριστοκλῆς δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς τοῦμπαλιν. Φησὶ γὰρ· θρήνος δ' ἐστὶν φῶδι τῆς συμφορᾶς οἰκτεῖον ὄνομα ἔχουσα· ὀδυρμὸν ἔχει σὺν ἔγκω-

μίῳ τοῦ τελευτήσαντος. Τινὲς μὲν οὐδὲν κοινῶς πάντα εἶπον θρήνους· οἱ δὲ διαφέρειν θρήνῳ τε καὶ ἐπικλήδιον· τῷ τὸν θρήνον φθεσθαι παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ τῆς ταφῆς, καὶ μετὰ τὴν ταφὴν, καὶ κατὰ τὸν ἐνιαυσίον χρόνον τῆς ταφῆς, φθόμενον ὑπὸ τῶν θεραπευτικῶν, καὶ τῶν σὺν αὐταῖς. Τὸ δ' ἐπικλήδιον, ἔπαινον τινα τοῦ τελευτήσαντος μετὰ τινος μετρίου σχετλιασμοῦ. Vid. Fabric. Bibl. Græc. vol. VII p. 52. — (51) Eusebii Præpar. Evang. lib. XV cap. 14 περὶ τῆς τῶν στωϊκῶν φιλοσοφίας, ὅπως τε ὁ Ζήνων τὸν περὶ ἀρχῶν ἀπεδίδου λόγον· ἀπὸ τοῦ ἐβδόμου περὶ φιλοσοφίας Ἀριστοκλέους. Στογιστῶν εἶναι φασὶ τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθάπερ Ἡράκλειτος, τούτου δ' ἀρχῆς Ὀλην καὶ θεόν, ὡς Πλάτων. Ἄλλ' οὕτω ἄμφω σώματα φασιν εἶναι, καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον, ἐκείνου πρώτον ποιοῦν αἰτίον ἀσώματων εἶναι λέγοντων. Ἐπειτα δὲ καὶ κατὰ τινος εἰμαρμένους καὶ ὀρισμένους χρόνους ἐκπυροῦσθαι τὸν σῶμα πάντα κόσμον, εἴτ' αὖθις πάλιν διακοσμεῖσθαι. Τὸ μέντοι πρῶτον πῦρ εἶναι καταπερεῖ τι σπέρμα, τῶν ἀπάντων ἔχον τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν γιγνόντων, καὶ τῶν γινομένων, καὶ τῶν ἐσομένων· τὴν δὲ τούτων ἐπιπολοκὴν καὶ ἀκολουθεῖαν, καὶ εἰμαρμένην, καὶ ἐπιστήμην καὶ ἀλήθειαν, καὶ νόμον εἶναι τῶν ὄντων ἀδιάδραστον τινα καὶ ἀφυκτον. Ταύτη δὲ πάντως δικαιεῖσθαι τὰ κατὰ τὸν κόσμον ὕπερου, καθάπερ ἐν τῇ εὐνοματῆτι τινὶ πολιτεῖα. — (52) Aristoteles de generat. animal. lib. II cap. 3 λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐκπεσεῖναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. — (53) Alexander Aphrodisiensis de anima lib. II fol. 144 seqq. ἤκουσα δὲ περὶ νοῦ τοῦ θύραθεν παρὰ Ἀριστοτέλους ἢ δισσωσάμην. — (54) Alexander Aphrodisiensis I. c. fol. 145 ἀντιτίκτεται ἐβόαι μοι τότε τούτοις, τὸν νοῦν καὶ ἐν τοῖς φαυλοτάτοις εἶναι

211 fere floruisse. Qui quum Aristoclem Messenium (55) et Herminum (56) Peripateticos audivisset atque in una rerum contemplatione quasi tabernaculum vitæ suæ collocasset, perfectus evasit philosophus. Fuit enim, si ab ipso sectæ conditore discesseris, Peripateticorum sine controversia princeps. Aliis videlicet aliena dogmata rationi Aristoteleæ admiscens, ipse quoad ejus fieri posset veterem Stagiritæ disciplinam restituit. Quapropter Aristotelis scripta plurimis commentariis illustravit, qui intelligentibus harum rerum existimatoribus adeo probabantur, ut ipse meritam gloriam consecutus illius interpres (ἐξηγητής) et diceretur et haberetur. Quo factum est, ut Hieronymus I in Rufinum his verbis eum designaret: *Revolvæ Aristotelem et Alexandrum, Aristotelis volumina disserentem, et quanta ambiguum sit copia, eorum lectione cognosces. Quid? quod Ἀριστοτελικὸς Ἀλέξανδρος vocatus est a Cyrillo IV contra Julian. pag. 133. Quin etiam Porphyrius (57) in vita Plotini cap. 14 Alexandri Peripatetici, quem Aphrodisiensem existimamus, commentarios in scholis lectos esse memoriæ prodiit. Verum ne de commentariis illis, qui satis noti sunt, hic exponam, breviter de aliis ingenii monumentis, quibus Alexander nomen suum ad immortalitatis memoriam consecravim, dicendum videtur. Composuit igitur librum περὶ εἰμαρμένης καὶ τοῦ ἐπ' ἡμῖν de fato ac de eo quod in nostra est potestate, ex quo insignem locum excerpit Eusebius inseruitque Præpar. Evang. VI, 9. Hunc librum post duplicem Aldi Manutii editionem (58) primus latine vertit Hieronymus Bagolinus et quatuor voluminibus quæstionum Alexandri subjecit Venetiis a. 1541 et 1559 maxima forma apud Hieronymum Scotum (59). Eundem in collectis philosophorum de fato sententiis interpretatus est Hugo Grotius Lutetiæ a. 1648 quaternis et Amstelodami 1648 duodenis, qui se ad exemplar græcum in latinam linguam transferendum Aldi editionem cum Ruse-*

bio et manu scripto codice contulisse testificatur. Denique græce et latine cum nova translatione nescio cujus viri docti (50) hic Alexandri libellus in publicum prodiit Londini anno 1658. Accessit autem huic volumini Ammonii Hermiæ commentarius in secundam partem dissertationis Aristoteleæ de interpretatione.

Porro lectu digna videtur Alexandri commentatio de mixtione (περὶ μίξεως) sive de temperatione corporum ad Stoicorum præcipue sententiam de corporum penetratione et deo mundi anima explodendam accommodata. Hæc primo græce edita est una cum commentariis Alexandri in Aristotelis Meteorologica Venetiis a. 1527 apud Aldum; deinde ab Angelo Caninio latine reddita ad calcem quæstionum naturalium et librorum de anima prodiit in eadem urbe a. 1555 apud Hieronymum Scotum.

Præterea plausum tulerunt ejus Φυσικῶν σχολίων δι' ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλία δ' Physicorum scholiorum per dubitationes et solutiones ad varios Aristotelis locos libri quatuor, sive Quæstiones naturales, ut Politianus vocat. Atqui hi quidem Quæstionum libri græce primum divulgati sunt a Victore Trincavello Venetiis a. 1536 in ædibus Aldi et Asulani forma majori; quibus adjunctus est libellus de fato. Latina autem eorundem librorum interpretatio, quæ Hieronymo Bagolino ejusque filio Joanni Baptistæ debetur, Venetiis anno 1559 in lucem prolata est.

Sed omnibus semper placuerunt duo ejus de anima (περὶ ψυχῆς) libri græce publicati in fine operum Themistii subjuncto Alexandri de fato libello Venetiis studio et opera Victoris Trincavello a. 1534 forma majori typis Aldi et Asulani. Primum librum ex græco in latinum sermonem vertit Hieronymus Donatus Venetiis a. 1538 octonis et Lutetiæ ad calcem Themistii a. 1528 forma majori. Alterum librum latinæ consuetudini tradidit Angelus Caninius, cujus interpretatio cum priore libro per Donatum verso prodiit in fine quæstionum naturalium Venetiis a.

θεῖον ὄντα, ὡς τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς ἔδοξεν. — (55) Simplicius in I de cælo fol. 34. b. et Cyrillus in Julian. lib. II cf. not. 41. — (56) Simplicius in II de cælo fol. 105. — (57) Porphyrius in vita Plotini cap. 14 ἐν δὲ ταῖς συνοουσίαις ἀνεγινώσκето μὲν αὐτῶ τὰ ὑπομήματα, εἴτε Σεβήρου εἴτε Κρονίου, ἢ Νουμηνίου, ἢ Γαίου, ἢ Ἀττικοῦ, καὶ τοῖς Περιπατητικοῖς τὰ τε Ἀσπασίου καὶ Ἀλεξάνδρου, Ἀδράστου τε καὶ τῶν ἐμπισόντων. — (58) Prioris titulus est: τὰ Θεμιστίου τοῦ εὐφραδοῦς ἅπαντα, τοῦτ' ἐστὶ παράφρασις καὶ λόγοι. Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιεύως περὶ ψυχῆς βιβλία δύο καὶ ἐν περὶ εἰμαρμένης. Venetiis apud Aldum 1534. Posterioris vero: Ζητήματα Ἀλεξάνδρου φυσικὰ περὶ ψυχῆς, Μετάφρασις ἐκ τῶν Δαμασκίου εἰς τὸ πρῶτον περὶ οὐρανοῦ βιβλίων. Ἐπιτομὴ σχολικὴ εἰς τὰ δ'

πρῶτα καὶ τὸ ἡ' περὶ φυσικῆς βιβλία. Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως βιβλίων, ΠρισκIANOῦ Λύδου μετάφρασις τῶν Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως. Venetiis, typis Aldi et Asulani 1536. Sed in exemplaribus omnibus, quæ Fabricius inspexit, insunt tantum Alexandri Quæstiones Physicæ cum libro de Fato, reliquis quæ titulus promiserat ommissis. Vid. Fabric. Bibl. Græc. IV p. 66. — (59) Liber rarissimus sic inscribitur: Alexandri Aphrodisiensis Peripatetici doctissimi Quæstiones Naturales et Morales et de Fato, Hieronymo Bagolino Veronensi et Baptista filio Interpretibus, de anima liber I Hieronymo Donato Patricio Veneto interprete, de anima liber II et de mixtione Angelo Caninio Angleriensi interprete, omnia excusa Venetiis apud Hieronymum Scotum 1559. — (60) Hæc

155g forma maxima ex officina Hieronymi Scoti, addito Alexandri de mixtione opusculo.

Cætera Alexandri scripta silentio prætereo. Ex iis autem nostræ memoriæ criticis qui ad emendanda Alexandri opera incubuerunt, nobilitatus est Joannes Conradus Orellius editione libri de Fato, quibus alias similis argumenti disputationes adjecit (61). Is enim multa rei bene gerendæ, quibus superiores editores caruerant, adjumenta habuit. Duorum videlicet librorum manuscriptorum lectiones, diligenter a viris doctis enotatæ, ad recensendum Alexandri textum ei præsto fuerunt. Quippe codicem Fabricianum, qui in Academiæ Hafniensis bibliotheca asservatur, cum editione Londinensi libelli de fato ac de eo quod in nostra est potestate contulit Th. D. Blochius, illius bibliothecæ præfectus, omnemque scripturæ varietatem Orellio misit. Idem Blochius duo capita de Fortuna et Fato ex isto codice exscripta cum diversitate lectionis editionis Aldinæ prioris (nam in altera Libri de anima, quibus continentur hæc capita, licet in titulo promittantur, non comparent) Orellio utenda tradidit. Cæterum in codice illo, qui numero 85 notatur, varia scripta hoc ordine reperiuntur; primum Joannis Damasceni κεφάλαια φιλοσοφικά; deinde Græculi nescio cujus dissertatio περί ἐκουσίου καὶ ἀκούσιου sexto decimo sæculo composita; tum Alexandri Aphrodisiensis περί τύχης καὶ εἰμαρμένης capita duo ex ejus libro secundo de anima; præterea ejusdem πρὸς αὐτοκράτορας περί εἰμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν βιβλίου; porro ejusdem σχολίων φυσικῶν, ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλίου β' (cap. 2-16); denique Συναγωγή τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικὴν τῶν ἀποδοθεῶν ὑπὸ τῶν χριστιανῶν ἐξηγητῶν καὶ Ἑλλήνων. Alter codex quo Orellio uti licebat, est Monacensis vel potius exemplar editionis Aldinæ prioris, bibliothecæ regiæ Monacensis ornamentum, in cujus margine manu, ut videtur, F. Victorii cum correctiones Aldinæ posterioris, tum aliæ lectiones haud contemnendæ scriptæ sunt. Has Victorii notas e libro Monacensi depromtas Xaverius Werferus cum Orellio communicavit. Huc accesserunt alia doctrinæ præsidia. Etenim a Benekio, Professore Gottingensi, contentionem et comparisonem utriusque Aldinæ cum editione Londinensi a

doctis adolescentibus factam accepit. Insuper Joann. Caselii editionem, viri de Alexandro bene meriti, Rostochii a. 1588 quaternis adornatam Fridericus Creuzerus Orellio commoda vit, qui ipse eam cum Londinensi contulit. Idem ad corrigenda græcæ orationis menda non solum Eusebii Præparationem Evangelicam et Hieronymi Bagolini translationem cum codice Hafniensi sæpe consentientem, sed etiam latinas Hugonis Grotii et editoris Londinensis interpretationes et germanicam Georgii Schulthessii (62) adhibuit. Exemplari græco elegantem Hugonis Grotii interpretationem, maxime ex editione Aldina posteriore expressam, emendatis tamen locis quibusdam minus intellectis, adjunxit. Libro de Fato addidit Capita duo de Fortuna et Fato cum Angeli Caninii translatione, porro Ammonii Hermiæ filii et Plotini Commentationes de Fato, illam e Londinensi Alexandri editione, hanc e Basileensi petitam. Adjecit etiam ex Eusebii Præparatione Evangelica, collatis Rob. Stephani et Franc. Vigeri editionibus, Bardesanis Syri locum adversus astrologos scriptum. Denique in fine voluminis præter breve Alcinoui caput, Georgii Gemisti Plethonis de fato libellum posuit, quem antea Sam. Reimarus Lugduni Batavorum a. 1722 græcæ et latine ediderat. His omnibus opusculis tum lectionis varietatem e libris scriptis et impressis excerptam, tum suas et patruelis Casp. Orellii annotationes subject.

Uberius de Orellio dixi, ne virum præclarum, cujus acumen in emendandis et illustrandis hisce disputationibus elaboravit, debita laude fraudasse viderer. At si quis non ex præsumta opinione, sed ex veritate quæ præstita sunt æstinaverit, plura incepta, aliqua absoluta, alia de integro et intentiore studio agenda reperiet. Quum igitur Peripateticorum reliquiis disputationes omnes ab Orellio vulgatas adjiungere decrevissem videremque, quantum in hoc genere post illius laborem relictum esset bene merendi materiæ: operi inchoato et prope jam absoluto tanquam fastigium imponere conatus sum. Itaque verba græca castigavi, locos corruptos correxi, denique rejectis magna ex parte aliorum translationibus ipse hæc opuscula interpretatus sum.

translatio paulo melior et elegantior Grotiana est. (61) Liber ita inscribitur: Alexandri Aphrodisiensis, Ammonii Hermiæ filii, Plotini, Bardesanis Syri et Georgii Gemisti Plethonis de Fato quæ supersunt græcæ ad codicum manuscriptorum, editionum, versionum fidem recensuit, interpretationem latinam Hugonis Grotii et

aliorum emendatiorem, varietatem lectionis et notas adjecit Joannes Conradus Orellius. Insertæ sunt animadversiones Jo. Casp. Orellii. Turici, typis Orellii, Fusslini et soc. 1824.

(62) Vide *Bibliothek der griechischen Philosophen* tom. IV pag. 150 seqq. Turici 1782. 8.

# ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

## ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

### Η ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

#### ΒΙΒΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

#### Κεφ. α'.

Ἔστι ἴσθιον ἴσχατον τέλος, πρὸς δὲ πᾶσαι τάττονται αἱ ἀνθρώπινα πράξεις.

\* Ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ ἀγαθὸν τι ζητοῦμεν· καὶ προαιρούμεθα δὲ καὶ πράττομεν ἐκεῖνα, ὅθεν ἀγαθὸν τι προσδοκῶμεν λαβεῖν. Διὰ τοῦτο καλῶς ἀπεφήναντο ἐκεῖνα εἶναι τὸ ἀγαθόν, οὗ πάντα ἐφίεται<sup>α</sup>. Καὶ γὰρ οὐ μόνον τὰ λογισμῶν κινούμενα ἐνεκά τινος ἀγαθοῦ κινεῖται, ἀλλὰ καὶ τὰ φύσει κινούμενα πρὸς τι φέρεται τέλος ἀγαθὸν ἀλόγως, καθάπερ τὸ βέλος εἰς τὸν σκοπόν. Ἔστι μὲν οὖν πάσης πράξεως καὶ κινήσεως τέλος.

\*\* Διαφορὰ δὲ τις φαίνεται τῶν τελῶν. Ἔστι γὰρ πράξεως τέλος, ἔργον, ὡσπερ τῆς ναυπηγικῆς τὸ πλοῖον· ἴσθι δὲ πάλιν πράξεως τέλος ἄλλη πράξις, ὡσπερ τῆς ἵππικῆς τὸ ἵππεύειν.

Ἐφ' ὧν δὲ οὐχ ἡ πράξις τέλος, ἀλλὰ ἔργον, ἐπ' ἐκείνων βέλτιον τὸ ἔργον τῆς πράξεως. Πολλῶν δὲ πράξεων οὕτων, πολλὰ γίνονται καὶ τὰ τέλη. Ἰατρικῆς μὲν γὰρ τέλος υἰγιαία, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον, στρατηγικῆς δὲ νίκη, οἰκονομικῆς δὲ πλοῦτος. Συμβαίνει δὲ πολλὰς πράξεις καὶ τέχνας ὑπὸ μίαν δύναμιν εἶναι καὶ τέχνην πολλάκις, ἥνικα διὰ τὸ τέλος ἐκείνης τῆς τέχνης ἐκείναι ζητοῦνται. Οἷον ἡ χαλινοποιητικὴ, καὶ ἡ ἵππικὴ, καὶ πᾶσα πολεμικὴ πράξις, τὸ τέλος ζητοῦσι τῆς στρατηγικῆς· πᾶσαι γὰρ ἐνεκα τῆς νίκης ἐπιτηδεύονται. Καὶ διὰ τοῦτο αἱ μὲν, ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν λέγονται εἶναι· ἡ δὲ στρατηγικὴ, ἀρχιτεκτονικὴ πρὸς αὐτάς καλεῖται· δύναται γὰρ ὅπερ δὲ ἀρχιτέκτων ἐν τοῖς τέκτοσι. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀποβλέπων εἰς τὸ εἶδος τῆς οἰκίας ἐκεῖνα κελεύει ποιεῖν τοὺς τέκτονας, ἃ πρὸς ἐκεῖνο φέρει τὸ εἶδος, οὕτω καὶ ἡ στρατηγικὴ καὶ εἴ τις ἄλλη τοιαύτη, ἀπὸ τοῦ ἰδίου τέλους ταῖς ἄλλαις δίδωσι τοὺς κανόνας. Καὶ γὰρ καὶ τὸν χαλινὸν δὲ χαλινοποιός, πρὸς τὴν νίκην, ὡσπερ εἰς κανόνα, ἀποβλέπων, τοιοῦτον ἐποίησεν, ὥστε ἀρμόσκειν καὶ ἐπιτήδειον εἶναι τῷ ἐπειγόμενῳ νικᾶν, καὶ τὴν ἐφεστρίδα ἕτερος, καὶ ἄλλοι ὅσοι τεχνίται τῶν ἵππικῶν ὀργάνων εἰσὶ· καὶ ἡ ἵππικὸς οὕτω διέθηκεν ἑαυτὸν, ὥστε δυνηθῆναι νικᾶν· καὶ ὁ στρατιώτης· καὶ ὁμοίως πᾶσας τὰς ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν τὸ τέλος αὐτῆς

# ANDRONICI RHODII

## ETHICORUM NICOMACHEORUM

### PARAPHRASIS.

#### LIBER I.

#### Cap. I.

Aliquem extremum esse finem, ad quem omnes humanae actiones referantur.

In omni tam arte quam docendi ratione bonum aliquod quaerimus : quia et prae reliquis eligere illa et agere solemus, unde bonum aliquod consecuturos nos putamus. Quare recte nonnulli bonum id pronuntiarunt esse, quod omnia appetunt. Et profecto, non ea tantum quae moventur ratione, ob boni alicujus causam moveri videmus : sed et ea, quae natura sua moventur, ad bonum aliquem finem, licet sine ratione, ferri ; quemadmodum sagitta ad scopum fertur. Quamobrem tum actio omnis finem suum habet, tum motus.

Aliqua tamen finium videtur esse differentia. Actionis enim finis, opus est, sicut artis navium aedificandarum, navis : rursus actionis finis alia est actio : sicut equitandi artis, equitare.

Jam vero in quibus non actio finis est, sed opus, in iis melius actione opus est. Actiones autem quum sint multae, multi etiam sunt fines. Medicinae enim finis est sanitas, artis navium aedificandarum navis, imperatoriae artis victoria, rationis denique ejus quae in re familiari tuenda versatur, divitiarum. Sed et frequenter actiones multae atque artes uni alicui vel facultati subjectae sunt vel arti : quoties nimirum propter illius artis finem illae expetuntur. Velut ars ea, quae in conficiendis frenis occupatur, item equitandi facultas omnisque actio militaris finem scientiae imperatorum quaerunt : omnes enim victoriae causa exercentur. Ac propterea illas quidem sub imperatorum scientia esse dicuntur : ipsa vero imperatoria ars respectu earum architectonica dicitur : idem enim potest, quod inter fabros reliquos architectus. Etenim quemadmodum ille ad formam respiciens domus, facere ea fabros jubet reliquos, quae ad illam formam efficiendam valent : sic ars imperatoria, et si quae alia est hujusmodi, ex fine suo reliquis normam praebet. Nam et qui frenum conficit, ita illud conficit, ut ad victoriam respiciat tanquam ad normam : idque eo modo, ut congruere possit ei et servire, qui victoriam consequi properat : alius item sagulum, et quisquis denique equestriae arma fabricatur : sed et eques ita se praeparat ut possit vincere, et miles

\* Superiorum editionum notas margini appositae repetit, quo facillior esset lectoribus Aristotelis verborum cum Andronici paraphrasi comparatio. — Ad Aristot. lib. 1, cap. 1. πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος κτλ. — \*\* Διαφορὰ δὲ τις κτλ.

διατίθησιν. Ἔστι μὲν οὖν ἐκάστη τῶν ὑπὸ τὴν ἀρχιτεκτονικὴν τέλος, καθάπερ χαλινοποιητικῆ χαλινός, καὶ ἱππικῆ ἱππεύσις, καὶ ταῖς ἄλλαις ἄλλο τι. Ἔστι δὲ καὶ τῆ ἀρχιτεκτονικῆς τέλος, καθάπερ τῆ στρατηγικῆς ἡ νίκη· ἀλλὰ τὸ τέλος τῆς ἀρχιτεκτονικῆς βέλτιον, καὶ προτιμότερον<sup>b</sup> τῶν ἄλλων τελῶν. Διότι καὶ τὰ τῶν ἄλλων τέλη τῶν ὑπ' αὐτὴν, διὰ τὸ ταύτης τέλος ζητεῖται, καθάπερ εἰρηται. Εἰ δὲ καὶ μὴ πράξεις εἶεν τὰ τέλη τῶν πράξεων, ἀλλὰ ἔργα, οὐδὲν κωλύει βέλτιον εἶναι καὶ αἰρετώτερον καὶ αὐτῶν τῶν ἔργων τὸ τῆς ἀρχιτεκτονικῆς τέλος, καὶ πράξις ὄν. Ὡσπερ χαλινοποιητικῆς μὲν τέλος, ἔργον· χαλινός γάρ· στρατηγικῆς δὲ τέλος πράξις· νίκη γάρ. Καὶ οὐδὲν κωλύει τὴν νικῆν βελτίω εἶναι καὶ αἰρετωτέραν τοῦ χαλινού· τὸ γὰρ ἔργον βέλτιον τῆς πράξεως, οὐ πάσης, ἀλλὰ μόνης ἐκείνης, ἧς ἀποτέλεσμα ἐστὶ, διότι τέλος ἐκείνης ἐστὶ· τὸ δὲ τέλος αἰετιμώτερον τοῦ πρὸς αὐτὸ τεταγμένου. Ἔστι δὲ πολλαῖς ἐν τέλος, τὸ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν· ἐστὶ δὲ καὶ πάσαις ὁμοῦ τέλοσιν ἐν ἔσχατον, δι' ὃ τὰ τῶν ἄλλων τέλη ζητοῦνται, καὶ οὐκ ἐστὶν<sup>c</sup> ἐκεῖνο δι' ἄλλο, ἀλλὰ αὐτὸ δι' ἑαυτοῦ.

\* Καὶ γὰρ εἰ μὴ ἐν τι εἴη ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ αἰετι τὸ δι' ἕτερον αἰρούμεθα, καὶ ἐκεῖνο δι' ἄλλο, καὶ αἰετι ἐν τῷ παρόντι ἄλλο ζητήσομεν, οὐδέποτε ἐπιτυζόμεθα, οὐ ἐπιφέμεθα· καὶ οὕτω συμβαίνει ματαίαν καὶ κενὴν τὴν ὄρεξιν εἶναι, οὐκ ὄντος ἐφ' οὗ στήσεται φερομένη. Τοῦτο δὲ ἄτοπον· οὐδέμια γὰρ φυσικῆ ἐφεσις μάτην. Ἀνάγκη τοίνυν ἐν τῷ ἔσχατον εἶναι τέλος· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀριστον. Ὡστε καὶ ἡ γνώσις αὐτοῦ μεγάλη ἡμῖν πρὸς τὸν βίον ἔσται βοήθεια· συμβήσεται γὰρ τοῦ δέοντος μᾶλλον ἐπιτυχεῖν, καθάπερ τοξόταις εἰς τὸν σκοπὸν βλέπουσιν.

(Scripsi : \* ἐφέται ] ex Aristotele; codd. ἐφίενται. — <sup>b</sup> προτιμότερον ] cod. προτιμώτερον. — <sup>c</sup> ἐστὶν ] cod. ἐστὶ).

### Κεφ. β'.

Ἄτι τῆς πολιτικῆς ἐστὶ τέλος τὸ ἔσχατον τέλος.

\*\* Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, πειρατέον δρῖσασθαι ὡς ἐν τύπῳ, τί ποτὲ ἐστὶ τοῦτο τὸ ἔσχατον τέλος, καὶ τίνας ἐστὶ προσεχῶς τῶν ἐπιστημῶν καὶ τῶν πράξεων. Ἔστι μὲν γὰρ ἀπάσης τέχνης καὶ δυνάμεως κοινὸν τέλος. Ἔστι δὲ καὶ προσεχῶς μίξις τινος δυνάμεως· καθάπερ τὸ τέλος τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ἐστὶ μὲν καὶ πασῶν τῶν ὑπὸ τὴν ἀρχιτεκτονικὴν· ἐστὶ δὲ καὶ προσεχῶς αὐτῆς τῆς ἀρχιτεκτονικῆς. Δοκεῖ τοίνυν εἶναι τέλος τῆς κυριωτάτης τῶν τεχνῶν καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς· τοιαύτη δὲ ἡ πολιτικῆ· ταῖς γὰρ ἄλλαις τέχναις τὴν τάξιν καὶ τὸν καιρὸν αὐτὴ δίδωσι. Τίνας γὰρ ἐπιστήμας ἐν ταῖς πόλεσιν εἶναι προσήκει, καὶ τίνας ἀνθρώπους ποίας ἐπιστήμας δεόν μανθάνειν, καὶ μέχρι τίνας, μόνης τῆς πολιτικῆς ἐστὶ σκοπεῖν· μόνη γὰρ ἡ πολιτικὴ τὰς μὲν πονηρὰς τῶν τεχνῶν τῆς πό-

alius : omnes denique quæ sub imperatorum scientia sunt, ipsius imperatoris artis finis regit. Habent ergo quæ sub architectura sunt finem suum singulæ, velut quæ ad frena faciendâ incumbit, frenum ipsum, equitandi facultas equitationem, aliæ denique alium finem. Habet et finem suum architectura, ut imperatoria ars victoriam : cæterum finis hujus et melior et præstantior reliquis est. Quare et allarum, sicut jam dictum est, quæ sub ea sunt fines, ob hujus finem expetuntur. Porro licet non actiones, sed opera sint actionum fines, nihil tamen obstat, quominus præstantior sit magisque expetendus architecturæ finis, quamvis sit actio tantum. Sicut artis quæ frenum fabricatur, finis est opus : est enim frenum ; imperatorum autem scientiæ, actio : est enim victoria : neque quidquam obstat propterea, quin præstantior freno longeque præferenda sit victoria : opus enim actione quidem est præstantius ; non omni tamen, sed ea tantum, qua perficitur hoc opus : quippe quum finis actionis illius sit : finis autem eo quod ad ipsum refertur, semper est potior. Est autem finis unus multarum rerum et artium, sicut ille quem in architectonicis videmus : sed et omnium reliquarum finis unus extremus est, cujus causa reliquarum fines queruntur : quum ipse nullius alterius causa, sed per se expetatur. Etenim nisi unus aliquis extremus finis esset, sed semper aliquid alterius causa peteremus, et hoc rursus altertus, atque ita aliud in singulis, nunquam id quod petimus consecuturi essemus : sed contra vanum et sine ullo effectu foret hoc desiderium, quum nihil haberet, ubi posset consistere. Quod certe absurdum est, quia nulla naturalis cupiditas inanis est. Quare necesse erit, unum esse finem extremum : is autem erit, id quod bonum appellamus et optimum. Itaque etiam cognitio illius magno nobis in vita subsidio futura est : sic enim continget, ut, quemadmodum sagittarii solent, qui scopum sibi proponunt, magis id quod decet assequamur.

### Cap. II.

Finem prudentiæ civilis esse extremum finem.

Quodsi ita est, danda est opera, ut quasi crassa Minerva, quis extremus ille finis, et cujus proprie scientiæ actionisque sit, definiamus. Omnis enim artis et facultatis communis est finis. Sed et unius alicujus facultatis peculiaris est : sicut finis architecturæ ; is enim et omnium simul quæ architecturæ subsunt, et ipsius peculiariter est architecturæ. Quare et artis ejus quæ præcipua maximeque est architectonica, finem esse aliquem verisimile sit : talis autem est prudentia civilis : utpote quæ aliis artibus ordinem suum tempusque præfiniat. Etenim et quas in urbibus esse, et quas a quibus hominibus disciplinas, et quousque disci oporteat inspicere, unius civilis est rationis : sola videlicet ratio civilis inutilis ex urbe ejicit, nec eas quæ sunt utiles ab omnibus aut disci aut semper exerceri simit.

\* Cap. 2 εἰ δὴ τι τέλος κτλ. — \*\* Εἰ δ' οὕτω, πειρατέον κτλ.

λωος ἀπελαύνει, τὰς δὲ λυσιτελούσας οὐ συγχωρεῖ πάντας μαθάνειν, ἢ μαθόντας αἰετ μεταχειρίζεσθαι. Οὐ γὰρ εἴ τις δυνάμενος στρατηγεῖν καὶ σώζειν τὴν πόλιν, τοῦτον ἐξ σκυτοτομεῖν· οὐδὲ στρατιώτην εἶναι δίκαιον εἶναι ὄντα, στρατηγὸν ἐποίησε. Τῷ δὲ προσήκοντι τῇ τέχνῃ τοῦς καιροῦς ἀποδίδωσιν· ὥστε μὴ στρατηγεῖν, ὅτε ἡσυχίαν ἀγειν προσῆκεν. Ὁ γὰρ πολιτικὸς πέμψει μὲν τὸν στρατηγὸν ὁπόταν δέη· κελεύσει δὲ ἡσυχίαν ἀγειν ὅτε τούτου καιρὸς. Εἰ γὰρ καὶ ὁ στρατηγὸς πολλάκις ἑαυτῷ δίδωσι τὸν καιρὸν, ἀλλ' οὐ τῇ στρατηγικῇ τέχνῃ. Πάντες γὰρ οἱ τῆς τέχνης κανόνες τὸ τέλος τῆς τέχνης ἐκείνης μόνον σκοποῦσιν· ὅς δὲ πρὸς τοῦναντίον ἢ πρὸς ἄλλο φέρεται, οὐκ ἔστι τῆς τέχνης ἐκείνης κανὼν. Ὡστε ὁ στρατηγὸς σκοπῶν, ὁπόταν δεῖ πολεμεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἡσυχάζων πολλάκις, καὶ περὶ εἰρήνης διαπρεσθευόμενος, δηλὸς ἔστιν οὐ τῷ κανόνι τῆς στρατηγικῆς κεχρημένος, ἀλλ' ἐτέρας τινὲς τέχνης μείζονος καὶ κυριωτέρας, ἥτις ἔστιν ἢ πολιτικῆ. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὰς τιμωτάτας τῶν τεχνῶν ὑφ' ἑαυτὴν ἢ πολιτικῆ ποιεῖται· λέγω δὴ στρατηγικῆν, οἰκονομικῆν, καὶ ῥητορικῆν, καὶ ταῖς λοιπαῖς τῶν πρακτικῶν χρῆται πρὸς τὸ οἰκεῖον δηλαδὴ τέλος· (πάσας γὰρ τάττει πρὸς τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ἀγαθόν, καὶ διὰ τοῦτο νομοθετεῖ, τί δεῖ πράττειν καὶ τίνων ἀπέχεσθαι·) τὸ ταύτης τέλος περιέχει ἂν τὰ τῶν ἄλλων. Ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ τῶν ἄλλων τέλη ζητεῖται, διὰ τὸ εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τὸ δὲ τέλος ἔστι τῆς πολιτικῆς, δι' ὃ τὰ τῶν ἄλλων τέλη ζητοῦνται, φανερόν ἐστι τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθόν. Καὶ δεῖον μὲν, ὅτι τὸ αὐτὸ ἀγαθὸν ζητεῖται καὶ παρὰ ἐνὸς ἀνθρώπου, καὶ παρὰ πόλεως· ἀλλ' ὁμοῦ μείζον καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται ἀγαθόν, καὶ λαβεῖν καὶ λαβόντα διασῶσαι. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ τὸ ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ τὸ ἀγαθὸν διασῶσαι ἀγαπητόν, (ἂν τε ἐν ἐτέρῳ τις, ἂν τε ἐν ἑαυτῷ δυναθῆ ῥυλάξει·) κάλλιον δὲ καὶ θεϊότερον εἶναι καὶ πόλεσιν, ὅσον ἢ τῶν πολλῶν εὐδαιμονία τῆς ἐνὸς ἀμείνων ἔστιν. Ὡστε διακρίοντες ἂν εἴη τὸ τῆς πολιτικῆς τέλος ἔσχατον εἶναι τέλος καὶ ἔσχατον ἀγαθόν· ἥτις οὐχ ἐν μόνον τέλος, ἀλλὰ τῶν ἄλλων πασῶν σκοπεῖ ὡς οἰκεία, κοινή τις οὔσα τέχνη καὶ πολιτικῆ.

## Κεφ. γ'.

\* Ὅτι οὐ δεῖ ἀκριβεστάτην ἀπόδειξιν ἐν τοῖς περὶ τῆς πολιτικῆς λόγοις ζητεῖν, ὅτι οὐ δίδωσιν ἢ κατ' αὐτὴν ὄλη.

\* Λέγειν δὲ περὶ τούτου τοῦ τέλους προθυμουμένους ἱκανὸς ἂν γένοιτο περὶ αὐτοῦ λόγος ὁ τῇ ὑποκειμένη ἔλθῃ προσήκων· οὐ γὰρ ὁμοίως ἐν πᾶσι λόγοις τὸ ἀκριβὲς ζητήσομεν. (Ὁ γὰρ δυνατόν ἐπι πάσης ὕλης ὁμοίως τὴν ἀκριβεστάτην ἀλήθειαν εὐρεῖν. Ἄλλ' ἐν μὲν τοῖς μαθηματικοῖς ἄτε ἀναγκαῖαν ἔχουσιν ὕλην κα'

Siquidem nec eum qui imperatoris munere fungi aut servare rempublicam potest, autorem esse patitur : nec ei qui melius inter milites versatur, summam imperii tradit. Sed et tempora exercendis artibus maxime idonea designat, ne quis, exempli gratia, quum præstat quiescere, exercitum ducat. Nimirum et quum opus est imperatorem mittere, mittet eum politicus : et quum præstabit quiescere, hoc quoque imperabit. Quamvis enim non raro ipse sibi tempus constituat imperator, non tamen ipsa propterea arti constituit. Siquidem omnes alicujus artis regulæ ad solum illius artis finem spectant : quæ vero ad contrarium vel ad aliud pertinet, artis illius non est regula. Quamobrem imperator, quum considerat, quando belligerare oporteat, atque idcirco sæpe bello abstinere, aut pacis causa legatos mittit, manifesto non amplius imperatoris artis lege agit, sed alterius alicujus, quæ et major sit et superior, ipsius videlicet civilis prudentiæ. Quum ergo etiam artes illas, quæ præstantissimæ habentur ac præcipuæ, sibi ratio civilis subijciat, artem imperatoriam dico, et rationem tuendæ rei familiaris et bene dicendi facultatem, reliquasque quæ in actione versantur disciplinas ad suum finem referre solet : (omnes enim ad commune reipublicæ bonum dirigit, ac propterea legibus latis quid agendum et a quibus abstinendum sit præscribit) ejus sine reliquarum artium fines contineri videantur. Quoniam vero reliquarum fines omnes boni humani causa petuntur : is autem finis est civilis prudentiæ, cujus gratia aliarum fines petuntur, manifesto apparet, hoc esse humanum bonum. Neque vero dubium, quin idem bonum et ab uno petatur homine et a tota civitate ; civitatis tamen bonum et consequi et conservare majus quiddam esse et perfectius videtur. Non enim negari potest, quin unius etiam hominis (sive id propter alium aliquem, sive sua causa faciat aliquis) bonum conservare, res sit non contemnenda : tanto, tamen in totius gentis vel civitatis gratiam id posse facere tum pulchrius est, tum divinius, quanto multorum felicitas unius præferenda est felicitati. Quare multo magis merebit finis prudentiæ civilis, ut et extremus finis et extremum bonorum appelletur, quum ea non modo unum finem, sed reliquarum etiam omnium tanquam proprios consideret, quippe quæ communis disciplina et civitatis sit.

## Cap. III.

In tradenda prudentia civili non requiri accuratam demonstrationem, quia artis materia id non permittat.

Is vero qui de hoc fine agere instituunt, sufficiens talis disputandi ratio, quæ subjectæ materiæ convenire videatur : nec enim in omni sermonis ac disputationis genere æque accurata tradendi ratio sequenda est. Quia fieri non potest, ut in quavis materia similiter perspicuam veritatem inveniamus. Sed in mathematicis qui-

\* Cap. 3. Λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς πτλ.



ἀει ὡσαύτως ἔχουσιν, ἀμιγῆς ἢ ἀλήθεια, καὶ οὐδὲν ἢ ἕλη κωλύει τὸ ἀκριβές· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα οὐκ ἀναγκαῖα, οὐδὲ ἀει ὁμοίως ἔχει, ἀρκετός ἐστι λόγος, ὁ ἀπὸ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον<sup>a</sup> συνάγων. Οὕτω δὲ ἐπὶ τῶν δημιουργικῶν τεχνῶν ἔχει· τὸ γὰρ τεχνητὸν εἶδος οὐχ ὁμοίως ἐφαρμόσει ταῖς ἕλαις· ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς ἐπιτηδειοτέροις, ἀκριβέστερον, ἐν δὲ ταῖς ἑτέροις ἔχουσιν, οὐχ ὁμοίως. Τὸ γὰρ ἀνθρώπινον εἶδος οὐχ ὁμοίως ἐφαρμόσει ταῖς ἕλαις ὁ τε πλάστης καὶ ὁ ζωγράφος· ὁ μὲν γὰρ ζωγράφος καὶ τὸ χρῶμα παρίστησι, καὶ ὄγκον τινὰ δοκεῖ μιμῆσθαι καὶ διάστασιν· ἡ γὰρ ἕλη συγχωρεῖ. Ὁ δὲ πλάστης τὸν μὲν ὄγκον ἐφαρμόσει τῇ ἕλει, τὸ χρῶμα δὲ ἀπὸ τῆς ἕλης οὐκ ἔχει δεῖξαι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. Διὰ τοῦτο οὐ τὴν αὐτὴν ἀκριβείαν παρὰ πάσης τέχνης ἀπαιτεῖν δεῖ, ἀλλ' ὅσην ἡ ἕλη δίδωσι· τοιαύτη δὲ ἐστὶ καὶ ἡ τῆς πολιτικῆς ἕλη πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Τὰ γὰρ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖ, καὶ ἅπερ ἕλην ποιεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε καὶ δοκεῖν μὴ τὸ καλὸν φύσει καλὸν εἶναι, μηδὲ τὸ δίκαιον<sup>b</sup> φύσει δίκαιον, ἀλλὰ θέσει τινὶ καὶ νόμῳ. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ κατὰ ἀλήθειαν καλὸν καὶ δίκαιον δυσχερές ἐστὶ τοῦ δοκοῦντος διελεῖν. Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἀγαθὰ ἐξ ὧν δοκεῖ συνίστασθαι ἡ εὐδαιμονία (ἀνδρείαν λέγει ἢ πλοῦτον, ἢ τοιοῦτόν τι) καὶ αὐτὰ πλάνην ἔχει πολλήν, διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ' αὐτῶν. Ἦδη γὰρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον, ἔτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν. Ἀγαπητὸν οὖν περὶ τοιούτων λέγοντας καὶ τοῦ ἐκ τούτων τέλους, καχυλοῖς καὶ ὡς ἐν τύπῳ τὴν ἀλήθειαν ἐνδείξασθαι· καὶ καθόλου περὶ τῶν ἐνδεχομένων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λέγοντα καὶ τοῦ ἐκ τούτων τέλους, ἱκανὸν ἂν εἶη τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι.

\* Ὡς περὶ τῆς πολιτικῆς λέγων οὐ δύναται ἀκριβέστεραν ἀλήθειαν εὐρεῖν, ἢ ὅσην ἡ ἕλη δίδωσιν· οὕτω καὶ ὁ κρινῶν τοὺς τοιούτους λόγους καλῶς ἂν κρίνοι, εἰ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον μὴ ἀκριβέστεραν ἀλήθειαν ἀπαιτεῖ, ἢ ὅσην ἡ ἕλη δίδωσιν, ἀλλὰ τὴν ἐνδεχομένην ἀποδέχεται· πεπαιδευμένου γὰρ ἐστὶν ἐπὶ τοσούτων τὸ ἀκριβές ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος μεθόδου, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. Ἐν μὲν γὰρ τῶν μαθηματικῶν γένει, καθῶς εἴρηται, οὐδὲν ἐνδεχόμενον συγχωρήσει· ἐν δὲ τοῖς λογικοῖς, ἢ τοῖς φυσικοῖς, ἢ τοῖς ἄλλως ἔχουσιν οὐχ ὡσαύτως. Παραπλήσιον γὰρ ἐστὶ, μαθηματικοῦ πιθανολογούντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικῶν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν.

Scriptsi : <sup>a</sup> ἐπὶ τὸ πλείστον ] cod. ἐπιτοπλείστον.  
— <sup>b</sup> μηδὲ τὸ δίκαιον ] cod. οὐδὲ τὸ δίκαιον.—

dem disciplinis, quippe quæ necessariam et semper sui similem habeant materiam, simplex est veritas, ita ut materia subtilitati non obstat; in reliquis autem, in quibus nec necessaria sunt argumenta, nec eodem semper modo se habent, ea sufficit ratio, quæ ex iis, quæ maxima ex parte ita se habent, aliquid colligit. Nam et ita in operariorum artibus se res habet: nec enim forma artificiosa eodem modo omni conveniet materia: sed in aptioribus magis quadrabit, in aliis non item. Humanam, exempli gratia, formam non similiter accommodabit materiæ plastes et pictor: nam et colorem pictor addit, et molem quandam videtur exprimere et intervallum: materia enim hoc permittit. Plastes vero molem quidem illam accommodat materiæ, sed colorem simul ut addat, non permittit materia. Eadem aliarum quoque artium ratio est. Quare nec par subtilitas ab omnibus flagitanda est, sed quæ materia patitur: tantum ergo ad veritatem etiam civilis prudentiæ materia valet. Quippe honesta et justa, quæ considerat ratio civilis, et in quibus tanquam in materia versatur, tantam vel dissensionem faciunt vel errorem hominibus obijciunt, ut nec honesta natura videatur esse honestum, neque justum natura justum, sed insulato quodam et lege. Ac propterea id quod re vera honestum est et justum, non facile ab eo distingui potest, quod videtur tantum. Nec hoc tantum, sed etiam ipsa, e quibus felicitas constare putatur, bona (fortitudinem dico et divitias et id genus alia) multis et ipsa implicata sunt erroribus, quia plurimis noxæ et damni causa fuerunt. Jam enim quidam propter divitias, alii propter fortitudinem perierunt. Ergo satis erit, si quum de talibus rebus et earum fine verba facimus, pingui crassaque Minerva verum ostendamus, et omnino quum de rebus quæ plerumque eveniunt earumque fine disputationem habemus, talia quoque concludamus. Sicut autem qui prudentiam civilem tradit, veritatem non potest invenire accuratorem, quam quantum materia suppeditat: ita et qui de talibus disputationibus iudicaturus est, recte tum demum iudicabit, si eodem modo veritatem non accuratorem requirit, quam materia permittit, eamque quæ haberi potest admittit: est enim hominis eruditi, tantam in unoquoque disciplinæ genere subtilitatem desiderare, quantum rei ipsius natura patitur. Quocirca in eo, ut dictum est, quo mathematicæ artes traduntur, nihil minus necessarium admittit: in logicis contra physicisque aut iis quæ aliter se habent, non item. Nam æque absurdum est, mathematicum probabilia dicentem laudare et ab oratore demonstrationes exigere.

\* Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον κτλ.

## Κεφ. δ'.

\* Ὅτι τὸν ἀκροατὴν τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων ἔμπειρον εἶναι δεῖ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων.

\* Ἡ μὲν οὖν προσήκουσα κρίσις τῶν λόγων τοιαύτη. Κρινεῖ δὲ ἐκεῖνα καλῶς ὃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. Ὡστε καὶ ἐπὶ τῆς πολιτικῆς ἐκεῖνος κρινεῖ καλῶς, ὅς πεπαιδευμένος ἐστὶ τὰ πολιτικά, καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου πείραν ἔλαβεν αὐτῶν· καὶ ὁ μὲν ἐν τισὶ μερικοῖς πεπαιδευμένος ἐκεῖνα κρινεῖ καλῶς· ὁ δὲ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος ἀξιοχρεῶς ἔσται περὶ πάντων κριτής. Διὰ τοῦτο τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων οὐκ ἐστὶν ὁ νέος οἰκείος ἀκροατής· ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων. Οἱ δὲ τῆς πολιτικῆς λόγοι, οἱ μὲν περὶ τούτων διαλαμβάνουσι, οἱ δὲ ἐκ τούτων συμπεραίνονται. Ἐτι δὲ οὐπω κατὰ λόγον ζῶν, ἀλλ' ἔτι πάθει καὶ ἀνέσει καὶ συνηθείᾳ ἀκολουθῶν, ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς· οὐ γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἀφικέσθαι δυνήσεται τῶν λόγων, καὶ τὸ ἦθος ἀμείψαι, καὶ κατὰ λόγον ζῆν, ἐπὶ τῆς συνηθείας ἔτι κρατούμενος. Τὸ γὰρ τέλος τῶν τοιούτων λόγων οὐ γινώσκει, ἀλλὰ πράξει. Οὐ μόνον δὲ ὁ νέος, ἀλλὰ καὶ ὁ νεαρὸς τὸ ἦθος, εἰ καὶ τὴν ἡλικίαν ὑπερέβη τῶν νέων, ὁμοίως ἀνωφελῶς ἀκούσεται τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων, ζῶν ἔτι τὴν προσήκουσαν τοῖς νέοις ζωὴν. Καὶ γὰρ καὶ τῷ νέῳ τὴν ἡλικίαν οὐ παρὰ τὸν χρόνον ἢ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ λογισμῶ διοικεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ πάθος ἔτι ζῆν, καὶ κατὰ πάθος πάντα ζητεῖν. Τοῖς γὰρ τοιούτοις ἢ γινώσκει τῶν λόγων τούτων ἀνωφελῆς, καθάπερ τοῖς πάντῃ ἀκολαστοῖς, καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς ἀκρατέσι. Τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὁρᾶς ποιουμένοις καὶ πράττουσι πολλὴν ἀφέλειαν φέροι τὸ περὶ τῶν τοιούτων λόγων εἰδέναι. Ἐν ἐκείνοις γὰρ ὁ λογισμὸς, ὃ νοήσει δέοντα παρὰ τούτων τῶν λόγων, καὶ δυνήσεται ποιεῖν, τῆς τῶν παθῶν δουλείας ἀπηλλαγμένος, καὶ δυνάμενος ἤδη τῇ ἰδίᾳ χρῆσθαι δυνάμει.

## Κεφ. ε'.

\* Ὅτι τῆς πολιτικῆς τέλος ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, καὶ ὅτι ἐπιγινώσκοντα αὐτὴν τίς ἐστὶν ἀπὸ τῶν πράξεων τῆς πολιτικῆς.

\*\* Ὅποιον μὲν οὖν εἶναι δεῖ τὸν ἀκροατὴν τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων, καὶ πῶς κρίνειν δεῖ καὶ ἀποδέχασθαι τοὺς λόγους, καὶ τί τὸ προκείμενον ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι, ἱκανῶς ἐπροοιμιασάμεθα. Ἀναλαβόντες δὲ τὸν λόγον, λέγωμεν ἤδη· ἐπειδὴ πᾶσα γινώσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ἐφίεται, τί ἐστὶν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι; καὶ πασῶν πράξεων ἐπὶ τι ἀγαθὸν φερομένων, καθὼς εἴρηται, πρὸς τί αὕτη φέρεται; καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτικῶν

## Cap. IV.

Eum qui civili prudentiæ operam daturus est, eorum quæ in vita aguntur peritum esse debere.

Et iudicium quidem quod in hac disciplina requiritur, tale est. Quivis autem recte de iis iudicat quæ novit, bonusque eorum est iudex. Itaque et de prudentia civili recte iudicabit, qui ejus usum percepit, ac temporis progressu eam experiendo didicit : et ille qui in singulis rebus est eruditus, recte de illis iudicabit : qui vero in omnibus, intelligens omnium existimator erit. Quapropter eorum quæ de civili prudentia traduntur, idoneus auditor esse juvenis non potest, quia eorum quæ in vita aguntur adhuc imperitus est. At vero disputationes politicæ partim de his habentur, partim ex his colliguntur. Præterea quum nondum rationi convenienter vivat, sed adhuc affectus suos, immodicam quandam libertatem et consuetudinem sequatur, frustra et inutiliter hæc audiet, propterea quod nunquam ad finem hujus disciplinæ pervenire, aut mores suos mutare et rationi convenienter vivere poterit, quam diu adhuc consuetudinem sequetur. Siquidem finis tallum disputationum non scientia est, sed actio. Neque is tantum qui ætate, sed etiam qui moribus est talis, licet ex ephebis excesserit, nihilominus sine fructu politicas disputationes audiet : quam diu more ætatis illius vitam agat. Namque et is qui ætate est juvenis, non propter tempus defectu laborat, sed quod nec rationi pareat, et affectibus congruenter tum vivat adhuc, tum omnia petat. Nimirum hujusmodi hominibus inutilis est hujus disciplinæ scientia, ut libidinis et intemperantibus. Iis vero qui ad rationis normam suas appetitus suasque actiones dirigunt, hujus disciplinæ cognitio multum proderit. Quippe illorum animus, quæcunque senel facienda esse ex his disputationibus didicerit, præstare etiã poterit, utpote affectuum servitute liberatus, et cui jam vires suas exercere liceat.

## Cap. V.

Finem civilis prudentiæ esse felicitatem, ejus autem vim et publicis negotiis posse cognosci.

Qualem igitur disputationum politicarum auditorem esse oporteat, et quomodo singula quæ traduntur tum iudicanda, tum accipienda sint, et quid nobis in præsentia ad disserendum sit propositum, satis proœmi loco diximus. Quare repetita superiore disputatione, quandoquidem omnem cognitionem omneque adeo consilium bonum aliquod appetere diximus, videamus quid sit illud quod civilis prudentia appetit : et quum omnes actiones ad bonum aliquod, ut supra dictum est, refe-

\* Ἐκαστος δὲ κρίνει κτλ. — \*\* Cap. 4. λέγομεν δὲ ἀναλαβόντες κτλ.

ἀγαθῶν, ὁ τέλος ἐστὶ τῆς πολιτικῆς; Τὸ μὲν οὖν ὄνομα αὐτοῦ ἐν παρὰ τῶν πλείστων καὶ τὸ αὐτὸ λέγεται, καὶ ἐν τούτῳ καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ βέλτιστοι τῶν ἀνθρώπων συμφωνοῦσιν. Εὐδαιμονίαν γὰρ αὐτὸ ὀνομάζουσι πάντες. Τὸ δὲ εὖ ζῆν καὶ εὖ πράττειν ταῦτὸν ὀπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν.

\* Περὶ δὲ τοῦ τί ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, ἀμφισβητοῦσι, καὶ οὐχ ὁμοίως τοῖς πολλοῖς οἱ σοφοὶ λέγουσι περὶ αὐτῆς. Οἱ πολλοὶ γὰρ ἐν τι τῶν ἐναργῶν καὶ δοκούντων ἀγαθῶν τὴν εὐδαιμονίαν φασίν· ὅσων ἡδονήν, ἢ πλοῦτον, ἢ τιμὴν· ἄλλοι δὲ ἄλλο τοιοῦτον. Καὶ πολλάκις δὲ ὁ αὐτὸς οὐκ αἰεὶ τὸ αὐτὸ εὐδαιμονίαν ὀνομάζει, ἀλλὰ νῦν μὲν τούτου, νῦν δὲ ἐκείνου νοσήσας μὲν γὰρ, τὴν ὑγίειαν, πενόμενος δὲ, πλοῦτον· καὶ θλίως αἰεὶ οὐ νῦν ἐπιθυμᾷ τις, εὐδαιμονίαν ὀνομάζει. Οἱ δὲ σοφίας ἐρωῶντες, ὧν ἑαυτοῖς συνίσασιν ἀγνοοῦσιν, ἐφίενται μανθάνειν, καὶ τοὺς μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν. Ἐνιοὶ δὲ ἐνόμισαν παρὰ τὰ πολλὰ ταῦτα ἀγαθὰ, ἄλλο τι ἀγαθὸν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, καθ' ἑαυτὸ ὑπεστός, ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις αἰτίον εἶναι τῆς ἀγαθότητος. Ἀπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς περὶ τῆς εὐδαιμονίας ὁδούς, μάταιον ἴσως ἐστίν· ἱκανὸν δὲ ἐστὶν εἰ ἐξετάσομεν τὰς ἐπὶ τὸ πλοῦ καὶ ὑπὸ πλειόνων νομιζομένας ἢ δοκούσας ἔχειν τινα λόγον.

\*\* Ἐπει δὲ περὶ ἀρχῆς ὁ λόγος· (ἀρχὴ γὰρ καὶ αἰτία ἐστὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων· δι' ἐκείνου γὰρ τι πράττομεν,) ζητητέον, πῶς δεῖ ποιήσασθαι τὸν περὶ αὐτῆς λόγον· ἔχει γὰρ διαφορὰν. Καὶ πρῶτον περὶ τῶν αἰτίων μικρὸν διαληψόμεθα. Τῶν γὰρ αἰτίων τὸ μὲν ταλικόν ἐστὶ, τὸ δὲ εἰδικόν, τὸ δὲ ὀλικόν, τὸ δὲ ποιητικόν. Καὶ ποιητικόν μὲν, ἡ ἐνέργεια τοῦ τεχνίτου· ὀλικόν δὲ, τὰ ξύλα, καὶ οἱ λίθοι ἐξ ὧν ἡ οἰκία· εἰδικόν δὲ, τὸ εἶδος τῆς οἰκίας· ταλικόν δὲ, δι' ὃ ἡ οἰκία γέγονεν. Ἐπει δὲ ταῦτα αἰτία εἰσι \* τοῖς πράγμασι τοῦ εἶναι, αἰτία εἰσι καὶ τῆς γνώσεως αὐτῶν, καὶ δι' αὐτῶν δύνανται ἐκεῖνα γινώσκεισθαι. Ἐὰν γὰρ τις εἰδῆ τὴν τέχνην τοῦ τεχνίτου, καθ' ἣν τὴν οἰκίαν ἐδημιούργησεν, εἴσεται τὴν οἰκίαν ἢ ἀγαθὴν ἢ φαύλην· ὅσον τῇ τέχνῃ προσῆκε. Καὶ ὁ τὴν ὕλην εἰδὼς καὶ ὁ τὸ εἶδος ὁμοίως. Πάλιν δὲ γινώσκοντες τί τὸ τέλος αὐτῆς, εἰσόμεθα ἢ ἀγαθὴν ἢ φαύλην. Συμβαίνει δὲ καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ἀπὸ τοῦ εἰδέναι τὸ ἀποτελεσματὰς αἰτίας γινώσκειν· ὃ γὰρ εἰδὼς τὴν αἰτίαν<sup>b</sup>, τὴν τέχνην εἴσεται τοῦ τεχνίτου, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. Ὅστε τοὺς λόγους διχῶς ἀνάγκη γίνεσθαι· ἢ ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων τὰς ἀρχὰς ἀποδεικνύειν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τὰ ἀποτελέσματα· χρησιμότερα δὲ ἑκατέρω τῶν μεθόδων κατὰ καιρόν. Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ἀρχῶν ἀποδείξομεν, ὅταν αὐταὶ δῆλαι ᾖσιν· τὸ δὲ ἀνάπαλιν, ὅταν τὰ ἀποτελέσματα φανερώτερα ᾖ. Διὰ τοῦτο καὶ Πλάτων καλῶς ἐζήτησε

rantur, quoniam, tendat hæc, quodque sit eorum quæ in actione versantur bonorum extremum, quod quidem finis civilis prudentiæ appellari possit. Et hujus quidem nomen unum idemque a plerisque dicitur, atque ea res inter vulgus et optimum quemque convenit. Felicitatem enim id vocant omnes. Rursus bene vivere et bene rem gerere idem quod felicem esse existimant.

Cæterum quid sit felicitas ambigitur, neque vulgus et sapientes similiter eam declarant. Vulgus scilicet unum aliquod ex manifestis illis et quæ in oculis incurrunt bonis, felicitatem esse existimat, ut voluptatem aut divitias aut honorem, aliique aliud simile. Fit etiam sæpenumero, ut idem homo non semper eandem rem, sed modo hanc modo illam, felicitatem nominet: nam si quis ex illis ægrotat, bonam valetudinem; si in egestate versatur, divitias: atque omnino quod in præsentî maxime concupiscit, felicitatis nomine appellare solet. Rursus qui sapientiæ studiosi sunt, ea quæ ignorare sibi videntur, discere cupiunt, hominesque magna et ipsorum intelligentiæ vim fugientia loquentes admirantur. Nonnulli vero præter multa hæc bona aliud esse bonum, quod per se subsisteret, iisque omnibus quæ bona dicuntur bonitatis suæ causa esset, felicitatem esse existimarunt. Quomobrem omnes omnium de felicitate opiniones expendere vanum forsitan et inutile fuerit; satis autem erit, si eas quæ maxime celebrantur vel aliqua ratione niti videntur, in medium proferamus

Quia autem de principio agimus; ( etenim principium et causa ipse finis actionum est, utpote cujus causa faciamus aliquid) videndum est, quomodo quæ de eo suscipitur, habenda sit disputatio: neque enim eodem modo se habet. Ac primum quidem de causa aliquid dicamus. Nempe alia causa est finalis, alia formalis, alia materialis, alia efficiens. Efficiens, ut actus artificis: materialis, ut ligna et lapides, ex quibus domus constat: formalis, ut forma ejus: finalis, cujus causa domus ædificata est. Hæc ergo quum essentiæ uniuscujusque rei causæ sint, etiam cognitionis earum causæ sunt, quia cognosci per eas illæ possunt. Si quis enim artificis artem, qua domum ædificavit, noverit: is etiam, bene sit domus, an male exstructa, sciet: quatenus ea res ad artem pertinebat. Similiter et qui materiam et qui formam novit. Rursus si sciamus, quis ejus finis sit, utrum bene an male exstructa sit, sciemus. Interdum tamen contra fit, ut postquam perfectum opus cognoverimus, causas quoque cognoscamus: qui enim causam novit, artem quoque artificis noverit, et reliqua eodem modo. Quocirca necesse est duplicem omnem esse institutionem, ut in rerum demonstratione aut ab effectu ad principia, aut a principis ad effectum proficiscamur; nos autem utraque via et ratione suo tempore disputabimus. Et a principis quidem in demonstratione proficiscemur, quum manifesta illa erunt: e contrario autem, quum perfecta opera manifestiora erunt. Propterea etiam Plato

\* Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας κτλ. — \*\* Μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς κτλ.

τοῦτο καὶ ἠπόρει, ὡς οὐκ ἀδιάφορον ὄν ἐπὶ παντός, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἢ προσήκουσα τῆς ἀποδείξεως ὁδός, ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς· ὥσπερ ἐν σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. Διττῆς οὖν οὔσης τῆς ὁδοῦ, πόθεν ἡμῖν ἀρκτέον; ἢ δῆλον ὅτι ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων δηλονότι τῶν πολιτικῶν πράξεων, ὧν ἀρχὴ καὶ αἴτιον τὸ πολιτικὸν τέλος ἐστί; Δεῖ γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων ἀρξασθαι, οὐ τῆ φύσει, ἀλλ' ἡμῖν. Φύσει μὲν γὰρ γνώριμα λέγονται αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια· ἐκεῖνα γὰρ ἢ φύσει πρότερα παρίστησι, καὶ πρὸς ἐκεῖνα πρῶτως ὁρᾷ. Ἡμῖν δὲ τὰ ἀποτελέσματα γνώριμα· ὅθεν ἀρκτέον· οὕτω γὰρ σαφῆς ἐστὶ αὐτὸς ὁ λόγος ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωρίμων γινόμενος.

(Scripsi : <sup>a</sup> αἰτία εἰσι ] vulgo αἴτια εἰσί. — <sup>b</sup> αἰτίαν ] cum cod.; al. οἰκίαν.)

## Κεφ. ς'.

\* Ὅτι τὸν ἀκουσόμενον τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων ἐν ἔθει δεῖ εἶναι τῶν ἀγαθῶν πράξεων.

Διὰ τοῦτο τὸν ἀκουσόμενον τῶν τοιούτων λόγων, εἰ μέλλει καλῶς αὐτοὺς γινώσκειν καὶ κρίνειν ὀρθῶς, καὶ ἐκ τούτων ὠφελεῖσθαι, προσήκει ἐν ἔθει εἶναι τῶν καλῶν καὶ δικαίων πράξεων. Εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἀπεδείκνυμεν τὰς πολιτικὰς πράξεις ἀγαθὰς εἶναι, καὶ τὸν μὴ πεπαιδευμένον ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν ἐπειθόμενον ἂν, λόγων ἀνάγκη δῆσαντες· ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῶν ὑστέρων τὴν ἀρχὴν βουλόμεθα ἀποδεικνύειν τῶν πολιτικῶν πράξεων δηλονότι, καὶ δεῖ ὑποκείσθαι περὶ αὐτῶν καθάπερ ἀρχὴν ἀποδείξεως ὅτι ἀγαθαί, φανερόν ὅτι οὐ δύναται πεισθῆναι, εἰ μὴ ὁ πείρα καλὰς καὶ δικαίας τὰς τοιαύτας πράξεις εἰδώς. Εἰ γὰρ τὸ ὅτι ἀγαθαὶ αἱ πράξεις ἀρκούντως δέξαιτό τις, οὐδὲν δεησόμεθα τοῦ διότι· τὴν δὲ αἰτίαν, τὸ τέλος δηλονότι, ἢ γινώσκει ἤδη, ἢ ἀκούσας βραδύως γινώσκει· ὅς δὲ οὐδ' ἕτερον ἔχει τούτων, καὶ μήτε αὐτὸς γινώσκει, μήτε παρ' ἑτέρων δύναται μανθάνειν, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου·

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ, φρασσάμενος τὰ κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἧσιν ἀμείνω· ἐσθλὸς δ' αὖ κάκεινος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται· ὃς δὲ καὶ μήτ' αὐτὸς νοήσῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων ἐν θυμῷ βέβληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήσιος ἀνήρ.

## Κεφ. ζ'.

\* Ὅτι τρεῖς εἰσι βίαι· ὁ καθ' ἡδονήν, καὶ ὁ τὴν τιμὴν ζητῶν, ἐν ᾧ καὶ ὁ χρηματιστικὸς θεωρεῖται, καὶ τρίτος, ὁ θεωρητικὸς· καὶ ὅτι οὔτε ὁ τὴν ἡδονήν, οὔτε ὁ τὴν τιμὴν, οὔτε ὁ τὰ χρήματα ζητῶν τὴν εὐδαιμονίαν ζητεῖ.

\* Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν. Ὡς δὲ ἡμῖν ὁ λόγος περὶ τοῦ ὅτι διαφόρους οἱ ἄνθρωποι περὶ

recte hoc quaerebat et dubitabat, quod non idem omnis rei tractandae modus esset, utrum a principiis conveniens argumentatio, an ad principia progrediretur, velut in stadio a designatoribus ad metam, an contra. Duplex igitur quum sit via, unde ordiendum erit nobis? An vero perspicuum est, a civilium potius actionum effectu, quarum principium et causa finis civilis est? Ordiendum enim est a rebus, quae non natura sua, sed nobis notae sunt. Nimirum res natura notae dicuntur principia et causae, quippe quas natura prius fundat et in quas primum intueatur. Nobis vero noti sunt effectus; a quibus primordium capi oportet: ita enim perspicua futura est disputatio, si ab iis quae nobis nota sunt, proficiscatur.

## Cap. VI.

Flagitari ab eo qui prudentiae civilis operam daturus est, ut in bonarum prius actionum consuetudinem venerit.

Quamobrem eum qui talibus disputationibus operam daturus est, si et intelligere eas et recte iudicare vult ex iisque fructum et utilitatem percipere, bonis justisque actionibus assuefactum esse consentaneum est. Si enim principiorum ope civilia negotia bona esse demonstraremus, etiam hominem regendae civitatis Imperitum oratione ad persuadendum accommodata flecteremus; quum vero a posteriori parte videlicet civilium negotiorum principium demonstrare nobis propositum sit, quumque omni de iis disputationi tanquam demonstrationis fundamentum subsesse oporteat persuasionem, bona illa esse, manifestum est, id persuaderi posse nemini, nisi qui experiendo bona illa et justa esse didicerit. Si quis enim bonas esse actiones satis certo sciverit, nihil addere opus erit, cur sint tales: causam enim, ipsum scilicet finem, aut jam novit, aut quum audiverit, facile intelliget. Qui vero neutrum horum habet, id est, qui neque ipse per se haec novit, neque ab alio potest discere, audiat illud Hesiodi.

optimus est sese qui novit cuncta magistro, ad finem usque videns quae semper sint mellora; est bonus ille etiam, qui paret recta monenti; at qui mentis inops aliorum audire recusat consilia, hic malus est, telluris inutile pondus.

## Cap. VII.

Tria esse vitae genera; unum quod voluptates captat, alterum quod honoribus studet, in quo etiam lucripetarum vita consideratur, tertium in contemplatione et cognitione rerum positum. Praeterea neque voluptarios homines, neque ambitiosos, neque lucripetas felicitatem quaerere.

Sed eo unde digressi sumus nostra redeat oratio. Dicebamus autem diversas hominum esse de felicitate

\* Cap. 5. Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν κτλ.

τῆς εὐδαιμονίας ἔχουσι δόξας. Ἐκαστος τοίνυν ἀκολούθως τῷ οικείῳ βίῳ τὴν εὐδαιμονίαν ὀρίζεται· ὥστε καὶ οἱ πολλοὶ καὶ ἀκόλαστοι τὴν ἡδονὴν φασὶ τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι· διὰ τοῦτο καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν. Οἱ γὰρ καθολικοὶ βίοι μάλιστα τρεῖς εἰσὶν· ὁ τε καθ' ἡδονὴν, καὶ ὁ πολιτικός, καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος βίος οὐδὲν ἱερὸν· ἀνδραποδώδεις γὰρ ἐπιεικῶς οἱ τοῦτον διώκοντες, καὶ βοσκημάτων βιοῦσι βίον. Λόγου δέ τις οὐκ ἄξιος φαίνεται, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐξουσιαῖς τοῦτον αἰρουμένων τὸν βίον, ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ.

\* Τὸν δὲ δεῦτερον οἱ βαλτιῶς τῶν ἀνθρώπων αἰροῦνται, καὶ οἱ τὰς ἀγαθὰς διώκοντες πράξεις ἡγοῦνται τὴν τιμὴν· σχεδὸν γὰρ τοῦ πολιτικοῦ βίου τὸ τέλος οὗτος, ὃν λέγω, καὶ τὸ παρὰ πάντων ζητούμενον, ἡ τιμὴ ἐστὶ. Φαίνεται δέ, ὅτι οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν, ἀλλὰ τῶν δοκούντων καὶ αὐτό ἐστὶ καὶ φαινομένων ἀγαθῶν. Τὸ γὰρ ἀληθῶς ἀγαθόν, δι' οὗ τις εὐδαιμονεῖ, ἐν αὐτῷ δεῖ εἶναι· ἡ δὲ τιμὴ οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ τιμωμένῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ τιμῶντι· οὐκ ἄρα ἐν τῇ τιμῇ ἡ εὐδαιμονία. Δεῖ γὰρ τῷ εὐδαιμονι οἰκεῖον εἶναι τὸ ἀγαθόν, καὶ δυσαφαίρετον. Ἐτι διὰ τοῦτο τις τὴν τιμὴν διώκει, ἵνα πιστεύσῃ περὶ ἑαυτοῦ ὅτι ἀγαθός ἐστι· καὶ διὰ τοῦτο ζητεῖ ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ' οἷς γινώσκεται· \* καὶ ἐπ' ἀρετῇ. Φαίνεται τοίνυν, ὅτι διὰ τοῦτο τις τὴν τιμὴν διώκει, ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ καὶ σπουδαῖος διὰ τὴν ἀρετὴν· ὥστε δῆλον, ὅτι οὐ δι' ἑαυτὴν ἡ τιμὴ διώκεται, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρετὴν. Καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν οὐκ ἂν εἴη ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ἀρετὴ.

\*\* Ἐστὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἀτελής, καὶ οὐκ ἂν εἴη ἐν αὐτῇ τὸ τέλειον ἀγαθόν, ἡ εὐδαιμονία· ὅτι δὲ ἀτελής ἐστὶ, δῆλον· δυνατὸν γὰρ τινα εἶναι ἀρετῆς ἔχειν, ἢ καθεύδοντα ἢ ἄλλον τρόπον ἀπρακτοῦντα διὰ βίου· ἢ κακοπαθοῦντα καὶ δυστυχοῦντα καὶ ἀτυχοῦντα τὰ μέγιστα, καὶ οὕτως ἀτελεῖ τὴν ἀρετὴν ἔχειν. Τὸν δὲ οὕτω βιοῦντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, μὴ που αὐτὸ ὑπόθοιτο, καὶ ὀνομάζοι εὐδαιμονίαν τὴν εἶναι τῆς ἀρετῆς. Καὶ περὶ μὲν τοῦ καθ' ἡδονὴν βίου καὶ τοῦ πολιτικοῦ εἴρηται. Ἰκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις περὶ αὐτῶν εἶπομεν· περὶ δὲ τοῦ βίου τοῦ θεωρητικοῦ μετὰ ταῦτα ἐπισκεπτόμεν· νῦν γὰρ τὸ προκείμενον ἄλλο.

\*\*\* Ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλος βίος ἐν αὐτοῖς θεωρούμενος τοῖς εἰρημένοις, ὁ τοῦ χρηματιστοῦ· καὶ γὰρ καὶ ὁ τὴν ἡδονὴν καὶ ὁ τὴν τιμὴν διώκων χρήματα θέλει συλλέγειν. Καὶ διὰ τοῦτο τρεῖς ἔφαμεν τοὺς μάλιστα προέχοντας βίους. Οὗτος γὰρ ἐν αὐτοῖς θεωρεῖται, καὶ ἐστὶ βίαιος. Οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθόν διώκει, ὁ τέλειόν ἐστιν, οὔτε πάνυ δοκεῖ διώκειν. Ὅθεν οὐ πολλοῖς ἐστὶν ἔραστός· ὀλίγοι γὰρ εἰλοντο πάσης τῆς ἐν

opiniones. Quorum pro illo quod singuli sibi constituerunt ætatis degendæ genere, felicitatem definiunt: itaque et vulgus hominum et qui sunt intemperantes voluptatem dicunt felicitatem esse: ideoque vitam quoque voluptariam amplectuntur. Sunt enim tria potissimum perpetua vitæ genera, unum voluptatibus plenum, aliud civile, tertium in rerum contemplatione et cognitione positum. Et horum quidem primum nihil habet sanctum: quum plerumque hoc qui sequuntur, nihilominus illiberales sint et pecudum vitam agant. Et tamen omnino non spernendum videtur, quia multi eorum, qui amplissimos dignitatis gradus adepti sunt, hoc ætatis degendæ genus sibi constituentes similibus ac Sardanapalus voluptatibus serviunt. Secundum autem vitæ institutum præstantissimi mortalium, et qui virtutis atque honestatis studium amplissimi honoris putant, capere solent: fere enim vitæ civilis hic quem dico finis est; et quod ab omnibus petitur, honor est. Palet vero ne id quidem summum esse bonum, sed hoc quoque ex eo honorum genere esse, quæ videntur tantum esse bona et apparent. Nam illud vere bonum, quod beatum efficere aliquem potest, in ipso inesse oportet: at honor non inest in eo qui honoratur, sed potius in eo qui honorat; ergo in honore non inest felicitas. Quippe hominem felicem bonum aliquod proprium, et quod haud facile eripi queat, habere oportet. Adde quod honoribus nonnulli ideo student, ut viri boni esse sibi videantur: ac propterea ab hominibus prudentibus et ab iis quibus noti sunt honorari se volunt: idque virtutis causa. Apparet igitur, honorem ideo peti ab aliquo, ut bonus videatur et honestus, idque propter virtutem: ut manifestum sit, non sua causa peti honorem, sed ob virtutem. Ideoque ne ipse quidem extremus finis esse poterit, sed potius virtus.

Quæ tamen ipsa virtus imperfecta est: neque in ea summum bonum, id est, felicitas inesse queat: ipsam autem imperfectam esse liquet: fieri enim potest, ut habitum virtutis consecutus sit aliquis, qui tamen aut dormiat, aut alia ratione toto vitæ tempore nihil agat: aut etiam vexetur, aut miser sit vel in maximis malis versetur, atque ita imperfectam habeat virtutem. Eum vero, qui ita vivat, nemo beatum dixerit; tantum abest, ut id pro concessio sumpturus sit, ipsum virtutis habitum felicitatem esse. Et de vita quidem tum voluptaria tum civili diximus. Satis enim etiam in promiscuis disputationibus nostris de iis egimus: de contemplativa autem postea disserendum erit: aliud enim nunc nobis propositum est.

Est autem et aliud vitæ genus, quod in præcedentibus spectamus, hominum dico quæstui deditorum: etenim et ille qui voluptatem captat et qui honoribus studet, pecuniam vult conficere. Quocirca tria maxime ætatis degendæ genera excellere diximus. Hoc enim in iis spectatur, et est quodammodo violentum. Neque enim quod summum est bonum sequitur neque omnino sequi videtur. Quare non ita multis hoc videtur am-

\* Οἱ δὲ χαριέντες κτλ. — \*\* Τάχα δὲ καὶ μᾶλλον κτλ. — \*\*\* Ὁ δὲ χρηματιστής κτλ.

βίῳ σπουδῆς τέλος τὰ χρήματα ἔχειν. Ὅτι δὲ οὐδ' αὐτὸς τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν ζητεῖ, πρόδηλον· ὁ γὰρ πλοῦτος διὰ τὴν χρῆσιν ἐστὶν ἀγαθός, καὶ ἄλλου χάριν ζητεῖται, τιμῆς ἕνεκα ἢ ἡδονῆς· τὸ δὲ ἔσχατον ἀγαθὸν δι' ἑαυτὸ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. Δι' ὃ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη τις ἀν' ὑπολάβοι, ἡδονὴν λέγω καὶ τὴν τιμὴν· δι' αὐτὰ ὁ γὰρ ἀγαπᾶται. Φαίνεται δὲ οὐδ' ἐκεῖνα τὰ τέλεια ἀγαθὰ· καίτοι πολλοὶ λόγοι περὶ αὐτῶν ἐγένοντο πολλοῖς τῶν παλαιῶν, τῶν μὲν τὴν ἡδονὴν, τῶν δὲ τὴν τιμὴν λεγόντων ἔσχατον ἀγαθόν. Ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω.

(Scipisi: <sup>a</sup> γινώσκεται] cod. γινώσκονται. — <sup>b</sup> δι' αὐτὰ] cod. δι' ἐκεῖνα.)

## Κεφ. η'.

Ὅτι οὐκ ἐστὶ μία ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ.

\* Ἐπεὶ δὲ περὶ τοῦ ἔσχατου τέλους ὁ λόγος ἡμῖν, ὃ δοκεῖ καθόλου τι ἀγαθὸν εἶναι, σκεπτόμενοι περὶ τοῦ καθόλου πῶς λέγεται, καὶ εἰ ἐστὶ τις ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ. Καίτοι προσάντης ὁ λόγος οὗτος ἡμῖν, διὰ τὸ φίλους εἶναι τοὺς εἰσενεγκόντας τὸν περὶ τῶν ἰδεῶν λόγον. Ὁ δὲ λόγος, εἶναι τινα ἰδέαν ἐκάστου τῶν ὄντων, καθ' ἑαυτὴν ὑπεστηκυῖαν. Δόξειε δ' ἀν' ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν, καὶ τὰ οἰκεία ἀναιρεῖν, ἐπὶ τῷ σώσει τὴν ἀλήθειαν <sup>a</sup>, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. Ἀμφοῖν γὰρ ὄντων φίλων, τῆς τε ἀληθείας καὶ τοῦ περὶ τῶν ἰδεῶν εἰπόντος, ὁσίων προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.

\*\* Οἱ δὲ ταύτην εἰσαγαγόντες τὴν δόξαν οὐκ ἔλεγον ἐκείνων τῶν ὄντων μίαν ἰδέαν εἶναι, ἐν ᾗ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὑστερον ἦν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῦ ἀριθμοῦ μίαν ἐποίουν ἰδέαν, ὅτι τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον ἔχει. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὑστερόν ἐστι, φανερόν ἐστι οὐκ ἂν εἴη μία αὐτοῦ ἰδέα.

Ὅτι δὲ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὑστερόν ἐστὶν ἰδεῖν ἐν τῷ ἀγαθῷ, ὀφείλον. Ἔστι γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ, ὅσον νοῦς ἢ θεός. Καὶ ἐν τῷ ποιῷ, αἱ ἀρεταὶ καὶ ἐν τῷ πρὸς τι, τὸ χρήσιμον καὶ ἐν τῷ ποσῷ, τὸ σύμμετρον καὶ ἐν τῷ παῦ, διαίτα· ἢ γὰρ διαίτα τόπος ἐστίν, ἐν ᾗ εὖ διάγομεν· καὶ ἐν τῷ πότε, καιρός· ἐστὶ γὰρ ὁ καιρός ὁ ἐπιτήδειος ἐκάστῳ χρόνος. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Ἐν τούτοις δὲ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὑστερόν ἐστὶν ἢ γὰρ οὐσία προτέρα ἐστὶ τοῦ πρὸς τι. Καὶ ὅτι ἢ μὲν καθ' ἑαυτὸ ἐστὶ, τὸ δὲ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι· καὶ ὅτι ἢ μὲν ἀσχετος, τὸ δὲ ἐν σχέσει ἐστὶ παραφυσία· γὰρ εἶκοι καὶ συμβεβηκῆστί τοῦ ὄντος.

\*\*\* Ἐπεὶ ἐπεὶ τὸ ἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι, πολλαχῶς δὲ λέγεται τὸ ὄν, πολλαχῶς ἀν' ἄλλοις καὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι καὶ καθόλου καὶ ἐν οὐ γὰρ ἂν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις ἐλέγετο, καθὼς εἴρηται, ἀλλ' ἐν μιᾷ μόνῃ.

plectendum : paucissimi enim in constituenda vita omni studio solas pecunias tanquam finem quaerendas sibi proposuerunt. Sed ne hoc quidem vitae institutum finem bonorum sequi manifestum est : divitiarum enim propter usum bonae putantur, aliamque ob causam expetuntur, honorem dico vel voluptatem : summum vero bonum per se bonum esse oportet. Quapropter eos potius quos supra exposuimus fines esse merito quis existimaverit, voluptatem dico et honorem : propter se enim adamantur. Veruntamen ne illi quidem bonorum videntur esse fines : quamvis multi apud veteres multa de iis disputaverint, quorum alii voluptatem, alii honorem summum bonum esse dixerunt. Sed haec missa faciamus.

## Cap. VIII.

Non esse unam boni speciem.

Quum hoc loco de fine ultimo, qui videtur universum quoddam bonum esse, nobis sit sermo; considerandum est quomodo universum dicatur, et num boni aliqua species sit; tametsi ardua nobis et lubrica haec quaestio futura est, quod homines amici primum hanc de ileis disputationem introduxerunt. Quorum opinio fuit, singularum quae sunt rerum, aliquam esse ideam, quae per se subsistat. Forsitan autem praestare atque adeo oportere videatur, veritatis tuendae causa vel nostra ipsorum decreta evertere, praesertim quum etiam nos philosophi simus. Etenim quum ambo nobis amici sint, veritas et idearum auctor, veritatem certe aequum est praeferrere.

Qui porro hanc de qua agimus opinionem attulerunt, non statuebant unam esse illarum rerum ideam, in quibus prius et posterius esset. Quocirca ne numerorum quidem unam faciebant ideam, quia primum habent numeri et secundum. Quum vero in bono prius sit et posterius, manifestum est non posse unam esse illius ideam.

Prius autem in bono reperiri et posterius, apparet. Etenim et in substantia bonum est, ut mens vel deus. Et in qualitate, ut virtus : et in eo quod ad aliquid refertur, ut utile : et in quantitate, ut mediocre : et in ubi, ut domicilium : domicilium enim locus dicitur, in quo bene vivimus : et in quando, ut occasio : occasio autem tempus singulis rebus opportunum vocatur. Et similiter in aliis. In his vero prius est et posterius : eo enim, quod ad aliquid refertur, prior est substantia. Tum quod haec per se subsistit, illud in alio; tum quod haec libera et soluta est, illud vero alterius respectu dicitur, siquidem arboris pullo et entis accidenti simile est.

Praeterea quando totidem modis nominatur bonum, quot modis nominatur ens, ens autem plurimis dicitur, plurimis quoque modis necesse est dici bonum, idque nec commune, nec universale, nec unum esse; non enim in omnibus categoriis, sicut dictum est, foret, sed in una tantum.

\* Cap. 6. τὸ δὲ καθόλου κτλ. — \*\* Οἱ δὲ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην κτλ. — \*\*\* Ἐπεὶ ἐπεὶ τὸ ἀγαθὸν κτλ.

\* Ἐτι ἐπεὶ μιᾶς ἰδέας μία ἐστὶν ἐπιστήμη, ἣν ἂν καὶ μία ἐπιστήμη τοῦ ἀγαθοῦ, εἴγε ἦν μία ἰδέα. Ἄλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν· οὐκ ἄρα μία ἐστὶν ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ. Ὅτι δὲ πολλὰ ἐπιστήμαι τοῦ ἀγαθοῦ, φανερόν. Οὐ μόνον γὰρ τῶν ἐν διαφοροῖς ὄντων κατηγορίας οὐκ ἔστι μία ἐπιστήμη, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ μίαν. Οἷον ἐν τῷ πότε τὸ ἀγαθὸν ὁ καιρὸς ἐστίν. Οὗτος δὲ ὁ καιρὸς καὶ ἐν πολέμῳ ἐστὶ καὶ ἐν νόσῳ, οὐ τῆς αὐτῆς δὲ ἐπιστήμης· ἀλλ' ὁ μὲν ἱατρικὸς τὸν ἐν τῇ νόσῳ καιρὸν, ὁ δὲ στρατηγικὸς τὸν ἐν τῇ πολέμῳ γινώσκει. Καὶ τὸ σύμμετρον, ὃ ἐστὶ τοῦ ποσοῦ, καὶ ἐν τροφῇ καὶ ἐν πόνοις. Καὶ τὸ μὲν, γυμναστικῆς, τὸ δὲ ἱατρικῆς εἰδέναι.

\*\* Ἐτι ἐπεὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἐν τῷ αὐτοανθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὀρισμὸς ἐστὶ, καὶ ἐν τῷ ἴππῳ καὶ ἐν τῷ αὐτοἴππῳ, τῇ ἰδέᾳ δηλοῦντι εἰ γὰρ διάφορος, πῶς ἂν εἴη αὐτοῦ ἰδέα; φανερόν ὅτι οὐδὲν διαφέρει ὁ ἀνθρώπος ἢ ἄνθρωπος, τοῦ αὐτοανθρώπου· καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως· ὥστε καὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ ἀγαθὸν οὐδὲν διαφέρει τοῦ αὐτοαγαθοῦ. Ὁ φανερόν γάρ, ὅτι οὐ διοίσοισιν ὡς ἀγαθὰ, ὅτι τὸ μὲν αὐτοαγαθὸν αἰδίων, τὸ δὲ, οὐ ὥσπερ οὐδὲ τὸ πολυχρόνιον λευκὸν τοῦ ἐφημέρου λευκότερον. Οὐκ ἄρα οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν ὄντων ἰδέα ἐστὶν ὑπὲρ αὐτό, οὔτε τοῦ ἀγαθοῦ. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πιθανώτερον εἰκόασιν λέγειν περὶ τοῦ ἀγαθοῦ· τὸ γὰρ ἐν ἢ εἶλεγον τοῦ ἀγαθοῦ ἔταξαν συστοιχία, οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἀκολουθῆσαι δοκεῖ. Ἡ δὲ συστοιχία τῶν ἀγαθῶν, ἦν εἶλεγον, αὕτη· τὸ πέρας, τὸ περισσόν, τὸ ἐν, τὸ δεξιόν, τὸ ἄβρην, τὸ εὐθύ, τὸ φῶς, τὸ τετραγώνον, τὸ ἡμεροῦν, τὸ ἀγαθόν· ἢ τινι καὶ ἑτέραν ἐποιοῦν ἀντικειμένην. Τὸ ἄπειρον, τὸ ἄρτιον, τὸ πλῆθος, τὸ ἀριστερόν, τὸ θῆλυ, τὸ καμπύλον, τὸ σκότος, τὸ ἑτερόμηκες, τὸ κινούμενον, τὸ κακόν.

(Scripsi : ἂ ἐπὶ τῷ σῶσαι τὴν ἀλήθειαν] i. e. ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας, ut ait Aristoteles; cod. ἐπὶ τὸ σῶσαι τὴν ἀλήθειαν. — ὁ αὐτοαγαθοῦ] cod. αὐτοαγαθοῦ. —)

## Κεφ. θ'.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδέα μία τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀγαθῶν.

\*\*\* Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλλος ἔσται λόγος· ἐροῦμεν δὲ ἔτι περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀκριβέστερον. Ἐὰ γὰρ εἰρημμένα δεῖται τινος ἐξετάσεως καὶ ἀκριβείας, διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ κατὰ μέρος εἰρησθαι τοὺς λόγους. Νῦν δὲ διελόντες ἀκριβέστερον ποιήσομεν τὸν λόγον. Διπλῶς τοίνυν λέγεται τὸ ἀγαθόν· τὰ μὲν γὰρ δι' ἑαυτὰ εἰσιν ἀγαθὰ, καὶ δι' ἑαυτὰ ζητοῦνται, καὶ ἀγαθὰ λέγονται, καὶ ἀγαπῶνται· τὰ δὲ οὐ δι' ἑαυτὰ, ἀλλὰ δι' ἑκείνα· διώκονται γὰρ, ὅτι φυλακτικὰ εἰσι τῶν δι' ἑαυτὰ ἀγαθῶν, ἢ ποιητικά, ἢ τῶν ἐναντίων κωλύ-

Deinde quoniam unius idem una est scientia, una quoque boni foret scientia, si una esset idea. Atqui hoc non est· ergo nec una boni est idea. Multas autem boni esse scientias manifestum est. Nam non solum eorum, quæ in diversis categoriis sunt, non una est scientia, sed nec eorum quæ uni subsunt. Exempli gratia in categoria quando bonum est occasio. Est occasio et in bello et in morbo est, non ejusdem tamen scientiæ : sed medicus occasionem quæ in morbo, imperator eam novit quæ in bello requiritur. Rursus mediocri, quod in categoria quantitatis est, atque in alimento et in laboribus. Et alterum quidem ars gymnastica, alterum vere medicina novit.

Insuper quum hominis et ipsius hominis una eadem que sit definitio, sicut equi et ipsius equi, id est, idem equi : (si enim alia esset, quomodo posset ipsius idea consistere?) apparet nihil differre hominem, qua homo est, ab eo quem ipsum vocant hominem, hoc est ab idea hominis : eodemque modo in reliquis : itaque et bonum, qua est bonum, nihil differt ab ipso bono. Patet enim, differre ista non posse ut bona, quia idea boni æterna est, alterum vero illud non est æternum : sicut nec res diu candida candidior habetur ea que unum diem candida est. Ex quo efficitur, nec alterius rei esse ideam supra ipsura, nec boni. Probabilius autem de bono loqui videntur Pythagorei : qui unum in eo quem statuebant honorum ordine locant, quos etiam Speusippus videtur esse secutus. Ipse autem honorum ordo quem statuebant talis erat : finitum, impar, unum, dextrum, masculinum, rectum, lumen, quadratum, quiescens, bonum. Cui alium rursus opponebant : infinitum, par, plura, sinistrum, femininum, curvum, tenebras, altero latere longius, quod movetur, malum.

## Cap. IX.

Bonorum per se non esse unam ideam.

Verum de his alius erit dicendi locus : nunc de bono etiam accuratius agamus. Ea enim quæ dicta sunt, diligentius tum examinanda tum explicanda erunt, quia nondum de omni bono singulatim disseruimus. Quare adhibita divisione accuratius in hac disputatione persequemur. Duobus ergo modis dicitur bonum : alia enim per se bona sunt, quæ et per se petuntur, et per se hoc nomen habent, et per se amantur : alia autem contra non per se, sed propter illa : quia enim reliqua quæ per se bona sunt, vel conservant, vel efficiunt, vel contra

\* Ἐτι δὲ, ἐπεὶ τῶν κατὰ μίαν ἰδέαν κτλ. — \*\* Ἀνομήματα δ' ἂν τις κτλ. — \*\*\* Τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφοσθητικῶς κτλ.

τικά. Καὶ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἀγαθὰ, ὑγίεια, καὶ ἀρετὴ, τὸ φρονεῖν, τὸ δρᾶν· οὐ δι' ἑαυτὰ δέ, ἀσκήσεις, ἃ πρὸς ἀρετὴν φέρει, γυμνάσια, φαρμακείαι, ἃ τῆς ὑγείας ἕνεκα ζητοῦνται. Ταῦτα δὲ καὶ ὠφέλιμα καλοῦνται.

\* Διελόντες οὖν ἀπὸ τῶν ὠφελίμων τὰ ἀγαθὰ, ἃ καθ' ἑαυτὰ εἰσι, σκεψώμεθα εἰ μία ἰδέα τούτων ἐστὶ· φαίνεται τοίνυν μάταιον εἶναι, ἰδέαν λέγειν τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀγαθῶν. Τί γὰρ ἂν τούτων καὶ διαφέροι, εἴπερ καὶ ταῦτα καθ' ἑαυτὰ εἰσιν ἀγαθὰ, καθάπερ ἐκείνη; Τὸ γὰρ φρονεῖν καὶ δρᾶν, καὶ ἡδοναὶ τινες αἱ σώφρονες, καὶ τιμαί, εἰ καὶ δι' ἄλλα ζητοῦνται, ἀλλ' ὅμως καὶ ἄνευ τῆς ἐκείνων προσθήκης αὐτὰ δι' ἑαυτὰ καὶ αἰρετὰ εἰσι καὶ διωκτά. Ὡστε κατὰ τοῦτο καθ' ἑαυτὰ ἀγαθὰ εἰσι, καὶ οὐ μόνη τῇ ἰδέᾳ τοῦτο δώσομεν.

\*\* Ἐτι εἰ ἔστιν ἰδέα μία τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀγαθῶν, αὐτὸς δὲ ὁρισμὸς τοῦ ἀγαθοῦ ἐφαρμοσεί πᾶσι· καθάπερ δὲ αὐτὸς ἐφαρμόζει λόγος δὲ τῆς λευκότητος ἐν τε χιόνι<sup>a</sup> καὶ ψιμυθίῳ·<sup>b</sup> ἀλλ' οὐκ ἔστι. Φρονήσεως γὰρ καὶ ἡδονῆς, καθ' ἃ ἀγαθὰ, διάφοροι οἱ ὁρισμοί· ἄλλο γὰρ τὸ τῆς ἡδονῆς ἀγαθόν, καὶ ἄλλο τὸ τῆς φρονήσεως.

(Scripsi : <sup>a</sup> χιόνι.] vulgo χιόνι. — <sup>b</sup> ψιμυθίω.] vulgo ψιμυθίω. — ]

## Κεφ. ι'.

Ἵτι τὰ ἀγαθὰ κατ' ἀναλογίαν ἐνὶ ὀνόματι λέγονται· καὶ ὅτι οὐδεμία βοήθεια τῷ ἠθικῷ ἀπὸ τοῦ τῆν ἰδέαν αὐτὸν εἰδέναι.

Ἐπει δὲ τὰ ἀγαθὰ, καθὼς εἴρηται, οὐ συνωνύμως λέγονται, (οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχουσιν ὁρισμὸν) ζητητέον πῶς λέγονται. Ἡ γὰρ ὁμωνύμως, ἢ ὡς τὰ ἀφ' ἑνός, ἢ πρὸς ἐν συντελοῦντα, ἢ κατὰ ἀναλογίαν· ὡς περ λέγεται ὁ νοῦς ὀφθαλμὸς, ὅτι τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει πρὸς τὴν ψυχὴν, ὅν δὲ ὀφθαλμὸς πρὸς τὸ σῶμα. Δοκεῖ δὲ τὰ ἀγαθὰ κατὰ ἀναλογίαν ἐνὶ ὀνόματι λέγεσθαι. Καθάπερ γὰρ ψυχὴν ἀγαθὴν λέγομεν, οὕτω καὶ χρόνον καὶ τόπον· ἔχει γὰρ ἀνάλογον· καὶ ὅπερ ἐν ψυχῇ ἀρετὴ, τοῦτο ἐν χρόνῳ καιρὸς, καὶ ἐν τόπῳ δίαίτα, καὶ ἐν ποσῶ συμμετρία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀφορέον νῦν· ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλη ἂν εἴη φιλοσοφία οικειότερον· οὐ γὰρ τῇ ἠθικῇ ταῦτα προσήκει. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς ἰδέας λέγειν καθόλου· θεολογικοῦ γὰρ τινος καὶ τοῦτο, καὶ οὐδὲν συντελεῖ τῷ ζητοῦντι τὸ πολιτικὸν ἀγαθόν.

\*\*\* Ἡ γὰρ ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ εἰ καὶ ἔστιν, ἥτις κοινῇ τῶν ἄλλων καὶ καθόλου κατηγορεῖται καὶ χωριστὸν τῶν ἄλλων καὶ καθ' ἑαυτὸ ὄφραστός, ὅηλον ὡς οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ἀνθρώπῳ πράξαι τοῦτο ἢ κτήσασθαι· ἡμῖν δὲ περὶ τοιοῦτου ἀγαθοῦ ὁ λόγος. Ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν συστήναι δυνατόν· εὐδαιμονεῖ γὰρ τις ἐν ᾧ ἐπραξεν ἢ ἐν ᾧ ἐκτήσατο. Ὡστε οὐκ ἂν εἴη προσήκον ἡμῖν περὶ τοῦ μὴ τοιοῦτου λέγειν· τάχα

ria depellunt, propterea expetuntur. Et per se quidem bona sunt sanitas et virtus, sapere, videre : non per se, exercitia, sicut exercitationes gymnasticæ, quibus virtutis causa utimur, et quæ valetudinis gratia adhibentur remedia. Hæc enim et utilia dicuntur.

Quamobrem primum ab iis quæ utilia appellantur, bona quæ per se sunt distinguamus : deinde num una aliqua eorum sit idea consideremus : videtur ergo ineptum esse, aliquam bonorum, quæ per se sunt, ideam ponere. Qualis enim harum rerum differentia erit, si et illa per se sunt, sicut hæc est? Etenim sapere et videre et voluptates quædam pudicæ et honores, licet propter alia petantur, nihilominus sine illis tamen ipsa per se et eligenda et expetenda sunt. Itaque eo nomine per se bona sunt, nec soli id ideæ ascribendum est.

Insuper si una bonorum quæ per se sunt est idea, eadem boni definitio omnibus conveniet : quemadmodum eadem candoris in nive et in cerussa finitio congruit : quod non fit. Prudentiæ enim et voluptatis, quæ bona sunt, diversa est definitio : aliud enim voluptatis, aliud prudentiæ bonum est.

## Cap. X.

Bona proportionem uno nomine appellari : deinde ideam ipsius cognitionem nihil prodesse homini moralis philosophiæ studioso.

Quum ergo, quemadmodum dictum est, bona non simili nomine appellantur, (non enim eandem definitionem habent), videndum est quomodo dicantur. Aut enim communium nomine notantur, vel ut ea quæ ab uno proficiuntur vel quæ ad unum tendunt, aut proportionem idem nomen habent : sicut mentem oculum vocamus, quia eandem ad animum, quam oculus ad corpus rationem habet. Videntur autem bona proportionem eodem nomine affici. Nam quomodo animum bonum dicimus, sic et tempus et locum : proportionem enim habent : et quod in animo est virtus, hoc in tempore occasio, in loco domicilium, in quantitate modus est. Sed hæc nunc mittamus : quia alii potius philosophiæ accurata eorum convenit tractatio : neque enim talia ad ethice pertinent. Similiter et universe de idea agere : quod theologum potius decet, neque quidquam illi prodest qui civile bonum quaerit.

Etenim quamvis boni idea sit, quæ communiter et universe de aliis dicatur, quæque ab aliis sejuncta existimetur et per se subsistat : hanc tamen neque actioni humanæ accommodari, neque ab homine comparari posse manifestum est. Nos vero de tali nunc bono loquimur. Quippe in eo potest consistere felicitas : suis enim quisque actionibus aut possessionibus beatus redditur. Quare nec nostrum officium est, de alio bono disserere :

\* Χωρισαντες οὖν κτλ. — \*\* Εἰ δὲ καὶ ταῦτά ἐστι κτλ. — \*\*\* Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν τι κτλ.



ὅτι τῷ δοξείν ἂν τοῦναντίον, βέλτιον εἶναι μᾶλλον καὶ συμφορώτερον εἰς τὸ πρᾶξι καὶ κτησασθαι τὰ κτητὰ καὶ πρακτὰ ἀγαθὰ, τὸ εἰδέναι αὐτὴν τὴν ἰδέαν τοῦ ἀγαθοῦ· καθάπερ γὰρ παραδείγματι χρώμενοι ταύτῃ γνωσόμεθα, ποῖα τῶν πρακτῶν καὶ κτητῶν εἰσιν ἡμῖν ἀγαθὰ· κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν. Πιθανότητα μὲν οὖν ἔχει τινὰ οὗτος ὁ λόγος· εἴκοι δὲ ταῖς ἐπιστήμας διαφωνεῖν· πᾶσαι γὰρ αἱ ἐπιστήμαι ἀγαθοῦ τινος ἐφίενται, καὶ τὸ ἐνδεὲς ἀναπληρῶσαι ἐπιζητοῦσιν· ὡσπερ ἰατρικὴ μὲν τὸ ἐλλείπον τῆς υγείας, γυμναστικὴ δὲ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ἀνδρίας. Οὕτω δὲ ἔχουσαι πρὸς τὴν ζήτησιν τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ καθόλου τούτου ἀγαθοῦ τὴν γνώσιν παραλιμπάνουσιν· οὐκ ἂν δὲ παρελίμπανον <sup>a</sup>, εἰ βοήθειά τις ἦν αὐταῖς ἀπ' αὐτοῦ. Βοήθημα γὰρ τηλικούτον ἀπαντας ἀγνοεῖν τοὺς τεχνίτας καὶ μὴ ἐπιζητεῖν, οὐκ εὐλογον. Ὡστε καὶ διὰ τοῦτο ματαίαν τινὰ τὴν ἰδέαν εἶναι. Ἄπορον καὶ τί ὠφελήθησται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὐτοῦ τέχνην, εἰ γινώσκει αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τὸ καθόλου, ἢ ἰατρὸς πῶς ἰατρικώτερος ἔσται, ἢ στρατηγὸς πῶς ἂν γένοιτο στρατηγικώτερος, ὃ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ θεααμένος· οὐ γὰρ τὸ καθόλου ὃ τεχνίτης σκοπεῖ ὡσπερ ὁ ἰατρός. Οὐ γὰρ τὴν καθόλου υγείαν <sup>b</sup> σκοπεῖ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου· μᾶλλον δέ, οὐδὲ τοῦ καθόλου ἀνθρώπου, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀτόμου· καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατροῦσι.

(Scripsi <sup>a</sup> παρελίμπανον] cod. παραλίμπανον.  
— <sup>b</sup> υγείαν] al. ὑγείαν. —)

## Κεφ. 12.

Ἵτι τελειόν ἐστιν ἀγαθὸν τὸ ζητούμενον τῇ πολιτικῇ τέλει, καὶ αὐταρκές.

\* Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Πάλιν δὲ ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον, καὶ σκοπεῖμεν τί ποτ' ἂν εἴη· λέγω δὴ τὸ ζητούμενον τῇ πολιτικῇ τέλει. Ἵστι μὲν γὰρ ἄλλο ἐν ἄλλῃ τέχνῃ ἀγαθόν· ἄλλο γὰρ ἐν ἰατρικῇ, καὶ ἄλλο ἐν στρατηγικῇ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ὁμοίως· ἐκάστη δὲ ἀγαθὸν τὸ τέλος ἐστίν, οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα ποιεῖ. Ὡσπερ ἐν ἰατρικῇ μὲν υγεία τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐν στρατηγικῇ νίκη, καὶ ἐν οἰκοδομικῇ οἰκία. Ἐπει τοίνυν ἐν πάσῃ πράξει καὶ τέχνῃ ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀγαθόν, οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα γίνεται, τὸ τέλος δηλονότι· καὶ καθόλου εἰ εὐρήσομεν τὸ τέλος πασῶν τῶν πράξεων, οὗ ἕνεκα πάσας ποιοῦμεν, τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἐν πάσαις ταῖς πράξεσιν ἀγαθόν· καὶ καθάπερ ἰατρικὸν ἀγαθὸν τὸ τέλος ἐστὶ τῆς ἰατρικῆς, καὶ στρατηγικόν, τὸ τέλος τῆς στρατηγικῆς· οὕτω καὶ πρακτικόν τι ἔσται ἀγαθόν, τὸ τέλος πασῶν τῶν πράξεων. Εἰ δὲ καὶ μὴ ἐν ἄλλῃ πλείω εἴη, ταῦτα ἂν εἴη τὰ πρακτὰ ἀγαθὰ. Τοῦτο δὲ τί ἐστὶ, πειρατέον ἐτι διασαφῆσαι· οὕτω γὰρ καὶ περὶ αὐτοῦ σαφὲς εἴπομεν, ἀλλ' ἐτι ζητοῦ-

\* Cap. 7. Πάλιν δὲ ἐπανέλθωμεν κτλ.

sed forsitan e contrario satius esse duxerit quispiam et utilius ad ea bona quae agi quaeque possideri a nobis possunt tum agenda tum comparanda, ipsam boni ideam cognitam habere: quam tanquam exemplar intuiti, quænam ex illis bonis bona nobis sint, et intelligemus et intellecta consequemur. Atqui probabiliter quidem hæc dicuntur, sed a scientiis atque artibus plurimum videntur discrepare. Nam aliquod bonum omnes expectunt, et id quod deest supplere nituntur: sicut medicina, quod ad sanitatem, ars gymnastica quod ad robur deest aut ad fortitudinem. Et tamen quamvis ita in boni investigatione versentur, nihilominus boni huius universi scientiam prætermittunt. quod nequiquam facerent, si ipsis illud subsidio foret. Nimirum non est verisimile aut consentaneum, artifices omnes tantum ad iumentum fuisse ignoraturos, ac ne requisituros quidem. Ex quo etiam sequitur, vanam esse hanc ideam. Illud quoque maxime dubium et pæne inexplicabile est, quid utilitatis ad artem suam textor aut faber ex ipsius universi boni cognitione consecuturus sit, aut quo tandem modo vel medicus ad medendum vel imperator ad exercitum ducendum aptior sit futurus, qui ipsam boni ideam contemplatus fuerit. Id videlicet quod universale est non spectat artifex, ut nec medicus. Neque enim universam sanitatem spectat, sed hominis: immo vero ne universe quidem hominis, sed individui, quia singulis hominibus medicinam adhibet.

## Cap. XI.

Perfectum esse et per se sufficiens civilis prudentiæ bonum.

Et de his quidem hactenus. Quare rursus ad priorem quaestionem revertamur, ut videamus, quis sit finis ille, quem civilis sibi proponit prudentia. Aliud enim in alia arte bonum est: siquidem aliud in medicina est, aliud in arte imperatoria et in reliquis eodem modo: bonum autem unicuique arti finis est, cuius causa cætera agit. Sicut in medicina bonum est sanitas, in imperatoria arte victoria, in architectura domus. Quum ergo in omni tum actione tum arte illud sit bonum, cuius causa cætera fiunt, ipse scilicet finis: in universum etiam, si omnium actionum finem illum invenerimus, cuius causa actiones istæ fiunt, hoc in omnibus actionibus bonum erit: et quemadmodum bonum medicum finis medicinae, et imperatorum itidem est imperatoris artis: sic etiam omnium actionum finis bonum aliquod in agendo positum erit. At si non unus est finis, sed plures, utique hæc quæ agi possunt erunt bona. Sed danda nobis opera est, ut quis ille sit finis, planius explicemus: quia nihil hactenus de eo explicate diximus.

μεν τί ἐστι· μεταβαίνων γὰρ ὁ λόγος οὐδὲν ἤνυσε πλέον, ἀλλ' εἰς τὸ αὐτὸ ἀφίκετο, ὃ καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις ἐλέγομεν, ὅτι τὸ πάσης πράξεως τέλος, τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀριστον. Ἐπεὶ τοίνυν πολλὰ φαίνεται τῶν πράξεων τὰ τέλη, τούτων δὲ τινα οὐδ' ἑαυτὰ αἰρούμεθα, ἀλλὰ δι' ἕτερα τέλη ἄλλων ἐπιστημῶν τῶν ἀρχιτεκτονικῶν, καθὼς εἴρηται, καὶ εἰσι χρήσιμα πρὸς ἐκεῖνα, ὥσπερ ὁ πλοῦτος, ὃ τοῦ χρηματιστοῦ ἐστὶ τέλος, χρησιμεύει τῷ πολιτικῷ εἰς τὸ ἴδιον τέλος, καὶ ὁ αὐλός, τέλος μὲν τοῦ αὐλοποιοῦ, χρήσιμον δὲ τῷ αὐλητῇ διὰ τὸ αὐλεῖν, ὁμοίως δὲ καὶ πάντα τὰ ὄργανα· ἐπεὶ τοίνυν εἰσι τινα τῶν τελῶν μὴ δι' ἑαυτὰ ἀγαθὰ, οὐκ ἂν εἴη πάντα τὰ τέλη τέλεια. Τὸ δὲ ἀγαθόν, ὃ ἕνεκα πάντα πράττομεν, τέλειον δεῖ εἶναι· ὥστε οὐκ ἂν εἴη ἐν τῶν τοιούτων τελῶν, ἅπερ ἀτελῆ εἰσιν. Ἄλλ' εἰ μὲν πολλά εἰσι τὰ τέλεια, τὸ τελειότατον τούτων· εἰ δὲ ἓν, ἐκεῖνο ἐστὶ τὸ ζητούμενον ἐν πάσαις ταῖς ἀνθρωπίναις πράξεσιν ἀγαθόν. Καὶ τὸ μὲν δι' ἑαυτὸ ζητούμενον τοῦ δι' ἄλλο ζητουμένου τελειότερον λέγομεν· πάλιν δὲ ἐπεὶ τινα τῶν ἀγαθῶν καὶ δι' ἑαυτὰ καὶ δι' ἄλλα ζητοῦνται, ὥσπερ τὸ ὑγιαίνειν καὶ τὸ φρονεῖν, τελειότερον τούτων ἐστίν, ὅπερ δι' ἑαυτὸ μόνον ζητεῖται, οὐδέποτε δὲ δι' ἄλλο· καὶ οὐ μόνον κατὰ σύγκρισιν τελειότερον ἄλλου, ἀλλὰ καὶ ἀπλῶς τέλειον ἀγαθὸν τοῦτό ἐστι. Τοιοῦτον δὲ ἡ εὐδαιμονία μάλιστα εἶναι δοκεῖ· ταύτην γὰρ αἰρούμεθα αἰεὶ δι' ἑαυτήν· τιμὴν δὲ καὶ ἡδονὴν καὶ φρόνησιν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἰρούμεθα μὲν δι' ἑαυτά· (μηδενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἄλλου ἀπὸ τῆς κτήσεως αὐτῶν, ἐλοιμεθα ἂν ἕκαστον αὐτῶν) αἰρούμεθα δὲ καὶ τῆς εὐδαιμονίας χάριν, διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσιν. Τὴν δὲ εὐδαιμονίαν οὐδεὶς αἰρεῖται διὰ ταῦτα, ἢ ὄλως δι' ἄλλο· ἀλλὰ μόνον δι' ἑαυτήν· ὥστε ἡ εὐδαιμονία ἂν εἴη τὸ ζητούμενον παρὰ τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων ἀγαθόν.

\* Ἐτι δὲ καὶ ἐκεῖθεν δῆλον· καὶ γὰρ τὸ τέλειον ἀγαθὸν ὃ ζητεῖται, αὐταρκές εἶναι δοκεῖ. Αὐταρκές δέ, ὃ ἀρκεῖ οὐ μόνον ἐνί τινι ζῶντι βίον μονώτην, ἀλλὰ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις καὶ γυναικί, καὶ ὄλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις. Ἐπεὶ καὶ τοῦ ἐν τούτοις ἀγαθοῦ ὁ ἄνθρωπος χρήζει, \* φύσει πολιτικὸς ὢν καὶ κοινωνικός. Καὶ ὄλως αὐταρκές ἐστίν, ὃ μονούμενον, ἄρκιον καὶ αἰρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδενὸς ἐνδεῆ· τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι. Φαίνεται ἄρα, τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι. Ἐτι τὴν εὐδαιμονίαν οὐ λέγομεν συναριθμεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς· τῶν γὰρ αἰρετῶν ἡγούμεθα εἶναι τὸ ἄκρον· καὶ εἰ σύστοιχον αὐτῇ τοῖς ἄλλοις ποιήσομεν ἀγαθοῖς, φανερόν ἐστι, εἰ προσθήσομέν τι τῶν ἄλλων αὐτῇ, αἰρετωτέραν ποιήσομεν, καὶ οὕτως οὐκ ἂν εἴη αὐτὴ τὸ ἄκρον τῶν αἰρετῶν· τὸ γὰρ προστιθέμενον τῶν ἀγαθῶν μετὰ τῆς εὐδαιμονίας ἀγαθόν τι ἀποτελέσει τῆς εὐδαιμονίας αἰρε-

sed adhuc quis sit quærimus : neque enim quidquam effectit, dum huc et illuc vagatur oratio, sed eodem revoluta est, nec aliud probavit, quam actionis, ut in proœmio diximus, cujusque finem hoc esse, quod bonum dicimus et optimum. Quum ergo multi videantur esse actionum fines, atque horum quidam non per se, sed ob alios aliarum scientiarum fines, qui principes vocantur, ut supra dictum est, expetantur ac propterea utiles existimentur, sicut divitiæ, qui lucripetæ finis est, homini rerum civilium perito ad finem suum possunt prodesse, et tibia quæ finis est tibiarii, nihilominus tibiicini ad canendum conducit, et similiter instrumenta reliqua : quum ergo, inquam, fines quidam sint, qui per se non sint boni, sequetur nec omnes fines perfectos esse. Illud vero cujus causa omnia facimus, perfectum esse oportet bonum : quare nec inter illos fines erit, qui non sunt perfecti. Quodsi multi sunt perfecti, is qui perfectissimus erit : sin autem unus, hoc jam illud erit, quod in omnibus humanis actionibus quærimus bonum. Jam id certe quod per se peti solet, eo quod ob aliud petitur, perfectius dicimus : rursusque quum talia sint bona quædam, ut et per se et ob aliud petantur, sicut valere et sapere, horum perfectiora sunt quæ per se semper, neque unquam ob aliud petuntur : atque hujusmodi quidem bonum non alterius tantum respectu, sed simpliciter et absolute perfectum est. Tale autem maxime videtur esse felicitas : hanc enim semper per se expelimus : honorem contra, voluptatem ac prudentiam cæterasque per se quidem petimus virtutes (quamvis enim possessionem earum nihil aliud sequatur, tamen singula qualia sunt petimus) nihilominus tamen et felicitatis causa petuntur, quod per ea felices futuros nos judicamus. Felicitatem vero nec harum, nec omnino cujusquam alius rei causa quisquam petit, sed per se tantum : ex quo sequitur, felicitatem esse illud quod humanæ actiones sibi proponunt bonum.

Præterea id ipsum et hinc intelligi potest : etenim perfectum illud quod quæritur bonum, per se sufficere videtur. Sufficere autem illud creditur, quod non uni tantum qui vitam degit solitariam sufficiat homini, sed quod parentibus etiam, uxori et liberis, omninoque cæteris tum amicis sufficit tum civibus. Quippe tali bono, quod ad hos etiam pertineat, opus est homini ad vitam societatemque civilem nato. Denique sufficiens hoc est, quod si demas reliqua, sufficientem per se vitam et expetendam facit, ita ut nulla re egeat : talem autem esse felicitatem putamus. Unde apparet, felicitatem esse illud quod quærimus bonum. Insuper felicitatem non dicimus cum reliquis conjungi bonis, quia eorum quæ expetuntur honorum extremum eam esse arbitramur : nam si in reliquorum honorum ordine eam locemus, illud eveniet, ut si aliud illi adjungamus, eam optabiliorem etiam faciamus ; unde sequetur, summum eam bonum

\* Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας κτλ.

τώτερον τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν ἐστὶ, οὐ συναριθμούμενον τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν αἰρετῶν ἄκρον ὑπάρχον· τέλειον γὰρ ἐστὶ· τὸ δὲ τέλειον, αἰρετώτατον· αἰετὸν γὰρ τὸ τελειώτατον ἀγαθὸν μᾶλλον αἰρούμεθα· ἢ ἄρα εὐδαιμονία ἐστὶ τὸ ζητούμενον τέλος. Ἐχει δὲ τινα ἀπορίαν ὁ περὶ τοῦ αὐτάρκους λόγος. Εἰ γὰρ τότε τὸ ἀγαθὸν αὐταρκές τι, ὅταν αὐτῷ καὶ πᾶσι τοῖς οὐκ αἰετῶν ἀρκέσει, καὶ τοῖς πολίταις, καὶ τοῖς φίλοις, καὶ ἐτι τοῖς οἰκείοις καὶ συγγενέσιν ἐκείνων, ἐπει τοῦτο εἰς ἄπειρον πρόεισιν, οὐκ ἂν συσταίη τὸ αὐταρκές ἀγαθόν. Ὡστε ἀνάγκη λαθεῖν τινα ὅρον τῶν οἰκείων, ἐφ' οὗ δὲ προίεται τὸ ἀγαθόν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαυθίς ἐπισκεπτέον· λέγωμεν δὲ περὶ τοῦ προκειμένου.

(Seripsi : \* χρῆζει] vulgo χρῆσει. —)

Κεφ. ιβ'.

Ὅτι ἐν τῇ κατὰ λόγον τοῦ ἀνθρώπου ζωῇ ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, καὶ ἐστὶ ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ.

\* Τὸ μὲν οὖν λέγειν τὴν εὐδαιμονίαν αὐτὸ εἶναι τὸ ζητούμενον τῇ πολιτικῇ ἀγαθὸν τὸ ἀριστον, ὁμολογούμενον τι φαίνεται. Ποθεῖται δὲ λεχθῆναι περὶ αὐτῆς ἐναργέστερον, τί ἐστὶ. Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν, εἰ τὸ ἔργον εὐρήσομεν τοῦ ἀνθρώπου, καθ' ὃ ἐστὶν ἄνθρωπος. Ἄσπερ γὰρ παντὸς τεχνίτου ἀγαθὸν ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ ἐστὶ, καὶ αὐλοῦ μὲν ἐν τῷ αὐλεῖν, ἀγαλατοποιοῦ δὲ ἐν τῷ ἀγάλασαι, καὶ ὄλων ἐπὶ παντὸς ἔργου καὶ πράξεως οὕτως ἔχει, οὕτως καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ ἐστὶν, εἴπερ τι ἔργον ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου, καθ' ὃ ἐστὶν ἄνθρωπος. Πότερον οὖν τέκτονος μὲν καὶ σκυτεύος ἐστὶν ἔργα τινὰ καὶ πράξεις, ἀνθρώπου δὲ οὐδὲν ἐστὶν ἄλλ' ἄργον πέφυκεν; ἢ καθάπερ ὀφθαλμοῦ καὶ χειρὸς καὶ ποδὸς καὶ ὄλων ἐκάστου τῶν μορίων φαίνεται τι ἔργον, οὕτως καὶ ἀνθρώπου παρὰ πάντα ταῦτα θεῖη τις ἔργον τι.

Τί οὖν ἐστὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἔργον; τὸ μὲν οὖν ζῆν κοινόν ἐστὶ καὶ τοῖς φυτοῖς· ἡμεῖς δὲ τὸ ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου ζητοῦμεν· ὥστε ἐατέον τὸν περὶ τούτου λόγον. Ἐπει δὲ μετὰ τὴν θρησκευτικὴν καὶ αὐξητικὴν ζωὴν, τὴν φυτικὴν δηλονότι, ἐπομένη ἐστὶν ἡ αἰσθητικὴ, ἔγγιον γὰρ τῆς λογικῆς, σκεπτέον καὶ περὶ αὐτῆς. Ἀλλὰ καὶ αὕτη κοινὴ καὶ ἵππων καὶ βοῶν, καὶ παντὶ ζῳῷ. Ὡστε οὐδὲ αὕτη ἐστὶ τὸ ζητούμενον ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. Λείπεται δὲ ἡ ἐν λόγῳ πρακτικῇ ζωῇ. Καὶ αὕτη \* δὲ διπλῆ τις φαίνεται. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἄλογον μὲν, ἐπιπειθὲς δὲ καὶ ὑπεῖκον τῷ λόγῳ· τὸ δὲ λόγον ἔχον καὶ διανοούμενον. Καὶ τὸ μὲν λόγον ἔχον καὶ διανοούμενον τάττει καὶ βυθμίζει· τὸ δὲ ἄλογον τάττεται καὶ βυθμίζεται. Ὡστε τὸ λογικὸν κυριώτερον ἀνθρωπίνῳ

\* Ποθεῖται δὲ ἐναργέστερον κτλ.

non fuisse. Nimirum illud quod felicitati adijungitur, aliquid ipsa felicitate optabilius efficiet bonum : hoc vero quod quaerimus bonum tale est, ut cum reliquis conjungi non debeat, sed eorum omnium, quae eligenda perhibemus, sit summum : est enim perfectum : quod autem perfectum est, maxime est expetendum : semper enim quo perfectius est bonum, eo magis etiam illud consecramur : hinc patet, felicitatem esse finem nobis propositum. Sed dubitatur in hac quaestione de bono per se sufficiente. Si enim tum demum sufficiens homini bonum est, quum ipsi ejusque familiaribus omnibus et civibus et amicis, rursusque illorum familiaribus et propinquis sufficit, quod in infinitum abit, nusquam consistet illud quod sufficiens dicitur bonum. Quare certus aliquis, ad quem usque progredi hoc bonum oporteat, constituendus erit amicorum terminus. Qua de re posthac commentabimur; nunc ad propositum revertamur.

Cap. XII.

Felicitatem in ea, quam homo ad rationis normam dirigit vita constare, eamque esse functionem muneris animi honestam in vita perfecta.

Summum igitur illud, quod prudentia civilis quaerit bonum, felicitatem dici posse, constare videtur inter omnes. Res autem poscere videtur, ut planius de ea disseramus, et quid illa sit ostendamus. Quod fiet, si prius exploraverimus, quodnam sit opus hominis, quatenus est homo. Etenim ut artificis cujuslibet bonum in ejus opere consistit, et tibicinis quidem in tibiarii cantu, statuarii autem in statua, omninoque eodem modo in omni opere et actione : sic et hominis bonum in ejus opere cernitur, siquidem aliquid hominis opus est, qua est homo. Utrum ergo fabri et auloris opera aliqua sunt et aliquae actiones, hominis autem nullum erit, sed animal ad desidia natum reperietur? an potius ut oculi, manus, pedis singulorumque adeo membrorum suum ejusque opus ac munus est, sic hominis quoque praeter haec omnia opus aliquid esse statuemus? Quodnam ergo hominis opus erit? Nam vivere quidem cum plantis et fructibus ei videtur esse commune; at nos proprium hominis opus quaerimus : quamobrem nihil amplius de hoc dicendum est. Quum vero post vitam alendi augendique vi et facultate praeditam, quam plantis tribuimus, sequatur vita sentiendi vim habens, quippe quae ad rationalem propriam accedat, de hac etiam agendum erit. Porro et haec equo et bovi reliquisque communis est animalibus. Quocirca ne hoc quidem erit opus illud hominis, quod quaerimus. Relinquitur ergo vita rationalis, quae ad agendum apta sit. Sed et haec duplex videtur. Altera enim pars ejus ratione quidem caret, quamvis rationi obtemperet et cedat : altera vero ratione praedita est cogitandique munere fungitur. Et ea quidem quae ratione est praedita et cogitationis particeps, disponit et ordinat : quae autem ratione caret, disponitur et ordinatur. Quamobrem rationali

ἐνέργειά ἐστιν, ἐπὶ καὶ τοῦτο ἐστιν ἐνέργεια· ὁύτερον γὰρ παθητικὸν λέγεται.

\* Ἔστι τοίνυν ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον, ὅταν διανοῆται <sup>b</sup>, ἢ οὐκ ἀνευ λόγου, ὅταν κατὰ τὸ παθητικὸν μέρος κινήται <sup>c</sup> μετὰ λόγου. Ἐπει τοίνυν ἐνέργειά ἐστιν ἀνθρωπίνη ἢ κατὰ λόγον, εἰ καὶ εὖ καὶ καλῶς γίνωτο, οὐδὲν κωλύει ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν πάλιν εἶναι· οὐ γὰρ ἑτερογενῆ τὸ τοῦ κιθαριστοῦ ἔργον καὶ τὸ τοῦ σπουδαίου κιθαριστοῦ· κιθαριστοῦ μὲν γὰρ τὸ κιθαρίζειν, σπουδαίου δὲ τὸ εὖ κιθαρίζειν. Καὶ οὐκ εἰσὶν ἑτερογενῆ· ὥσπερ οὐδὲ ὁ ἵππος τοῦ ἀγαθοῦ ἵππου ἕτερος τῶ γένει. Εἰ δ' οὕτω ταῦτα, ἀνθρώπου δὲ τίθεμεν ἔργον ζωὴν τινα, ταύτην δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν καὶ πράξεις μετὰ λόγου, σπουδαίου ἀνθρώπου ἂν εἴη ἔργον, τὸ εὖ καὶ καλῶς κατὰ λόγον ἐνεργεῖν. Εὖ δὲ τι καὶ καλῶς γίνεται ἕκαστον, κατὰ τὸ προσήκον αὐτῶ ἀγαθόν, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ἀρα ἐνέργεια εὖ καὶ καλῶς ἔσται, κατὰ τὸ προσήκον αὐτῶ ἀγαθόν. Τὸ δὲ προσήκον αὐτῶ ἀγαθὸν ἡ ἀρετὴ ἐστιν. Ὡστε τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐκεῖνο ἂν εἴη, ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετήν.

\*\*\* Ἔστι γὰρ τοιαύτη ἔξις περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς ἐν ταῖς ἑμιλίαις γινόμενας. Καὶ ὅσα μὲν ἡδοναὶ οὐ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποβλέπουσι, <sup>b</sup> ταύταις οὐ συνησθήσεται τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἡδομένοις δυσχερανεῖ· καὶ προαιρήσεται λυπηρὸς ὀφθῆναι μᾶλλον ἢ ἡδύς, τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα· μάλιστα ἂν ἡ ἡδονὴ αἰσχύνῃ φέρῃ καὶ βλάβῃν τῷ ποιῶντι μεγάλην· τότε γὰρ αἰρήσεται μᾶλλον λυπησθαι, καὶ αἰσχῦναι μικρόν, καὶ τῆς μείζονος ἀπαλλάξαι λύπης καὶ αἰσχύνης, ἢ μικρόν εὐφράναντα διὰ τοῦ συνησθῆναι, τῇ μείζονι λύπῃ περιβαλεῖν. Οὐχ ὁμοίως δὲ ἑμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλ' ἐκάστῳ ἀποδώσει τὸ πρέπον, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δὲ διαφορὰς τῶν ἐντυγχάνοντων καὶ αὐτὸς διαφέρουσαν τῆν ἑμιλίαν ποιήσει, καὶ ἐπαινεῖσι ὡς δεῖ ἕκαστον, καὶ ἐπιτιμήσει

se consortione et congressu, qui in sermonibus et factis cernuntur: in his ergo aut laudamus aut reprehendimus aliquem. Quum autem laudari mediocritas, abundantia vero ac defectus, sive nimium et parum, vituperari debeant, manifestum est, in hac etiam vita societate tum nimium esse tum parum, tum mediocritatem: alii enim iis quibuscum quotidie congregiuntur minime molesti esse volunt, atque idcirco omnia laudant omniumque sententias probare videri volunt, neque unquam ab aliis dissentiunt.

Alii directe cum his pugnant, qui molesti sunt omnibus, omnia vituperant, neque quidquam eorum que fiunt approbantes de qualibet re cum omnibus contendunt.

Hi ambo utique vituperantur. Ac laudatur quidem qui decenter hæc facit, hoc est, qui vituperabilia vituperat et laudabilia laudat, iis denique, quibus astipulari debet, astipulatur. Atque is quidem qui omnia laudat blandus et adulator dicitur: qui vero cuncta reprehendit, morosus: qui denique ad rem quæ geritur iudicium accommodat, ita ut in utroque genere neque laudando neque reprehendendo peccet, amicus appelletur: videtur autem virtus ipsius amicitia esse: nam tali mediocritati nomen non est impositum, sed a simili denominatum. Quippe huiusmodi habitus, quum amandi affectum assumpsit, fit amicitia: eo enim differt ab amicitia, quod amoris affectu caret. Nec enim quia aut amat aut odit ea quæ dicuntur et fiunt, approbat aut improbat, sed simpliciter honesti causa, et quia tale sibi ingenium induit: nimirum eodem modo erga notos et ignotos se habet, erga familiares et alienos, quod ad hunc habitum attinet. Nam, quantum oportet, et laudabilia semper laudat et vituperabilia vituperat: sed non plane eodem modo, neque enim ubi fieri hoc necesse erit, molestia sæque notos afficiet atque ignotos, item familiares et alienos: similiterque in voluptate erit, neque enim eadem conveniunt: ideoque honestatis semper et utilitatis ratione habita vir bonus eos, quibuscum vivit, vel molestia afficiet, vel delectabit.

Etenim talis habitus in voluptatibus ac molestiis versatur, quæ ex sermonibus et ceteris hominum capiuntur. Quare quæcumque voluptates ad honestatem non spectant, iis non fruetur cum hominibus quibus familiariter utitur, sed potius succensebit iis, si talibus rebus delectantur: et honestatis causa molestus quam jucundus videri malet: maxime si voluptas facientibus dedecori aut magno damno sit: tum enim malet parva aliquem molestia afficere aut ignominia, ut eum majori molestia et ignominia liberet, quam gaudio communiter percepto paulum exhilaratum majori postmodum molestia implicare. Non eodem autem modo conversabitur et loquetur cum viris dignitate aliqua præditis et cum plebe, sed suum cuique tribuet decorum, ac pro diversitate hominum forte fortuna oblatores et ipse diver-

\* Οἱ δ' ἐξ ἐναντίας τούτοις κτλ. — \*\* Ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημένα ἐξεῖς κτλ. — \*\*\* Καθόλου μὲν οὖν εἴρηται, ἐπὶ ὡς εἰ ἑμιλήσει, κτλ.

ὁμοίως ἐφ' οἷς δαί, καὶ ὅτε δαί· τὸ μὲν συνηθύνειν μά-  
λιστα ζητῶν, καὶ τοῦτο καὶ καθ' ἑαυτὸ αἰρούμενος, τὸ  
δὲ λυπεῖν ἐλάχιστα καὶ μετρίως, καὶ οὐ δι' ἑαυτὸ,  
ἀλλὰ τοῦ συμφέροντος ἕνεκα. Καὶ γὰρ καὶ ὅτε λυπεῖ,  
ἕνεκά τινος μεγάλης ἡδονῆς, μετρίως λυπεῖ, τὸ φορ-  
τικὸν αἰεὶ εὐλαβούμενος. Ὁ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐν ταῖς  
ὁμιλίαις ἡδονὰς καὶ λύπας μέσος τοιοῦτος· οὐκ ὠνόμα-  
σται δὲ ἰδίῳ ὀνόματι, ἀλλὰ φίλος καλεῖται διὰ τὴν  
πρὸς τὴν φιλίαν ὁμοιότητα, καθὼς εἴρηται.

\* Τῶν δὲ παρ' ἑκάτερα ὁ μὲν ὑπερβάλλον, εἰ μὲν  
οὐδενὸς ἕνεκα πάντα ἐπαινεῖν καὶ πᾶσιν ἀρεσκόμενος  
τὸ ἡδὺς εἶναι μόνον ζητεῖ, ἀρεσκος καλεῖται· εἰ δὲ  
ἔτιως ὠφελεία τις ἀντὶ γένηται εἰς χρήματα, ἢ ὅσα  
διὰ χρημάτων, κόλας.

\*\* Ὁ δὲ ἐλλείπων, δύσκολος καὶ δύσερις, ὃς πᾶσι  
δυσχεραίνει, καὶ πᾶσιν ἐπιτιμᾷ.

\*\*\* Ὅτι δὲ καὶ ἐνταῦθα ἡ μεσότης ὅν εἴρηται τρόπον  
ἀνώνυμος ἐστίν, οὐ δοκεῖ μέσῳ τινὶ ἀντικεῖσθαι τὰ  
ἄκρα, ἀλλὰ ἀλλήλοις.

[Scripsi : \* ἀρεσκός τις] cod. ἀρεσκός τις. — <sup>b</sup>  
εἰ ποθέπουσι, ταύταις] cod. ἀποθέπουσιν, ταύτας.)

## Κεφ. θ'.

Περὶ ἀληθείας καὶ τῶν παρ' ἑκάτερα κακιῶν.

\*\*\*\* Περὶ ταύτας δὲ τὰς πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλίαις καὶ  
ἕτεραι γίνονται ἕξεις. Ἡ γὰρ πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀν-  
θρώπων ὁμιλία διπλῆ ἐστίν· ἢ γὰρ περὶ τῶν λόγων ἢ  
τῶν ἔργων τοῦ συντυγχάνοντος γίνεται, ἢ ἑκάστου  
περὶ τῶν ἑαυτοῦ· καὶ περὶ μὲν τὴν πρώτην αἰ εἰρη-  
μέναι γίνονται ἕξεις, περὶ δὲ τὴν δευτέραν ἄλλαι· ἢ  
γὰρ ψεύδεσθαι τις περὶ ἑαυτοῦ λέγων καὶ τῶν ἰδίων  
ἔργων, ἢ ἀληθεύει· καὶ εἰ ψεύδεται, ἢ ἐλάττω λέγει  
τῶν ὄντων, ἢ μείζω· εἰ μὲν οὖν ἀληθεύει, καὶ οὔτε  
μείζω λέγει τῶν ὄντων, οὔτε ἐλάττω, ἢ τοιαύτη ἕξις  
ἀλήθεια καλεῖται, καὶ ὁ ἕχων ἀληθευτικός.

\*\*\*\*\* Εἰρωνεία δὲ καὶ ἀλαζονεία καὶ τῶν ἄλλων τῶν  
τοιοῦτων ἕκαστα ἐπιτηδεύονται μὲν παρ' ἐνίων καὶ  
τινὸς ἕνεκα· ὅσων, δόξης ἢ πλούτου ἢ ἀλλου τινὸς  
τῶν τοιοῦτων· ἐβρίσκονται δὲ παρὰ τισι καὶ οὐ-  
δενὸς ἕνεκα. Καὶ τινες ἐλάττω περὶ ἑαυτῶν λέγουσιν  
ὄν εἶσιν ἀξιοί, καὶ αὐθις ἕτεροι μείζω· οὐχ ὅτι βού-  
λονται οὕτω δοκεῖν, ἀλλ' ὅτι ἑαυτοὺς ἀγνοοῦσι, τοῦτο  
δὲ ἐλάχιστα συμβαίνει. Ὡς γὰρ ἐπιπολύ, εἴαν τις οὐ-  
δενὸς ἕνεκα λέγῃ ἢ πράττῃ, ὅσος ἐστίν, τοιαῦτα καὶ  
λέγει καὶ πράττει καὶ οὕτω ζῆ. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν  
ψεῦδος ψεκτὸν ἐστὶ καθ' ἑαυτὸ, ἢ δὲ ἀλήθεια ἐπαινε-  
τόν, διὰ τοῦτο μεσότης μὲν κἀνταῦθα \* τὸ ἐπαινετόν,  
ἢ ἀλήθεια· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἐλλείψις τὰ ψεκτά, τὰ  
ψεῦδη ἐηλονότι. Ὡν ἢ μὲν ἀλαζονεία ὑπερβάλλει, ἢ

sum cum iis commercium et sermonem habebit, singu-  
losque tum laudibus efferet quemadmodum oportet,  
tum simil ratione reprehendet in quibus oportet et  
quando oportet : qua in re communem delectationem  
maxime spectabit, eamque per se sequetur atque eliget.  
offensionem vero minime aut modice afferet, nec per  
se, sed utilitatis causa. Nam et quum molestia aliquem  
afficiet, magnæ alicujus voluptatis causa leviter offen-  
det, omni semper arrogancia vitata. Talis igitur medius  
est, qui in vitæ socialis jucunditatibus et molestiis cer-  
nitur : qui quidem proprio nomine non appellatur, sed  
propter illam quæ ei cum amicitia est similitudinem, ut  
diximus, amicus vocatur.

Eorum vero qui utrinque sũnt, is quidem qui modum  
excedit, si sine causa omnia laudans omnibusque asti-  
pulus solam jucunditatem consecatur, blandus dicitur :  
sin autem id facit, ut aliquam ex eo utilitatem capiat,  
quæ vel in pecunia vel in iis rebus quæ pecunia astiman-  
tur posita sit, adulator. Qui autem modum deserit, mo-  
rosus ac litigious nominatur, qui omnibus offenditur  
et omnia reprehendit.

Quia vero et hic, quemadmodum dictum est, nomen  
non habet mediocritas, non videntur extrema medie  
cuidam opposita esse, sed inter se pugnare.

## Cap. IX.

De veritate et quæ utrinque eam cingunt vitis.

In hac autem hominum societate etiam alii vertuntur  
habitus. Duplex enim hominum inter se consortionis  
ratio est : altera quæ ad ejus quocum versamur dicta  
factaque spectat, altera quæ ad suas cujusque res re-  
fertur : atque ad illam quidem duo superiores pertineat  
habitus, ad hanc alii : aut enim mentitur aliquis, qui de  
se suisque actionibus loquitur, aut verum dicit : quodam  
mentitur, aut minora re ipsa dicit, aut majora : si ergo  
vera, hoc est, nec majora re ipsa nec minora dicit, talis  
habitus veritas vocatur, et qui eo præditus est verax  
appellatur.

Jana vero dissimulatio et arrogancia atque id genus  
alia a quibusdam ob aliquam rem, exempli gratia, glo-  
riam aut opes aut quæ sunt reliqua hujusmodi, sumun-  
tur : in aliis vero nulla prorsus de causa insunt. Alii  
ergo minora quam merentur de se prædicant, alii rur-  
sus majora : non quod ita velint videri, sed quia se  
ipsos ignorant, quod rarissime accidit.

Plerumque enim, qualis quisque est, si nullius rei  
gratia dicat aliquid aut faciat, talia quoque et loquitur  
et agit, atque ita vivit. Quum igitur mendacium per  
se reprehendendum sit, veritas autem laude digna, id-  
circo hic quoque res laudabilis judicatur mediocritas,  
quæ quidem veritas est : at nimium et parum vitupera-  
bilia sunt, nempe mendacia. Ex quibus arrogancia qui-  
dem modum excedit, dissimulatio autem modum dese-

\* Τοῦ δὲ συνηθύνοντος κτλ. — \*\* Ὁ δὲ πᾶσι δυσχεραίνων κτλ. — \*\*\* Ἀντικεῖσθαι δὲ φαίνεται κτλ. — \*\*\*\* Cap. 7.  
ἐπερὶ τὰ αὐτὰ ὁ σχεδόν ἐστὶ καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης κτλ. — \*\*\*\*\* Δοκεῖ δὲ ὁ μὲν ἀλαζῶν κτλ.

δὲ εἰρωνεία ἀλλείπει. Ἐροῦμεν δὲ περὶ ἐκατέρου ἀκριβέστερον πρότερον δὲ περὶ τοῦ μέσου ἐροῦμεν.

\* Ἔστι τῶν ἀληθευόντων, ὅσα εἰς δικαιοσύνην ἢ ἀδικίαν συνταίει· τοῦτο γὰρ ἄλλης ἐστὶν ἀρετῆς· ἀλλ' ὅστις ἀνευ ἀνάγκης, ἢ νομίμου, ἢ δικαίου, ἢ ἄλλου τινὸς πολιτικοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύει, διὰ μόνον τὸ ἔχειν ἔξιν τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα· καὶ τοιαῦτα περὶ ἑαυτοῦ λέγει καὶ τοιοῦτος τοῖς ἄλλοις ἐθέλει δοκεῖν, ὅς κατὰ ἀληθειάν ἐστιν. Οὗτος δὲ καὶ ἐπεικῆς ἂν εἴη. Οἱ γὰρ φιλαλήθεις καὶ ἐν οἷς οὐκ ἔστιν ἀνάγκη, πολλῶ μᾶλλον ἐν οἷς ἀληθεύειν ἀνάγκη διὰ τὸ πολιτικὸν ἀγαθόν· ὅς γὰρ εὐλαβεῖται τὸ ψεῦδος καθ' ἑαυτό, διότι κακόν, ὅταν καὶ αἰσχρὸν τὸ αὐτὸ γένηται, καὶ οὐ μόνον ἢ κακόν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις δοκῆ τοιοῦτον, πῶς οὐ φεύξεται πάσῃ δυνάμει; Ὁ μὲν οὖν ἀληθευτικός τοιοῦτος, καὶ ἔστιν ἐπαινετός, τὸ κακὸν καὶ αἰσχρὸν εὐλαβοῦμενος· δι' εἰ δεήσει παρεκκλίνει τοῦ μέσου, πρὸς τὴν ἑλλειψιν, οὐ πρὸς τὴν ὑπερβολὴν νεύσει· τοῦτο γὰρ ἐμμελέστερον δοκεῖ θατέρου διὰ τὸ τὰς ὑπερβολὰς ἐπαχθεῖς εἶναι.

\*\* Ὁ δὲ ἀλαζών, μεῖζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. Οὗτος δὲ, εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα προσποιεῖται, φαῦλος μὲν ἔοικεν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν ἔχαιρε τῷ ψεύδει· μάταιος δὲ φαίνεται μᾶλλον ἢ κακός· εἰ δὲ τινὸς ἕνεκα προσποιεῖται, εἰ μὲν δόξης ἢ τιμῆς, οὐ λαν φεκτός ὁ ἀλαζών· ὁ δὲ ἕνεκα ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον ἔρχεται, ἀσχημονέστερος.

\*\*\* Ὁ δὲ ἐστὶν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἀλαζόνος ἡ ἀλαζονεία· εἰ γὰρ οὕτως εἶχεν, οὐκ ἂν ἦν φεκτόν· οὐ γὰρ ἂν ἦν τῶν ἑκουσίων καὶ ἐφ' ἡμῖν· ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει ἐστὶ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ αἰσχρὸν ἐστὶ, καὶ ψέγεται· ἔξιν γὰρ τίς ἐστὶν ἡ ἀλαζονεία· καὶ κατὰ τινὰ ἔξιν ὁ ἀλαζών γίνεται, ὥσπερ καὶ ὁ ψεύστης, ὅς οὐ δόξης ἕνεκα ἢ χρημάτων προσποιεῖται, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ψεύδους ἕνεκα μόνον.

\*\*\*\* Οἱ μὲν οὖν δόξης ἕνεκα ἀλαζονεύομενοι τοιαῦτα προσποιῶνται, ὅθεν ἐπαινοῦ ἀκολουθεῖ ἢ εὐδαιμονισμός· οἱ δὲ κέρδους ἕνεκα ἀλαζονεύομενοι ἐκεῖνα προσποιῶνται, ὅσα τοὺς πέλας ὠφελοῦσιν· ὡς ἰατρικὴν ἢ μαντείαν. Προσποιῶνται γὰρ ἰατροὶ τινες εἶναι, ἢ μάντιες σοφοί, ἵνα δόξαντες ὠφελίμοι εἶναι τοῖς κερημένοις παρακερδαίνωσι τὰ ἐκεῖνων. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ ἀλαζών.

\*\*\*\*\* Εἴρων δὲ ἐστὶν ὅτι ἐλάττω τῶν ὄντων προσποιούμενος. Οὗτος δὲ χαριέστερος τοῦ ἀλαζόνος δοκεῖ· οὐ γὰρ κέρδους ἕνεκα προσποιεῖται, ἀλλὰ φεύγων τὸ ὀγκηρὸν καὶ τὸ μέγα εἶναι δοκῶν. Ὁ δὲ μὲν οὖν εἰρωνεύομενος τὰ ἐνόησα ἀπαρνείται, ὥσπερ καὶ Σωκράτης ἐποίει,

rit. Sed accuratius de utraque re disputabimus : antea vero de mediocritate agemus.

Veracem igitur intelligimus, non eum qui in pactis et conventis aliisque id genus, quæ ad justitiam aut iniquitiam pertinent, verum dicit : hoc enim alius virtutis est ; sed qui sine necessitate, sine lege, nullo denique juris aut alio civili vinculo astrictus, tum in oratione tum in vita nunquam a veritate deflectit, idque propterea tantum, quod hujusmodi virtutis habitu præditus est, et honestatis causa : sed et talia de se prædicat, illisque videri vult aliis, qualis est revera. Hic autem etiam vir bonus fuerit. Nam qui ubi nihil necesse est veritatem amant, multo magis ubi bonum civitatis veritatis amorem postulat, tales sunt futuri : qui enim mendacio per se, quia vitium est, abhorret, quomodo si accedat dedecus, neque tantum sit tale, sed aliis etiam videatur, non omni modo hoc vitabit? Ac talis quidem est verax, qui quum vitium et dedecus fugat merito laudatur : et ita quidem, ut si recedendum fuerit a mediocritate ad defectum quam ad id quod nimium est propensior futurus sit : hoc enim concinnius videtur altero, quia omne nimium grave et molestum est.

Arrogans vero, qui majora re ipsa simulare dictis et factis solet. Atque hic quidem, si nullius rei causa id faciat, improbus judicatur : alioqui non gauderet mendacio : et tamen vanus potius videtur, quam malus : quodsi rei alicujus causa arrogans simulet, si id rei gloriæ vel honoris causa faciat, non est valde vituperandus : at qui ob pecuniam aut alias res quæ pecunie locus sunt, hoc faciat, turpior habetur.

Neque enim arrogantis vi ac potestate arrogantia nititur : nam si res ita se haberet, vituperanda non esset : propterea quod ad ea, quæ voluntaria non essent potestate sita sunt, non pertineret : sed e consilio et vite instituto pendet. Quapropter et fœda est et vituperanda : est enim habitus quidam arrogantia, et ex habitu aliquis arrogans fit, haud secus atque mendax, qui nec gloriæ nec pecuniarum causa, sed solius mendacii gratia simulat.

Qui ergo gloriæ causa falsa de se prædicant, illi ea simulare solent, propter quæ aut laudari aut beati prædicari possint : qui vero lucri causa id faciunt, ea sibi attribuunt, quibus prodesse aliis queant : exempti gratia medicinam aut divinationem. Medicos enim aut hariolos peritos se esse simulant, ut postquam visi fuerint profuisse iis, qui ipsorum auxilio nisi sint, illorum opes injuste lucrentur. Talis ergo est arrogans.

Dissimulator vero is est, qui re ipsa minora simulat. Hic profecto arrogante venustior videtur : neque enim lucri causa simulat, sed quia omne quod elatum magnumque videtur esse, vitare studet. Qui igitur dissimulatione utitur ita, ut gloriosa omnia de se negat,

\* Οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμιλοῦσιν ἀληθεύοντος λέγομεν κτλ. — \*\* Ὁ δὲ μεῖζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος κτλ. — \*\*\* Οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζών, κτλ. — \*\*\*\* Οἱ μὲν οὖν δόξης ἕνεκα ἀλαζονεύομενοι κτλ. — \*\*\*\*\* Ὁ δ' εἰρωνεύων ἐπὶ τὸ ἐλάττω κτλ.

χαρίεις τις εἶναι δοκεῖ· ὅς δὲ οὐ μόνον τὰ μεγάλα καὶ ἔνδοξα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ ἀπαρνεῖται, καὶ ἂ δῆλός ἐστι δυνάμενος ταῦτα προσποιεῖται μὴ δύνασθαι, ὁ τοιοῦτος βαυκοπανοῦργος λέγεται καὶ εὐκαταφρόνητός ἐστιν. Ἐνίοτε δὲ καὶ ἀλαζῶν διὰ ταῦτα καλεῖται· ὅσα ἐποίουν ἐν τοῖς ἱματίοις οἱ Λάκωνες· καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἑλλειψὶς ἀλαζονικόν. Οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ χαριέντες φαίνονται, οἵτινες οὐ περὶ τὰ λίαν εὐτελεῖ καὶ σφόδρα φανερὰ εἰρωνεύονται. Οὕτω δὲ τῷ ἀληθευτικῷ τοῦ τε εἰρωνος καὶ τοῦ ἀλαζόνος ἀντικειμένου, μᾶλλον ἀντίκειται ὁ ἀλαζῶν ἢ ὁ εἰρων· χεῖρον γὰρ ἡ ἀλαζονεία, ὡς φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων.

(Scripsi : \* κἀνταῦθα] cod. κἀνταῦθα. — <sup>b</sup> τινός] cod. τίνος. —)

## Κεφ. ι΄.

Περὶ εὐτραπέλειας καὶ τῶν παρ' ἐκότερα κακίων.

\* Ἐπει δὲ ἐστὶν ἀνεσίς τις καὶ ἀνάπαυσις ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἀνεσίᾳ ἐστὶ τις διαγωγὴ μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι τις ἡμιλία ἀγαθῆ καὶ ἐμμελής, καὶ λέγειν ὅσα δεῖ καὶ ὡς δεῖ τὸν ἀναπαύσεως δεόμενον· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα δεῖ ἀκούειν, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ. Διαφέρει γὰρ τὸ τοιαῦτα λέγειν τοῦ τοιοῦτων ἀκούειν· ὅθεν δῆλον, ὅτι ἐστὶ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμιλίᾳ καὶ ὑπερβολὴ, καὶ ἑλλειψὶς, καὶ μεσότης.

\*\* Ἡ μὲν οὖν ὑπερβολὴ βωμολοχία καλεῖται, καὶ οἱ ἔχοντες βωμολόχοι καὶ φορτικοί· οἱ τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλουσι, καὶ μᾶλλον ζητοῦσι τὸ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τὸ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον.

\*\*\* Ἐλλειψὶς δὲ σκληρότης καὶ ἀγριότης, καὶ οἱ ἔχοντες ἀγριοὶ καὶ σκληροί· οἵτινες οὔτε αὐτοὶ γελοῖον οὐδὲν λέγουσι, καὶ τοὺς λέγοντας δυσχεραίνουσι καὶ μισοῦσιν.

\*\*\*\* Ἡ δὲ μεσότης εὐτραπέλεια, καὶ οἱ ἔχοντες εὐτράπελοι, ὅσον εὐτροποὶ· καὶ γὰρ τοῦ ἥθους εἶναι δοκοῦσι· τοιαῦτα κινήσεις· οὗτοι δὲ εἰσιν οἱ καίζοντες ἐμμελῶς, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε. Ὅσπερ γὰρ αἱ κινήσεις τὰ σώματα χαρακτηρίζουσιν, ὅλον, πῦρ μὲν ἢ εἰς τὸ ἄνω κίνησις, καὶ πᾶν κοῦφον, βαρὺ δὲ ἢ εἰς τὸ μέσον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ φαινομένων τοῦ ἀνθρώπου κινήσεων αἱ ἕξεις τῆς ψυχῆς φαίνονται καὶ τὰ ἥθη. Ἐπει δὲ οἱ μὲν σκληροὶ ἐλάχιστα γίνονται, πλεῖστοι δὲ εἰσιν οἱ χαίροντες παιδιᾷ καὶ σκώμμασι, καὶ τὸ γελοῖον ἀγαθὸν δοκεῖ μᾶλλον, ἢ τὸ σκυθρωπόν· διὰ τοῦτο οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι λέγονται, ὡς χαριέντες καὶ ἡδέεις· ὅτι

quemadmodum et Socrates faciebat, elegans videtur ac venustus ; at qui non solum magna et gloriosa, sed etiam parva infitiatur, et quæ aperte potest, supra vires suas esse simulat, is delicatus veterator appellatur et contemptu dignus est. Interdum vero tales homines propterea etiam arrogantes vocantur : qualiter in vestimentis olim Lacedæmonii faciebant : nam sibi aut nimium assumere aut parum tribuere de seque omnia detrahere, arrogantis est. Qui autem intra modum dissimulatione utuntur, eaque dissimulant quæ non admodum vilia neque in promptu sunt posita, ii politi homines videntur. Atque hoc modo quum et dissimulatores veraci opponatur et arrogans, magis tamen quam dissimulatores opponitur arrogans : pejus enim malum, ut apparet ex iis quæ diximus, est arrogantia.

## Cap. X.

De urbanitate et quæ utrinque eam cingunt vitis.

Quum autem remissio quædam et quies in vita sit, et in hac ipsa remissione aliquod tempus cum ludo et joco ponatur, hic quoque videtur conversatio quædam honesta et concinna in eo versari, ut qui indiget quiete cum talia dicat, qualia et quemadmodum dici debent, tum etiam qualia, quemadmodum et quum audienda sunt, audiat. Est enim aliud talia dicere et talia audire : unde apparet, in hac quoque conversatione nimium esse et parum et mediocritatem.

Et nimium quidem, quod in ea re est, scurrilitas vocatur, quique sic peccant scurræ atque importuni habentur : qui risu movendo modum excedunt, magisque id student, ut risum moveant, quam ut honeste loquantur, neve eum quem cavillantur, dolore afficiant.

Contra quod in eo genere parum est, asperitas et rusticitas nominantur, quique sic peccant, asperi et rustiti dicuntur : qui neque ipsi quidquam joculari proferunt, et jocantes aversantur atque oderunt.

At mediocritas urbanitas est, quique in eo genere excellunt, tanquam bene morati, urbani appellantur : morum enim tales videntur esse motus : hi autem sunt qui concinne et quemadmodum et quum oportet jocantur. Sicut enim motibus suis corpora distinguuntur, verbi causa, ignis et quidquid leve est motu sursum ascendente, grave contra motu medium petente. eodemque modo in cæteris, ita etiam ex illis externis et conspicuis hominum motibus quis animorum habitus et quales mores sint, intelligitur. Quum vero rarissimi sint illi quos asperos diximus, plurimi contra quos joci delectant et festivitas, quumque melior scurrillis habitus videatur quam austeritas, fit ut scurræ quoque urbani vocentur, quia festivi et jucundi judicantur : plurimum

\* Cap. 8. οὐσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ κτλ. — \*\* Οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες κτλ. — \*\*\* Οἱ δὲ μὴτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες κτλ. — \*\*\*\* Οἱ δὲ ἐμμελῶς καίζοντες εὐτράπελοι κτλ.

δὲ οἱ βωμολόχοι τῶν εὐτραπέλων οὐ μικρῶ διαφέρουσι, καὶ ἐκ τῶν εἰρημνέων δῆλον.

\* Ὅβτοι δὲ οἱ εὐτραπέλοι καὶ ἐπιδείξιοι εἰσι, καὶ εὐτραπελία ἐπιδειξίότης ἂν εἰκότως καλοῖτο· τοῦ ἐπιδειξίου γὰρ ἐστὶν ἐκεῖνα καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῶ ἐπεικειῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἀρμόττει. Ἔστι γὰρ τινα πρόποντα τῶ τοιοῦτῳ λέγειν ἐν παιδείᾳ μέρει καὶ ἀκούειν· ἢ γὰρ τοῦ ἐλευθέρου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ ἢ τοῦ πεπαιδευμένου τῆς τοῦ ἀπαιδευτοῦ. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν κωμωδιῶν γίνεται δῆλον, τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν νέων· ἐν γὰρ ταῖς κωμωδίαις οἱ μὲν φαύλους τινὰς καὶ ἀνδραποδώδεις ὑποκρινόμενοι γελοῖα καὶ ἡδέα ἡγούνται τὰ εἰσγρά· οἱ δὲ ἐλευθερίου τινὰς καὶ ἐπιδείλους καὶ ἐπεικειῖς ὑποκρινόμενοι τὰ μετ' ἂπονοίας ταῦτα δὲ οὐ μικρῶ τινα διαφέρει ἀλλήλων πρὸς εὐσχημοσύνην. Τίνα οὖν εἰροῦμεν εἶναι τὸν μέσον ἐν ταῖς παιδείαις; τὸν εὖ σκώπτοντα, καὶ ὡς δεῖ ἀνθρωπον ἐλευθερον, ἢ τὸν μὴ λυπηρὸν τοῖς ἀκούουσιν, ἢ καὶ χαρίεντα καὶ ἡδύν; καὶ τοῦτο ὅρισμός ἐσται τοῦ ἐν ταῖς παιδείαις μέσου. Ἀλλὰ ἀόριστός τις οὗτος ὁ ὅρισμός ἐστὶν δοκεῖ· οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ πάντες μισοῦσιν, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς χαίρουσιν· ἀλλὰ ἄλλοις ἄλλα δοκεῖ ἡδέα καὶ λυπηρά· καὶ οἷς ἕκαστος χαίρει, τοιαῦτα καὶ λέγει καὶ ποιεῖ ἐν ταῖς πρὸς ἄλλους διμιλίαις· καὶ ἂ σκώμματα ἀκούων ἀνέχεται, ταῦτα καὶ λέγει· οὐ γὰρ πάντα ἐρεῖ. Καὶ γὰρ καὶ οἱ νομοθέται ἕνια λοιδορεῖν καλύουσι· λοιδορήματα δὲ τί ἐστι καὶ τὸ σκῶμμα. Ὅτι τοίνυν ἀόριστά εἰσιν ἂ μισοῦμεν, καὶ οἷς χαίρομεν, διὰ τοῦτο χαλεπὸν ἐστὶν ἀκριβῶς ὀρίσασθαι τὸν ἐν ταῖς παιδείαις μέσον· ἀλλ' αὐτὸς ἐλευθέριος· καὶ χαρίεις οὕτως ἔξει, οἷον νόμος ὧν ἑαυτῶ. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος, εἴτε εὐτραπέλος, εἴτε ἐπιδείξιος λέγεται.

\*\* Ὅ δὲ βωμολόχος σφόδρα ἐρῶν τοῦ γελοίου, οὐδενὸς φείδεται τῶν γέλωτα ποιοῦντων οὔτε ἔργων οὔτε βημάτων, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε τῶν ἀκουόντων ἀπέχεται· ἀλλ' ἵνα μόνον κινήσῃ γέλωτα, καὶ ἑαυτὸν αἰσχύνει καὶ τοὺς ἀκούοντας, ἐκεῖνα λέγων καὶ πράττων, ὧν οὐδὲν οὔτε εἰποι ἂν οὔτε ποιήσειεν ὁ χαρίεις· ἕνια δὲ οὐδὲ ἀνάσχοιτο ἂν ἀκούσει.

\*\*\* Ὅ δ' ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας διμιλίας ἀχρεῖος· οὔτε γὰρ αὐτὸς ἡδύς ἐστιν, καὶ τοὺς ἄλλους οὕτως ἔχοντας δυσχεραίνει· καὶ οὗτος δὲ κακίζεται διὰ τὸ ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ τὴν ἀνάπαυσιν καὶ τὴν παιδιάν.

\*\*\*\* Τρεῖς γὰρ εἰσι μεσότητες ἐν τῷ βίῳ περὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων διμιλίας· μία μὲν περὶ τὴν ἀλήθειαν, ἥτις παρ' ἑκάτερα τὴν τε ἀλαζονείαν καὶ τὴν εἰρωνείαν ἔχει, δύο δὲ περὶ τὸ ἡδύ· ὧν ἢ μὲν ἐστὶν ἡ λεγομένη φιλία, ἥτις παρ' ἑκάτερα τὴν τε κολακίαν καὶ τὴν δυσκολίαν ἔχει, ἑτέρα δὲ ἡ εὐτραπελία

tamen inter scurras et urbanos interesse, vel ex his quae diximus perspicuum est.

Ei autem urbani sunt etiam dexteri, meritoque urbanitas possit dexteritas vocari: siquidem dexteri homines est, ea et dicere et audire, quae viro bono ac libero conveniunt. Sunt enim quaedam, quae talem virum joco et dicere et audire deceat: nimirum ingenui hominis jocus a servilli diversus est, itemque viri docti sales ab indocti facetiis differunt. Quod quidem ex comediis tum veteribus, tum recentioribus intelligitur: namque in comediis qui pravorum hominum servorumque penam sustinent, ridicula et jucunda putant quae obscena sunt: at qui ingenui dexteri que hominis et viri boni partes suscipiunt, potius figurata verba: inter haec aliam ad elegantiam plurimum interest. Quem igitur dicentem in jocis medium quiddam tenere ac temperatum servare? Utium cum qui recte et ut homine ingenio dignum est cavillari solet, an qui audientibus non est molestus, an qui venustus potius et jucundus est! atque haec hominis in jocando medium quiddam tenentis definitio erit. Atqui incerta nec definita videtur esse haec definitio: neque enim omnes aut eadem odierunt, aut iisdem delectantur: sed alia aliis jucunda videntur aut molesta: quibus vero delectantur singuli, ea in conversationibus familiarium et dicunt et faciunt: porro quae cavillationes aliquis aequo animo audit, iis utitur quoque: neque enim omnia dicit. Nam etiam legum hiores quaedam maledicti loco objicere nos vetant: est autem cavillatio quoddam maledicti genus. Quia igitur indefinita sunt, quae odimus et quibus delectamur, idcirco accurate definire eum qui in jocis medium quiddam tenet, difficile est, sed homo ingenuus ac venustus ita erit affectus, quasi ipse sibi lex sit. Talis igitur modestus est, sive urbanus sive dexter appellatur.

At vero scurra, quum vehementer quae ridicula sunt amet, neque factis neque dictis abstinere, quibus risum moveat, ideoque nec sibi nec audientibus parcat: sed dummodo risum moveat, tum se ipsam, tum audientes ignominia afficit, ea dicendo et faciendo, quorum nihil homo politus neque dixerit neque fecerit: et quorum nonnulla ne audire quidem sustineat.

At rusticus et agrestis ad tales congressiones prorsum ineptus et inutilis est: neque enim ipse jucundus est, et alios tales aversatur: atque hic quidem reprehenditur, quod ad vitam humanam requies et jocus necessaria sunt.

Tres enim inveniuntur in humana vita mediocritates, ad consuetudinem qua homines inter se conjuncti sunt, spectantes: una quidem in veritate, quae utriusque arrogantiam et dissimulationem habet, duae vero in jucunditate sitae: quarum altera est, quae amicitia appellatur, atque adulationem utriusque et morositatem habet, at-

\* Τῆ μέσῃ δ' ἔξει οἰκείον καὶ ἡ ἐπιδειξίότης κτλ. — \*\* Ὅ δὲ βωμολόχος ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου κτλ. — \*\*\* Ὁ δ' ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας διμιλίας κτλ. — \*\*\*\* Τρεῖς οὖν αἱ εἰρημνέαι ἐν τῷ βίῳ μεσότητες κτλ.

καὶ ἐπιδειξιότης, ἥς παρ' ἐκάτερα ἡ βωμολοχία καὶ ἡ σκληρότης καὶ ἡ ἀγριότης ἐστίν· ἀμφω γὰρ ἡδονήν τινὰ ποιῶσι τῷ βίῳ, ὃ τε<sup>b</sup> φίλος καὶ ὁ εὐτράπελος.

( Scripsi : <sup>a</sup> δοκοῦσι ] cod. δοκοῦσιν. — <sup>b</sup> ὃ τε ] cod. ὃ, τε. — )

## Κεφ. ια'.

Περὶ αἰδῶς, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀρετὴ.

\* Ἡ δὲ αἰδῶς οὐκ ἐστὶν ἀρετὴ· οὐ γὰρ ἐστὶν ἕξις, ἀλλὰ μᾶλλον πάθος· ὃ δὴλον ἀπὸ τοῦ ὀρισμοῦ· ὀρίζεται γὰρ φόβος ἀδοξίας. Συμβαίνει γὰρ τῷ αἰδουμένῳ παραπλήσιον τῷ περὶ τὰ δεινὰ φοβουμένῳ· ἐρυθραίνεται γὰρ, ὡσπερ ὠχρίᾳ ὁ φοβούμενος τὸν θάνατον· ἀμφω δὲ σωματικά πως φαίνονται εἶναι, ἥ τε αἰσχύνη καὶ ὁ φόβος τῶν δεινῶν· τὰ τοιαῦτα δὲ πάθη μᾶλλον δοκοῦσιν, οὐχ ἕξεις λέγονται. Τοῦτο δὲ τὸ πάθος οὐ πάση ἡλικίᾳ ἀρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ μόνον· δεῖ γὰρ τοὺς νέους αἰδήμονας εἶναι διὰ τὸ πολλὰ ἀμαρτάνειν· πολλὰ γὰρ ἀμαρτάνουσιν οἱ νέοι, διὰ τὸ πάθει μᾶλλον ἀγεσθαι ἢ λόγῳ· συσταλλόμενοι γὰρ ὑπὸ τῆς αἰδῶς ἀμείνους γίνονται. Διὰ τοῦτο τῶν μὲν νέων ὅσοι αἰδήμονες, ἐπαινετοί, πρεσβύτερον δὲ οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός· οὐ δεῖ γὰρ τὸν πρεσβύτερον ἐκεῖνα πράττειν ἐφ' ὃς αἰσχύνη ἐστίν· οὐ γὰρ ἐστὶν ἡ αἰσχύνη τοῦ ἐπιεικοῦς, εἴπερ ἐστὶν ἐπὶ τοῖς φαύλοις.

\*\* Ἐπει γὰρ τὰ μὲν εἰσι κατὰ ἀλήθειαν αἰσχροῦ, τὰ δὲ οὐκ εἰσι μὲν, δοκοῦσι δέ, δέον ἐστὶ φεύγειν ἀμφοτέρω τὸν ἐπιεικῆ· φεύγων δὲ τὰ αἰσχροῦ οὐδέποτε αἰσχυνθήσεται.

\*\*\* Τὸ γὰρ οἰεσθαι αὐτὸ τοῦτο ἐπιεικοῦς εἶναι τὸ αἰσχύνεσθαι, εἰ πράξειε τι τῶν αἰσchrῶν, καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα ἐπιεικῆ νομίζειν, ἀποπον· ἡ γὰρ αἰδῶς ἐπὶ τῶν ἐκουσίῳ αἰσchrῶν γίνεταί· ὃ δὲ ἐπιεικῆς οὐδὲν αἰσchrῶν οὐδέποτε πράξειεν ἂν ἐκουσίως.

\*\*\*\* Φαίνεται δὲ μὴ εἶναι τὴν αἰδῶν ἀρετὴν τινὰ, ἀλλὰ μᾶλλον πάθος· οὐ γὰρ αἰ ἐπαινετόν ἐστίν, οὐδὲ ἀπλῶς καὶ καθ' ἑαυτὸ ἐπιεικὲς ἂν λέγοιτο, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως· οἷον, εἰ γένοιτο ἀμαρτάνειν τινὰ, ἐπιεικὲς ἐστὶν αἰδεῖσθαι· οὐχ οὕτω δὲ ἔχουσιν αἱ ἀρεταί· ἕξεις γὰρ εἰσι διὰ παντὸς ἐγκείμεναι τῇ ψυχῇ.

\*\*\*\*\* Εἰ δὲ καὶ μεσότης τις εἶναι δοκεῖ καὶ ἔστι μεταξὺ τῆς τε καταπλήξεως καὶ τῆς ἀναίσchrυτίας, καὶ ἐπαινεῖται μὲν ὁ αἰδήμων, κακίζονται δὲ οἱ τε ἀναίσchrυτοι περὶ τὰ αἰσchrῶ, καὶ οἱ πλείον τοῦ δέοντος αἰδήμονες, οἱ λεγόμενοι καταπλήγεις, οὐδὲν μᾶλλον διὰ τοῦτο ἀρετὴ ἐστὶν ἡ αἰδῶς· ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ μεσότης, ἡ δὲ μεσότης οὐ πᾶσα ἀρετὴ· οὐ γὰρ ἀντιστρέφει.

vera urbanitas dexteritasque, quam utrinque scurrilitas asperitasque cingit, ac rusticitas : uterque enim voluptatem aliquam vitæ afferunt, et amicus et urbanus.

## Cap. XI.

Verecundiam virtutem non esse.

Verecundia autem non est virtus : nec enim habitus, sed potius perturbatio est, quod vel ex definitione patet : definitur enim, metus infamiae. Quippe idem fere accidit verecundo, quod ei qui res formidolosas metuit : erubescit enim ille, sicut pallet qui mortem extimescit : quare utrumque quodammodo apparet ad corpus pertinere, tum verecundiam, tum periculorum metum : talia autem quum perturbationes potius videantur esse, non dicuntur habitus. Et hæc quidem perturbatio non omni ætati, sed adolescentiæ tantum convenit : nam qui hæc ætate sunt, eos pudentes et verecundos esse oportet propterea quod multa peccant : nimirum multa peccant adolescentes, quia perturbatione magis incitantur. quam rationi obtemperant : quare quoties verecundia reprimuntur, meliores evadunt. Quæ quum ita sint, verecundos laudamus adolescentulos ; at nemo senem ideo laudaverit, quod pudibundus sit : neque enim ea agere oportet senem, in quibus erubescere debet : nam nec viri boni est pudor, siquidem ex rebus malis nascitur.

Quum autem alia revera sint turpia, alia non sint, sed videantur tantum, utraque viro bono fugienda sunt : turpia vero fugiendo nunquam erubescet.

Etenim existimare, hoc ipsum viri boni esse, ut pudore afficiatur, si quid turpiter fecerit, atque eum qui sic animatus sit, virum bonum judicare, absurdum est : eorum enim quæ sponte nostra flagitiose facimus, nos pudet : at vir bonus nullum unquam flagitium sponte admittet.

Unde apparet non virtutem, sed perturbationem potius esse verecundiam : nec enim semper laudanda, nec simpliciter aut per se res proba dicenda est, sed sub conditione tantum : verbi causa, ubi acciderit, ut aliquis per errorem labatur, pudore affici decet : atqui non ita se virtutes habent : illæ enim sunt habitus animo semper in hærentes.

Quamvis autem aliqua videatur esse, et sit revera, inter consternationem atque impudentiam mediocritas, laudeturque verecundus, sicut contra qui in rebus turpibus impudens et qui nimis verecundus sunt, quos consternatos dicunt, reprehendi solent, nihilo magis propterea virtus est verecundia : quippe virtus est mediocritas, mediocritas vero non omnis est virtus : neque enim hæc recipiuntur.

\* Περὶ δὲ αἰδῶς ὡς τινος ἀρετῆς οὐ προσήκει λέγειν κτλ. — \*\* Εἰ δ' ἐστὶ τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσchrῶ, τὰ δὲ κατὰ δόξαν κτλ. — \*\*\* Τὸ δὲ οὕτως ἔχειν κτλ. — \*\*\*\* Εἴη δ' ἂν ἡ αἰδῶς κτλ. — \*\*\*\*\* Εἰ δὲ ἡ ἀναίσchrυτία φαῦλον, κτλ.



\* Οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ ἡ ἐγκράτεια ἀρετὴ, ἀλλὰ τις  
 μικτὴ· δευθῆσεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ἕστερον.  
 Νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης εἰπωμεν.

(Scripsi : \* αἰδῶ ] cod. αἰδῶ. —)

Jam vero ne continentia quidem virtus est, sed aliquid ex ea admixtum habet : de qua posterius agemus.  
 Nunc vero de justitia dicamus.

\* Οὐκ ἔστι δὲ οὐδ' ἡ ἐγκράτεια κτ).

# ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

## ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

#### ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

##### Κεφ. α'.

##### Περὶ δικαιοσύνης.

\* Ἦδη δὲ σκεπτέον περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, περὶ ποίας πράξεις εὐρίσκονται, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἢ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον, καὶ τίνα τὰ παρ' ἑκάτερα τοῦ δικαίου.

\*\* Σκεψώμεθα δὲ κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον μεθ' ἧς καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐσκεψάμεθα.

\*\*\* Ὁρώμεν δὲ πάντας δικαιοσύνην ὀνομάζοντας ἔξιν τινά, ἣν ἔχοντες πρακτικοὶ τῶν δικαίων ἐσμέν, καὶ δικαιопραγοῦμεν, καὶ βουλόμεθα τὰ δίκαια. Τὸν δὲ αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῆς ἀδικίας· ἀδικίαν γὰρ ὀνομάζουσι, καθ' ἣν ἀδικοῦμεν, καὶ τὰ ἀδίκια βουλόμεθα. Ταύτας δὲ τὰς κοινὰς περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας δόξας ὑποθώμεθα· καὶ ἔστω δικαιοσύνη καὶ ἀδικία ὡς ἐν τύπῳ, ἔξιν ἀφ' ἧς βουλόμεθα τὰ δίκαια, καὶ ἔξιν ἀφ' ἧς οὐ βουλόμεθα. Δεῖ γὰρ προσκεῖσθαι ἀεὶ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ἠθικαῖς τὸ βούλεσθαι· καὶ ἀδύνατον ἄλλως αὐτὰς ὀρισθῆναι διὰ τὸ βούλεσθαι γὰρ σωφρονεῖν καὶ δικαιопραγεῖν ὁ δίκαιος καὶ ὁ σώφρων γίνεται. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων τὸ δύνασθαι μὲν ἀναγκαῖον, τὸ βούλεσθαι δὲ οὐκ ἀναγκαῖον· εἰ γὰρ τις δύναιτο ὑγιάζειν, ἀρκοῖται ἂν τοῦτο αὐτῷ· τὴν γὰρ ἔξιν τῆς ἰατρικῆς οὐδὲν κωλύει τὸ μὴ βούλεσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ἐπὶ δὲ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν ἀνάπαλιν ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι δίκαια πράττειν, δυνατόν ἐστι καὶ τῷ ἀδίκῳ πολλὰ· τὸ δὲ βούλεσθαι μόνον ἐστὶ τοῦ δικαίου. Ὅθεν δίκαιός ἐστι καὶ ὁ μὴ δυνάμενος μὲν πράττειν τὰ δίκαια, βουλόμενος δὲ καὶ ἔξιν ἔχων δικαιοσύνης· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ ἀδίκος ἔχει. Ἐτι δὲ πᾶσα δύναμις καὶ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἐστὶ· μίᾳ γὰρ ἐπιστήμῃ δυνατόν τὰ ἐναντία εἰδέναι· μία γὰρ γνῶσις ἐστὶ τοῦ ὑγιεινοῦ καὶ νοσώδους ἢ ἰατρικῆς, καὶ μίᾳ δυνάμει τὰ ἐναντία γίνονται, μία δὲ ἔξιν οὐκ ἐστὶ τῶν ἐναντίων πρακτικῆς· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης τὰ ἀδίκια πράττομεν καὶ δίκαια, ὥσπερ οὐδὲ αἱ νοσώδεις κινήσεις ταῖς ὑγιειναῖς αἱ αὐταὶ· γινώσκονται μέντοι αἱ ἐναντία ἔξιν ἀπὸ τῶν ἐναντίων. Εἰ γὰρ τις γινώσκει τὴν εὐεξίαν εἶναι πυκνότητα σαρκός, εἴσεται τὴν

# ANDRONICI RHODII

## ETHICORUM NICOMACHEORUM

### PARAPHRASIS

#### LIBER QUINTUS.

##### Cap. I.

##### De justitia.

Jam vero de justitia et injustitia videndum est, tum cujusmodi in actionibus versentur, tum cujusmodi mediocritas justitia, et jus quarum rerum medium sit, quæ denique utrinque illud cingant.

In his autem rebus exquirendis eandem viam rationemque tenemus, quam in superiori de reliquis virtutibus disputatione secuti sumus.

Videmus igitur omnes justitiam ejusmodi quendam habitum vocare, quo præditi homines ad ea quæ justa sunt agenda inclinamus, quoque ea et agimus et volumus. Eodemque modo et de injustitia judicant: ita enim nominant habitum, quo res injustas et agimus et volumus. Quare communes has de utraque opinionem principio ponamus: sitque justitia et injustitia, ut pingui Minerva dicam, ejusmodi habitus, quo justa tum volumus, tum nolumus. Semper enim ad morales virtutes voluntas accedat oportet: neque aliter definiri possunt: nimirum quia temperans vult esse aliquis justeque agere, idcirco temperans etiam est et justus. Quippe in scientiis et facultatibus posse res necessaria est, velle non item: nam si quis possit sanare, hoc ei suffecerit: nec enim medicinæ habitum impedit, quod aliquis nolit: similiter vero etiam in reliquis. In virtutibus autem moralibus contra se res habet. Nam facultatem juste agendi sæpe injusto quoque esse apparet: at voluntas solius est justæ. Unde is etiam qui juste vult agere, habitumque habet justitiæ, licet non possit, justus tamen est: similiterque et injustus se habet. Adde quod omnis facultas ac scientia contrariorum est: unus enim scientiæ ope contraria nosse possumus: quia una cognitio sanitatis et morbi medicina est, eademque facultate fiunt contraria: unus vero habitus non efficit contraria: nimirum per justitiam non agimus justa et injusta, neque motus ægri corporis iidem sunt qui bene constituti: ex contrariis vero contrarii cognoscuntur habitus. Si quis enim norit bonam corporis habitudinem carnis soliditatem esse, malam sciet carnis esse raritatem. Cognoscuntur vero habitus etiam ex iis quæ habentur: habitus videlicet, exempli causa, sanitas est: id autem, quod habetur, a-

\* Lib V, cap. 1. περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας κτλ. — \*\* Ἦ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κτλ. — \*\*\* Ὁρώμεν δὲ πάντας κτλ.

καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκός. Γινώσκονται δὲ αἱ  
ἕξεις καὶ ἀπὸ τῶν ἐκτῶν· ἕξις μὲν γάρ, φέρε εἰπεῖν, ἡ  
ὑγίεια· ἐκτὸν δὲ τὸ ὑγιεινόν, ὃ πρὸς ὑγίειαν φέρει· εἰ  
γὰρ γινώσκομεν ὑγιεινόν εἶναι τὸ ποιητικὸν πυκνότη-  
τος ἐν σαρκί, γινώσκομεν εὐεξίαν εἶναι τὴν ἐν σαρκί  
πυκνότητα. Ἀκολουθεῖ δὲ κακίῳ ταῖς ἕξεσις ὡς ἐπὶ τὸ  
πλεῖστον· καὶ γὰρ ἐὰν πλεοναχῶς λέγεται ἢ ἡ ἐτέρα  
τῶν ἐναντίων ἕξεων, καὶ ἡ ἐτέρα πλεοναχῶς λέγεται  
οἶον, εἰ ἡ σωφροσύνη πολυσημαντὸν ἐστίν, καὶ ἡ  
ἀκολασία πολυσημαντὸν ἐστίν· καὶ εἰ ἡ δικαιοσύνη  
δμώνυμος ἐστὶ καὶ ἐπὶ πλειόνων λέγεται, καὶ ἡ ἀδι-  
κία τοῦτον ἕξει τὸν τρόπον. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ  
εἴρηται, ὅτι καὶ ἐστὶν ἐν αἷς τῶν ἕξεων τὸ τοιοῦτον  
οὐ συμβαίνει· οἶον, τὸ φιλεῖν τῶν μισῶν ἐναντίον ἐ-  
στίν· ἀλλὰ τὸ μὲν φιλεῖν οὐχ ἀπλοῦν ἐστὶ, σημαίνει  
γὰρ τὸ τε ἀγαπᾶν καὶ τὸ τοῖς χεῖλεσι ἀσπάζεσθαι·  
τὸ δὲ μισεῖν ἐν μόνον σημαίνει, τὴν ἐχθραν. Τοιοῦτο  
δὲ ἐλάχιστα συμβαίνει· μάλιστα δὲ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ  
πολὺ τὸ πλεοναχῶς λέγεσθαι τὴν ἕξιν, τῆς ἐναντίας  
πλεοναχῶς λεγομένης. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ἡ δικαιοσύνη  
πλεοναχῶς λεγομένη ἐστὶ, καὶ ἡ ἀδικία τῶν πλεονα-  
χῶς λεγομένων ἂν εἴη. Δοκεῖ δὲ ἐν τι σημαίνει τὴν  
δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀδικίαν, διὰ τὸ τὰ σημαίνοντα  
μὴ σφόδρα διαφέρειν ἀλλήλων· τότε γὰρ ἡ ἁμωνυμία  
καὶ τὸ πολυσημαντὸν γίνεται δῆλα, ὅτι τὰ σημαίν-  
οντα πράγματα πολλὴν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλα τὴν δια-  
φορὰν· οἶον, κλεῖς λέγεται ἢ τε ὑπὸ τὸν αὐχένα τοῦ  
ζώου, καὶ ἢ τὰς θύρας κλειόμεν· ἐνταῦθα γὰρ διὰ τὸ  
πολλὴν εἶναι τῶν πραγμάτων τὴν διαφορὰν, φανερά  
ἐστὶν ἡ ἁμωνυμία καὶ τὸ πολυσημαντὸν. Ἐπεὶ τοίνυν  
πολλαχῶς ἡ δικαιοσύνη λέγεται καὶ ἡ ἀδικία, εἰλήφθω  
ποσαχῶς λέγεται ὁ ἄδικος· ἐντεῦθεν γὰρ ληψόμεθα καὶ  
τὰ σημαίνοντα τῆς δικαιοσύνης.

\* Λέγεται τοίνυν ἄδικος, ὃ τε παράνομος, καὶ ὁ  
πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος· ὥστε καὶ δίκαιος ἂν εἴη ὃ  
τε νόμιμος καὶ ὁ ἴσος· καὶ δίκαιον μὲν τὸ νόμιμον καὶ  
τὸ ἴσον, ἄδικον δὲ τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον.

\*\* Ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ἐστὶν ὁ ἄδικος, ἡ δὲ πλεον-  
εξία περὶ τί ἐστὶν ἀγαθόν, εἴη ἂν καὶ αὐτὸς περὶ τι  
πλεονεκτητῶν ἀγαθόν. Ἀγαθὸν δὲ ζητεῖ οὐ τὸ αὐτῶ ἀγα-  
θόν, καὶ ὅπερ ἂν αὐτὸν ἀμείνω ποιήσειεν· οὐ γὰρ ζη-  
τεῖ τῶν ἄλλων σωφρονέστερος εἶναι, οὐδὲ τῶν ἱατρῶν  
ἱατρικώτερος, οὐδὲ τῶν ἐλευθερίων ἐλευθεριώτερος,  
οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀγαθῶν, ὅσα αὐτὰ τε ἀπλῶς καὶ  
καθ' ἑαυτὰ εἰσὶν ἀγαθὰ, καὶ αὐτὸν ἀγαθὸν ποιεῖ· ἀλλὰ  
περὶ ἐκεῖνα τῶν ἀγαθῶν ζητεῖ τοὺς ἕλλους ὑπερνικᾶν,  
ὅσα ἀπλῶς καὶ καθ' αὐτὰ εἰσὶν ἀγαθὰ, αὐτὸν δὲ οὐ  
ποιεῖ ἑαυτοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ χεῖρων πολλὰκις οἶον,  
χρήματα καὶ δυναστείας καὶ σώματος εὐεξίαν· ταῦτα  
γὰρ ἕλη κακίας τῶν φαύλων γίνεται χείρονος· καὶ τὰ  
ἄλλα, ὅσα περὶ εὐτυχίαν ἢ ἀτυχίαν ἐστίν, ὅπερ οἱ  
πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἑαυτοῖς εὐχονται καὶ διώ-

lubre, quod quidem ad sanitatem prodest : si enim u-  
verimus salubre esse, id quod soliditatem efficit in  
carne, sciemus quoque, bonam corporis habitudo-  
esse carnis soliditatem. Sequitur autem et hoc plera-  
que habitus : nam si pluribus modis alter contraria  
habituum dicatur, etiam pluribus modis alter dicitur :  
verbi causa, si temperantia multa significat, intem-  
perantia quoque multa significabit : ac si iustitia am-  
guum vocabulum est et de pluribus usurpatur, eodem  
modo et injustitia se habebit. Plerumque autem sim-  
mus, quia nonnullis in habitibus tale quid non inest.  
verbi causa, amplexari et odisse inter se sunt contra-  
ria : atqui amplexari non est simplex, siquidem ob-  
significat, tum amare, tum commissis aliquem hinc  
oculari : at vero odisse unum tantum significat, scilicet  
odium. Verum tale quid rarissime evenit : exspectat  
vero ac plerumque contra, ut quum pluribus modis alter  
habitus dicatur, multimodis quoque contrarias signifi-  
catur. Quoniam igitur multis modis iustitia dicitur, injus-  
tiam quoque pluribus modis significari consentaneum est.  
Videtur autem unum aliquid designare iustitiam et injus-  
tiam, propterea quod significata non multum inter se  
differant : quia tum demum nominis communitas et di-  
versae apparent significationes, quum res significatae mul-  
tum inter se differunt : exempli gratia *claris* apud Graecos  
uno et communi nomine appellatur simul ea pars cor-  
poris quae cervicibus animalium subest, latine *jugulum*,  
simul id instrumentum quo ostia claudimus : hic enim,  
quia res multum inter se differunt, manifesta est nomi-  
nis communitas et significationis diversitas. Quum et  
pluribus qua iustitia, qua injustitia dicitur modis, sta-  
tutum sit, quot modis dicatur injustus : hinc enim  
etiam iustitiae significationes mutuabimur.

Injustus ergo appellatur et violator legum, et qui  
plus quam par est sibi vindicat, et iniquus : quum  
rem justus fuerit tum qui legi obtemperat, tum homo  
aequus : justum autem erit simul legitimum, simul  
aequum, injustum contra legibus repugnans et inaequum.

Quando igitur injustus plus quam oportet sibi vindicat,  
haec autem injusta vindicatio in bono aliquo cernitur,  
sequitur ipsum quoque boni alicujus justo majorem par-  
tem sibi vindicare. Bonum vero non desiderat, quod sibi  
bonum sit, et quo ipse melior possit evadere : neque  
enim caeteris temperantior esse, aut medicina medicos,  
aut liberalitate liberales vincere studet, aut ullum aliud  
consequi ejus bonorum generis, quae et simpliciter et  
per se bona sunt ipsaque bonum possunt efficere : sed  
caeteros iis bonis longe superare tentat, quae simpliciter  
quidem et per se bona sunt, sed tantum abest ut ipsum  
meliorem faciant, ut saepe etiam deteriores reddant.  
quales sunt pecuniae ac potentia bonaque corporis habi-  
tudo : haec enim homini improbo majoris nequitiae in-  
strumenta sunt, ut et alia, quae secundae aut adverse fer-

\* Δοκεῖ δὲ ὃ τε παράνομος ἄδικος εἶναι κτλ. — \*\* Ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος κτλ.

κουσι. Δεῖ δὲ οὐχ οὕτω ποιεῖν, ἀλλ' εὐχεσθαι μὲν ταῦτα τὰ ἀπλῶς ἀγαθὰ, καὶ αὐτοὺς ἀγαθῶναι καὶ ὠφελῆσαι, καὶ μὴ χεῖρους ποιῆσαι. Αἰρέσεως δὲ προσκειμένης, προκρίνειν οὐ τὰ ἀπλῶς ἀγαθὰ, ἀλλὰ τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ, καὶ ὅσα αὐτοὺς δυνήσεται βελτίους ποιεῖν. Ὁ δὲ ἄδικος εὐχεται μὲν αὐτῶ τὰ περὶ εὐτυχίαν ἀγαθὰ, καὶ ἐν τούτοις αἰετὶ ζητεῖ τὸ πλεονέχειν· αἰρεῖται δὲ καὶ τὰ ἐλάττωνα τῶν περὶ δυστυχίαν κακῶν νομίζει γὰρ τὸ ἐλάττω κακὸν ἀγαθὸν εἶναι. Καὶ διότι ὁ πλεονέκτης αἰετὶ καὶ ἡ πλεονεξία περὶ τὸ ἀγαθὸν ἔστι, διὰ τοῦτο δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι. Ἔστι δὲ ὁ ἄδικος ἀνίσος· τοῦτο γὰρ περιεκτικὸν ὄνομα καὶ κοινόν ἔστι πᾶσι τοῖς εἶδεσι τῆς ἀδικίας, ἡ ἀνισότης· καὶ γὰρ καὶ ὁ παράνομος ἀνίσος τίς ἔστι, καὶ ὁ πλεονέκτης.

\* Ἐπει δὲ ὁ παράνομος ἄδικός τίς ἔστι, καὶ ὁ νόμιμος δίκαιος, φανερόν ἐστι πάντα τὰ νόμιμα δίκαιά πως ἔστι· τὰ γὰρ ὠρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς νόμιμά ἐστι, καὶ δίκαια λέγονται· ἕκαστον γὰρ τῶν νόμιμων καὶ δίκαιον εἶναι φαμεν· ὥστε περὶ ὅσα εἰσὶν οἱ νόμοι, περὶ ταῦτα καὶ τὴν δικαιοσύνην εἶναι συμβαίνει.

\*\* Ἄλλ' οἱ νόμοι περὶ ἀπάντων ἀγορεύουσι, στοχαζόμενοι τοῦ συμφέροντος ταῖς πολιταῖς ἀπάσαις, εἴτε δημοκρατίαν, εἴτε ἀριστοκρατίαν, εἴτε ἄλλην τινὰ τάττουσι πολιτείαν· προστάττοντες δὲ πάντα τὰ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἔργα, οἶον, σώφρονα, καὶ δίκαια, καὶ ἀνδρεία.

\*\*\* Προστάττουσι γὰρ μὴ λείπειν τὴν τάξιν μηδὲ φεύγειν, ὅπερ ἔστι τοῦ ἀνδρείου, καὶ μὴ μοιχεύειν μηδὲ ὑβρίζειν, ὅπερ ἔστι τοῦ σώφρονος ἔργον, καὶ μὴ τύπτειν μηδὲ κακουργεῖν, ὃ παρόχθονός ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀρετῶν καὶ κακιῶν τὰ μὲν κελεύει, τὰ δὲ ἀπαγορεύει. Καὶ ὁ μὲν ἀκριβὴς νόμος καὶ ὀρθὸς κατὰ τὸν ὀρθὸν καὶ ἀκριβῆ λόγον, ὃ δὲ αὐτοσχεδίως καὶ ἀβασανίστως θετεῖται οὐ πάνυ ἀκριβῶς καὶ ὡς προσῆκεν, ἀλλὰ χεῖρον καὶ κελεύει καὶ ἀποτρέπει· κελεύει δ' ὅσων ὅμως καὶ ἀποτρέπει τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ φαῦλα· παντὸς γὰρ νόμου τὸδε σκοπὸς ἔστιν.

\*\*\*\* Εἰ τοίνυν ὅσα νόμιμα, τοσαῦτα καὶ δίκαια, καὶ περὶ ἃ ὁ νόμος, περὶ ταῦτα καὶ τὴν δικαιοσύνην εἶναι συμβαίνει, πᾶσαν ἀρετὴν ἢ δικαιοσύνην περιέχει, καὶ ἔστι τις ἀρετὴ τελεία διὰ τὸ πάσας τὰς ἀρετὰς περιέχειν, καὶ αὐτὴν εἶναι τὴν ἑλὴν ἀρετὴν. Τούτῳ γὰρ μόνῳ τῆς καθόλου ἀρετῆς ἡ δικαιοσύνη διαφέρει, ὅτι ἢ μὲν ἕξις ἔστι καθ' ἑαυτὴν μόνον, ἢ δὲ δικαιοσύνη τελεία ἔστιν ἕξις, οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον ἀναφερομένη· τὸ γὰρ χρῆσθαι πάσαις ἀρεταῖς πρὸς τὸ συμφέρον τῶν πέλας, τοῦτο ἔστιν ἡ δικαιοσύνη.

\*\*\*\*\* Καὶ διὰ τοῦτο κρατίστη δοκεῖ πασῶν ἀρετῶν, καὶ οὐθ' ἕσπερος, οὐθ' ἕριος ἀετὴρ ὄντω λαμπρὸς ἔστι καὶ θαυμαστός, ὥσπερ ἡ δικαιοσύνη· καὶ παροιμαζόμενοι φαμεν·

tunæ tribuuntur, quæque plerique homines sibi optant ac persequuntur. At non ita oportet facere, sed optare, ut ea quæ simpliciter bona sunt, nobis quoque utilitatem afferant ac prosint, moribus nequaquam corruptis. Et quum eligendum est, præferenda non ea quæ simpliciter, sed quæ nobis bona sunt et quæ meliores nos efficere possunt. Jam vero injustus sicut secundæ quidem fortunæ dona optat, in iisque maximam sibi partem semper vindicare nititur : ita minima mala ex rebus adversis nata expetit : minus enim malum bonum esse judicat. Præterea quia is qui plus quam oportet sibi vindicat, et injusta hæc pluris cupiditas in bono cernitur, idcirco pluris quoque cupidus videtur esse. Est vero injustus etiam iniquus : nam generale et commune omnium injustitiæ formarum hoc iniquitatis nomen habetur : siquidem et violator legum iniquus est et qui plus quam oportet sibi vindicat.

Quum autem legum violator injustus et juris cultor justus sit, perspicuum est, omnia legitima justa quodammodo esse : nam et ea quæ a legum ferendarum scientia definita sunt, legitima habentur et justa appellantur : eorum enim quæ legitima sunt unumquodque justum esse dicimus : ut in quibuscumque leges, in iis quoque justitiam esse constet.

At vero leges de omnibus rebus publice loquuntur, spectantes id quod omni reipublicæ conducit, sive rationem popularem, sive optimatium civitatem, sive aliam disciplinam publicam constituunt : simul etiam imperantes quamlibet actionem omni virtuti consentaneam, exempli gratia, res aut temperanter et juste factas aut fortiter gestas.

Imperant enim, ne quis ordinem deserat neve fugiat, quod est viri fortis, porro ne quis adulterium faciat neve alienæ pudicitiam illudat, quod est temperantis, item ne quis percutiat alios aut vexet, quod est mansuetudinis : similiter vero et quæ ad reliquas virtutes aut vitia spectant, vel jubent vel prohibent. Atque illa quidem lex quæ accurate recteque constituta est, rectæ accuratæque rationi convenienter, sed quæ temere inconsiderateque lata est, non valde accurate, neque ut decet, sed detur et jubet et vetat : quæ bona sunt nihilominus quæque mala, tum jubet tum vetat : omnium enim legum finis hic est.

Si igitur quæcumque sunt legitima, etiam justa sunt, et in quibus lex cernitur, in iis justitiam versari constat, omnem virtutem justitia continet, et quia ad omnes virtutes pertinet, ipsaque tota virtus est, perfecta quoque est virtus. Hoc enim solo ab universali virtute differt justitia, quod altera per se tantum habitus est, justitia vero perfectus est habitus, non tamen simpliciter, sed ad alium relatus : quoties enim aliquis omnes virtutes ad alterius utilitatem refert, hoc est quod justitia appellatur.

Quocirca omnium virtutum præstantissima esse videtur, ac neque Hesperus neque Lucifer ita clarus et admirabilis est, ut justitia : ideoque proverbia loco dicimus :

\* Ἐπει δ' ὁ παράνομος ἄδικός ἦν κτλ. — \*\* Οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι κτλ. — \*\*\* Προστάττει δὲ ὁ νόμος κτλ. — \*\*\*\* Ἀδὴτὴ μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη κτλ. — \*\*\*\*\* Καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ κτλ. —

Ἐν δὲ δικαιοσύνη συλλήβδην πᾶσ' ἀρετῇ ὅστι.

Καὶ τελεία μάλιστα ἀρετῇ, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσις ἐστίν. Ὁ γὰρ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὐτόν. Πολλοὶ γὰρ ἑαυτοὺς μὲν ταῖς ἀρεταῖς ὠφελοῦσιν, ἄλλοις δὲ δι' αὐτῶν οὐ δύνανται βοηθεῖν καὶ διὰ τοῦτο καλῶς ὁ τοῦ Βίαντος ἔχει λόγος, ἀρχὰ δεῖξει ἀνδρᾶ οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀρχή, ἢ ἢ πρὸς ἄλλους τῶν ἀρετῶν κοινωνία. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν εἶναι δοκεῖ ἢ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ὅτι οὐχ ἑαυτῶ τὸ συμφέρον ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζητεῖ, ἢ τῷ κοινῷ, ἢ τῷ ἀρχοντι. Ὁ μὲν οὖν ἑαυτὸν τε βλάπτων τῇ μοχθηρίᾳ, καὶ τοὺς φίλους, κάκιστος ὁ δὲ ταῖς ἀρεταῖς οὐ πρὸς τὸ οἰκτεῖον κεχρημένος συμφέρον, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλους, ἀριστός ἐστι· τοῦτο γὰρ ἔργον χαλεπόν.

\* Ἀθῆτη μὲν οὖν ἢ δικαιοσύνη οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλ' ὅλη ἐστὶν ἢ ἀρετῇ καὶ ἀδικία ὁμοίως οὐ μέρος ἐστὶ κακίας, ἀλλ' ὅλη κακία.

\*\* Τίνι δὲ διαφέρει ἢ καθόλου ἀρετῇ τῆς δικαιοσύνης ταύτης, εἰρηται.

(Soripsi: \* εἰ γὰρ τις δύναται ὑγιάζειν, ἀρκοίη ἂν τοῦτο αὐτῷ] cod. εἰ γὰρ τις δύναται ὑγιάζειν ommissa apodosi. — <sup>b</sup> εἰ ἂν πλεοναχῶς λέγεται] cod. εἰ ἂν πλεοναχῶς λέγεται. — <sup>c</sup> τῶν πραγμάτων τὴν διαφορὰν] cod. τῶν πραγμάτων διαφορὰν. — <sup>d</sup> δίκαιά πως ἐστὶ] vulgo δίκαιά πως ἐστὶ. — <sup>e</sup> ὅπερ ἐστὶ] vulgo ὅπερ ἐστὶ. — <sup>f</sup> τεθείς] cod. τιθείς. —)

### Κεφ. β'.

Μερὶ τῆς μερικῆς δικαιοσύνης.

\*\*\* Ἐστὶ δὲ ἄλλη τις δικαιοσύνη, ἣτις ἐστὶ ἢ μερικῇ ἀρετῇ ὡσπερ καὶ ἀδικία, ἣτις ἐστὶ μερικῇ κακίᾳ.

\*\*\*\* Σημείων δὲ τοῦ καὶ μερικῆν εἶναι δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν, ἐκείνο ἂν εἴη· ὁ γὰρ ἐνεργῶν κατὰ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ἀδικος μὲν λέγοιτο ἂν, πλεονέκτης δὲ οὐδαμῶς· οἷός ἐστιν ὁ βίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν, ἢ ὁ λοιδορησάμενος τὸν πέλας διὰ χαλεπότητα καὶ τὸ μὴ δύνασθαι θυμοῦ κρατεῖν καὶ ὀργῆς, ἢ ὁ μὴ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθεριότητα· οὗτοι γὰρ πάντες ἀδικοὶ μὲν εἰσι, πλεονέκται δὲ οὐδαμῶς. Ὡστε ὁ πλεονέκτης περὶ ἄλλων τινὰ ἐστὶ πονηρίαν, ὅτι μήτε περὶ μίαν τούτων ἐστίν, οὔτε περὶ πάσας ψέγεται δὲ ὡς ἀδικος· ἐστὶν ἄρα ἄλλη τις ἀδικία μερικῇ, ὡς μέρος οὔσα τῆς ὅλης ἀδικίας καὶ ἀδικόν τι μερικόν, μέρος τοῦ ὅλου ἀδικίου τοῦ παρὰ τὸν νόμον. Ἐτι εἰ ὁ μὲν κέρδους ἕνεκα μοιχεύει καὶ προσλαμβάνει, ὁ δὲ ἡδονῆς ἕνεκα, καὶ διὰ τοῦτο ζημιούται καὶ ἀναλίσκει τὰ ὄντα ὁ μὲν ἀκόλαστος ἂν λέγοιτο καὶ οὐ πλεονέκτης, ὁ δὲ πλεονέκτης καὶ ἀδικος, ἀκόλαστος δὲ οὐδαμῶς· ὥστε ἀδικία

*Justitia in sese virtutem amplectitur omnem.*

Etiam maxime perfecta virtus, quoniam perfecta virtutis usus est. Siquidem qui ea praeditus est, etiam in alium virtute uti potest, non tantum ipse secum. Multi enim suis sibi virtutibus prosunt, alios vero iis juvare non possunt, ideoque recte a Biante dictum est, *magistratus virum patefaciet*: nimirum nihil aliud est magistratus, quam virtutum cum aliis communicatio. Atque ob eam ipsam causam sola ex virtutibus alienum esse bonum videtur justitia, quia non quod sibi, sed quod aliis conducit, ut reipublicae aut principi, spectare solet. Ut ergo qui sibi amicisque suis improbitate nocet, pessimus est: ita qui virtutes non ad suam, sed ad aliorum utilitatem refert, optimus habetur: hoc eadem difficile est.

Hæc igitur justitia non pars virtutis, sed tota est virtus: similiterque injustitia non est pars vitiositatis, sed tota vitiositas.

Quid autem universa virtus et hæc justitia inter se differant, dictum est.

### Cap. II.

De particulari justitia.

Est et alia justitia, quæ particularis est virtus: sicut et injustitia, quæ particulare vitium.

Quum enim duo hæc opposita sint, oportet aut omnem quæ infertur injuriam sponte inferri, et omnem quæ accipitur ab invito accipi: aut quoniam lædendi actus in duas species divisa est, partimque voluntaria habet partim invita, etiam perpersionem injuriæ ita distingui, ut altera res alteri opponatur. Eodemque modo fieri videtur, quoties aut alteri jus suum tribuimus, aut ipsi jus nostrum obtinemus: atque existimare, volentem semper aut injuria affici aut jus suum obtinere, absurdum est: sæpe enim invitus aliquis jus suum adipiscitur, quando ejus maleficia vindicantur: similiterque posse aliquem volentem injuria affici, ne hoc quidem verum est: quippe semper invitus quis injuriam accipit: jus suum autem modo invitus aliquis, modo sua voluntate adipiscitur: nimirum homo injustus dum pernitur, iavitus jus suum obtinet: at qui ab injuria vindicatur, ultro jus suum obtinet.

Sed hæc de obtinendo jure suo dicta sufficiunt: et volentem neminem injuria affici posse, planius docendum est.

Ac primum quidem rationes afferemus, ex quibus videtur cogi, volentem aliquem posse injuria affici. Quum enim sponte injuriam facere nihil aliud sit, quam injuste aliquem lædere, quoties nec damnum nec is qui læditur, nec quidquam eorum quæ ad rem pertinent, ignoratur. ac præterea quando aliquis suo consilio usus externa vi non cogitur, erit vicissim sponte injuriam accipere nihil aliud, quam injuste damnum pati, quoties quis et damnum et eum qui alii id apporatur, et quæcumque ad rem pertinent novit, et quum possit propellere, tamen tolerat. Hoc autem fieri manifestum est: incontinens enim etiam ab aliis damno augetur, et quum sciat omnia et propulsare possit, nihilominus tolerat: ex quo efficitur, fieri posse ut sponte aliquis injuriam accipiat: præterea sibi quoque ipse incontinens nocet, et quidem sponte: unde sequitur sponte a se ipso injuria affici, esse injuriam pati: sponte autem aliquis injuriam patitur: sæpe enim qui æquiores reliquis sunt in distribuendo minus quam merentur accipiunt volentes, quod injustum quidem est, sed sponte fit: sponte ergo injuria afficiuntur: ex quo apparet posse fieri, ut aliquis volens accipiat injuriam. Atqui contrarium est, fieri non posse, ut aliquis volens injuriam accipiat. Quippe tum injuriam accipit, quum id quod injustum est contra voluntatem suam patitur: nam pati aliquid contra voluntatem suam res est contraria definitioni ejus quod sponte fit: unde sequitur fieri non posse, ut aliquis velit injuria affici: ne incontinens quidem. Etenim hic bona sibi optat, neque simpliciter injuria se affici patitur: hoc vero damnum admittit, quia se lædi non putat: et quamvis existimet ea quæ profutura sint sibi agenda esse, agit tamen quæ nocent, propterea quod haudquaquam noxia esse credit: quamobrem fieri non potest, ut sponte aliquis injuria afficiatur. Unde etiam contraria argumenta con-

\* Ἄτοπον δ' ἂν δόξειε κτλ. — \*\* Ἐπεὶ καὶ τόγε διαπορήσειεν ἂν τις κτλ.

πτῆ τινὰ ἐκὼν παρὰ τὴν τοῦ βλαπτομένου·βούλησιν·  
 ὁμοίως δὲ καὶ ἀδικεῖται, ὅταν ἄδικα πάσχει παρὰ τὴν  
 ἑαυτοῦ βούλησιν. Τὸ δὲ ἐκόντα ἄδικα πάσχειν, οὐκ  
 ἔστιν ἀδικεῖσθαι· ὥσπερ γὰρ τὸ ἄδικον ποιεῖν οὐ πᾶν  
 ἔστιν \* ἀδικεῖν, οὐδὲ ὁ ἄδικα ποιῶν ἄδικος, ὡς ἀνω-  
 τέρῳ δέδεικται, οὕτως οὐδὲ πᾶς ὁ πάσχων ἄδικα ἀδι-  
 κεῖται· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἀπατῶν τὸν νοσοῦντα ἰατρὸς ἢ ὁ  
 κλέπτων τὴν τοῦ μαινομένου μάχαιραν ἄδικα μὲν  
 ποιεῖ, ἄδικος δὲ οὐκ ἔστι, διότι πρὸς σωτηρίαν ὄρῃ  
 τοῦ νοσοῦντος, καὶ οὐ ζημιῶν, ἀλλὰ κερδαίνειν  
 ποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ ἐν ταῖς διανομαῖς ἐλάττω λαμβάνων  
 τῆς ἀξίας οὐκ ἀδικεῖ ἑαυτόν, εἰ καὶ ἄδικα πάσχει· οὐ  
 γὰρ ἵνα βλάβῃ ἑαυτόν ἀνέχεται τῶν ἐλαττόνων ἀξιού-  
 μενος, ἀλλ' ἵνα ὠφελήσῃ μᾶλλον, δόξαν μετριότητος  
 καὶ ἐπιεικειᾶς λαβόντα. Ἐπειτα εἰ καὶ βλάπτειν  
 ἑαυτόν ἀνέχεται, οὐκ ἀδικεῖται· οὐ γὰρ παρὰ τὴν  
 αὐτοῦ βούλησιν τὰ ἄδικα πάσχει· τοῦτο γὰρ ἔστιν ἀδι-  
 κεῖσθαι. Ὁ γὰρ ἀλλαξάμενος τὰ βελτίω τῶν ἐλαττό-  
 νων, ὥσπερ φησὶν Ὁμηρὸς τὸν Γλαῦκον τῷ Διομή-  
 δεϊ δοῦναι,

Χρῖστα χαλκίων, ἐκατόμβοι' ἔνεαβοίων, †

οὐκ ἀδικεῖται· βουλόμενος γὰρ ἔδωκεν· ὁ δὲ ἀδικούμε-  
 νος ἀκούσιως βλάπτεται. Οὐκ ἄρα δυνατόν ἀδικεῖσθαι  
 τινὰ ἐκόντα, βλάπτεσθαι δὲ ἐκόντα δυνατόν.

(Scripsi : \* κατέκταν ] codd. hic et apud Ari-  
 stotelem κατέκτα. — <sup>b</sup> καὶ ] cum libris Andronici;  
 ἢ codd. Aristotelis. Sed primum sæpe ponit Sta-  
 girites καὶ pro ἢ. (Vid. Henr. Steph. Thesaur.  
 s. v. καὶ); deinde etiam librarii utramque par-  
 ticulam frequenter confuderunt. Conf. Schæfer.  
 ad Greg. Corinth. p. 384. Itaque utraque lectio  
 æque bona est. Cæterum versus istos ex Euri-  
 pidis Bellerophonte petitos esse testatur Michaël  
 Ephesius his verbis : ὁ γὰρ ἀκρατὴς ὑπὸ τῆς ἔρω-  
 μένης ἀποσυλόμενος τὰ ἴδια χρήματα ἐκὼν βλάπτει-  
 ται, κἀκείνης ἐκούσης βλαπτούσης, ὥστε καὶ ἐκὼν  
 ὑφ' ἐκούσης. Ὅρθως ἄρα εἶρηται τῷ Εὐριπίδῃ, ὅτι  
 ἐκὼν ἐκοῦσαν ἔκτεινέ τὴν μητέρα ὁ Βελλεροφόντης.  
 — <sup>c</sup> δὲ ποτὲ μὲν ] cod. δέ ποτε μὲν. — <sup>d</sup> ἀδικεῖσθαι  
 τινὰ ἐκόντα ] vulgo ἀδικεῖσθαι τινὰ ἐκόντα. — <sup>e</sup> πᾶν  
 ἔστιν ] vulgo πᾶν ἔστιν. — † Cf. Iliad. VI vs. 236).

#### Κεφ. ιδ'.

Περὶ τοῦ πότερον ἀδικεῖ μᾶλλον ὁ διανεμὼν ἀδικῶς,  
 ἢ ὁ λαμβάνων.

\* Ῥητέον δὲ ἐκεῖνο, πότερον ἀδικεῖ ὁ διανεμὼν ἀδι-  
 κῶς καὶ μὴ κατὰ ἀνάλογον, ἢ ὁ λαμβάνων τὸ πλεόν  
 τῆς ἀξίας τῆς ἑαυτοῦ. Φαίνεται δὲ, ὅτι ὁ διανεμὼν  
 ἀδικεῖ καθ' αὐτό, ὁ δὲ λαμβάνων κατὰ συμβεβηκόσ·  
 ἐκεῖνος γὰρ ἀδικεῖ καθ' αὐτό, ὅς ἐκὼν τοῦτο ποιεῖ.

\* Ἐτι δ' ὦν προσβλήμεθα, κτλ.

futantur. Injuriam enim facit, quum sponte quis lædit  
 alium, idque contra voluntatem ejus qui læditur : simi-  
 liter et injuria afficitur, quando injusta præter volunta-  
 tem suam perpetitur. At vero sponte injusta perpeti non  
 est injuriam accipere : quemadmodum enim injusta  
 agere non semper est agere injuste, neque qui injusta  
 agit injustus est, ut supra ostendimus, sic nec quicun-  
 que injusta patitur, afficitur injuria : sed ut medicus  
 qui ægrum decipit, aut qui insani gladium furatur.  
 injusta quidem facit, sed non est injustus, quia ægri  
 salutem respicit, neque illi damni, sed potius lucri au-  
 ctor est, ita qui in distribuendo minus quam meretur ac-  
 cipit, non infert sibi injuriam, quamvis injusta patitur :  
 neque enim ut noceat sibi ipse, patitur minoram quam  
 oportet sibi assignari, sed ut prosit magis, hoc est, ut  
 modestiæ et æquitatis laudem consequatur. Deinde, li-  
 cet detrimentum importari sibi a se ipso sinat, haud-  
 quaquam tamen injuriam accipit : neque enim præter  
 voluntatem suam injusta patitur : hoc autem est, injuria  
 affici. Qui enim mellora permutavit deterioribus, ut Ho-  
 merus ait Glaucum Diomedei dedisse,

aurea dat pretio arma boves æquantia centum :  
 ærea fert nihiloque novem meliora juvencis,

ei nulla fit injuria : volens enim dedit : qui vero injuriam  
 accipit, is invitus damnum contrahit. Quare fieri non  
 potest, ut volens aliquis injuria afficiatur, sed ut detri-  
 mentum capiat volens, fieri potest.

#### Cap. XIV.

Utrum qui injuste distribuit, an qui injuste accipit majorem  
 faciat injuriam.

Jam illud explicandum est, utrum injuriam faciat is  
 qui injuste distribuit, et non pro portione, an qui plus  
 accipit quam ipse meretur. Videtur certe facere per se  
 injuriam is qui distribuit, per accidens vero is qui acci-  
 pit : ille enim per se injuriam facit, qui sponte hoc facit.

Ἐκὼν δέ τις ποιῆι, ὅταν ἢ παρ' αὐτῷ τῆς πράξεως ἡ αἰτία καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ ποιεῖν· τῆς δὲ διανομῆς ἡ ἀρχὴ παρὰ τῷ διανεμένῳ· ὁ ἄρα διανεμὸν τὸ πλεόν ἀδικεῖ καθ' αὐτό, ἀλλ' οὐχ ὁ δεχόμενος· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἐστὶν ἡ ἀρχή, καθὼς εἴρηται. Οὐ γὰρ ὁ ποιῶν τὰ ἀδίκαια ἀδικεῖν λέγεται, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός· ὥσπερ λέγεται καὶ ἡ χεὶρ φονεῦν, ἢ μάχαιρα, ἢ λίθος, παρ' οἷς οὐκ ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ φόνου, οὐδὲ ἀφ' ἑαυτῶν πράττουσιν ἀδίκαια μὲν γὰρ ποιοῦσιν, ἀδικοῦσι δὲ οὐδαμῶς. Ὁ δὲ διανεμὸν ἀδίκως, εἰ μὲν ἀγνοῶν τοὺς νόμους ἔξω τοῦ νομικοῦ δικαίου ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ κατὰ τὸν νόμον, ἢ οὐδὲ ἀδικός ἢ κρίσις ἐστίν· ἕτερον δὲ τρόπον ἀδικεῖ, λέγω δὴ κατὰ τὸ φυσικὸν δίκαιον. Ἄλλο γὰρ τὸ νομικὸν δίκαιον, καὶ ἄλλο τὸ φυσικὸν· οἷον, νόμου ὄντος τὸν ἀριστεία πλεόν ἔχειν ἐν ταῖς διανομαῖς, ὁ διανεμὸν ἀγνοήσας τὸν νόμον τῶν ἴσων τοῖς ἄλλοις ἠξίωσεν· οὗτος τοίνυν κατὰ μὲν τὸ νομικὸν δίκαιον οὐκ ἠδίκησεν, ἠγνόησε γὰρ τὸν νόμον· ὁ δὲ δι' ἀγνοίαν τὰ ἀδίκαια πράττων οὐκ ἀδικεῖ· ἐπεὶ δὲ καὶ φυσικὸς νόμος ἐστὶ τοὺς εὐεργετας ἀντευποιεῖν, καὶ μὴ ἀγνοῶν, ἅτε φυσικὸν ὄντα, παρέβη, κατὰ τοῦτον ἀδικός ἐστίν· εἰ δὲ καὶ τὸν νόμον γινώσκων καὶ τὸ φυσικὸν δίκαιον παρέβη, καὶ ἀδίκως ἔκρινε, καὶ τὸ πλεόν ἐνεμεν ᾧ μὴ προσῆκεν, οὐ μόνον τὸν λαβόντα πλεονεκτεῖν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πλεονεκτεῖ. Καὶ γὰρ εἴτε διὰ φιλίαν, ἢ δι' ἐχθραν, ἢ διὰ δῶρα ἠδίκησε, συμμερίζεται τὸ ἀδίκημα· πλεονεκτεῖ γὰρ καὶ αὐτός, ἢ χάριτος πρὸς τὸν φίλον, ἢ τιμωρίας εἰς τὸν ἐχθρόν, ἢ ἀργυρίου καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς κοινώνει τοῦ ἀδικήματος τῷ πλεόν λαβόντι· καθάπερ γὰρ εἰ ἀγρόν τις ἀδίκως, ᾧ μὴ προσῆκεν, ἔδωκεν ἀργυρίου, συμμερίσασθαι λέγεται τὸν ἀγρόν τῷ λαβόντι· καίτοι ἢ οὐκ ἀγρόν ἔλαβεν, ἀλλ' ἀργύριον· οὗτω καὶ ἐν ταῖς διανομαῖς ἀδικήσας, ἵνα ἢ ἑαυτῷ ἢ φίλῳ χαρίσεται, μετέχει τοῦ πλεονεκτήματος, καὶ συμμερίζεται τὸ ἀδίκημα· καὶ ὁ μὲν λαβὼν πλεόν μὲν ἔχει, καὶ ἀδίκαια ἐποίησεν· οὐκ ἠδίκησε δὲ, εἰ μὴ δῶροις ἢ ἄλλῃ τινὶ πειθοῖ τὸν διανομέα παρέπεισεν· ὁ δὲ διανομέας καὶ τὸ πλεόν ἔχει ὅν εἴρηται τρόπον· καὶ ἀδικός ἐστι.

(Scripsi : ἢ αὐτῷ ἐστίν] vulgo αὐτῷ ἐστίν. — ὁ τὸν νόμον] cod. τὸ νόμον. — ἢ πλεόν] cod. πλέα. — καίτοι] cod. καί τοι. — )

## Κεφ. ιε'.

Ἐπιφάνης· Ὅτι οὐ βῆδιον παντὶ ἐκάστοτε ἀδικὸν ἢ δίκαιον εἶναι.

\* Τινὲς δὲ τὸ ἀδικεῖν ἢ δίκαιον εἶναι βῆδιον νομίζουσι, καὶ ἅμα τῷ θελήσει δυνατόν εἶναι δίκαιον ἢ ἀδικὸν γενέσθαι· τοῦτο δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ πρᾶξι τὰ δίκαια ἢ τὰ ἀδίκαια, καὶ ἢ δοῦναι ἀργύριον, ἢ πατάξαι τὸν πλησίον, βῆδιόν ἐστι καὶ τοῦ βουλομέ-

\* Οἱ δ' ἄνθρωποι ἐφ' ἑαυτοῖς κτλ.

Sponte autem aliquis facit, quum penes ipsum actio causa est et faciendi principium; at vero distributio principium penes distribuentem est: qui ergo distribuit majorem per se injuriam facit, quam is qui accipit: ne enim penes hunc est principium, ut diximus. Neque per injusta facit dicitur injuriam facere, nisi per accidens: quemadmodum et manus dicitur occidere, aut gladius, aut lapis, quum tamen in eorum potestate non sit caedis principium, neque per se agant: nam injusta quidem faciunt injuriam autem neutiquam. Qui vero distribuit injuste, si leges ignorans praeter legitimum jus judicavit, non facit injuriam ex lege, neque injustum est iudicium: alia vero ratione injuriam facit, id est, quod ad jus naturale attinet. Aliud enim jus legitimum est, aliud naturale, veli causa, si lex sit, ut omnium fortissimus in distributionibus plus accipiat, ac si is qui distribuit propter legis ignorantiam aequaliter huic caeterisque omnia distribuat: hoc igitur quod ad jus legitimum attinet, injuste non fecit, quia legem ignorabat: qui autem per imprudenciam injusta facit, non agit injuste: quum vero etiam lex naturalis sit, ut aliorum merita beneficiis compensentur. quum utpote a natura profectam quum ignorare non posset, ac tamen migrasset, hujus respectu injustus est. quodsi cognitam legem simulque etiam jus naturale migravit, injusteque judicavit, eique cui minime continebat, plus tribuit, non solum eum qui accepit plus habere fecit, sed etiam ipse plus habet. Etenim sive amicitiae sive inimicitiae aut muneris accipiendi causa injuste fecit, dividit injuria: plus enim et ipse consequitur, vel gratiae respectu, dum amico gratificatur, vel vindictae, dum inimicum ulciscitur, vel pecuniae demique: ideoque et cum altero qui plus accepit, injuria est particeps: sicut enim, si quis agrum, cui non continebat, per injuriam pecunia corruptus tradidit, is communicare agrum illum dicitur cum eo qui accepit, quavis non agrum, sed pecuniam acceperit; ita qui illi alii injuria in distribuendo peccavit, ut vel sibi vel amico gratificetur, in partem lucri venit injuriaque fit consors: et ille quidem qui accepit plus habet, fertique quod injustum est, quum ne sic quidem injuste fecerit, nisi vel muneribus vel alia nescio qua oratione ad persuadendum accommodata eum qui distribuebat ad rem sic agendam induxit: qui vero distribuit tum plus ea qua dictum est ratione habet, tum injustus est.

## Cap. XV.

Non esse facile cuilibet justum semper aut injustum esse.

Quidam autem injuste agere aut justum esse facile existimant, statimque si quis velit, eum justum posse aut injustum fieri: atqui haec res non ita se habet. Etenim agere quae justa aut injusta sunt, nec non dare pecuniam, aut percutere alium, facile est et volentis: ad

νου· τὸ δὲ ἢ δικαιοσύνης ἔξιν ἔχειν ἢ ἀδικίας, ὃ χρόνου καὶ ἀσκήσεως δεῖται, δι' ἃς ἔξεις ἢ δικαίος τις ἢ ἀδικος λέγεται, τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν, ὥστε ἅμα τῷ βούλεσθαι καὶ βράδιον εἶναι κτήσασθαι.

\* Ὁμοίως δὲ νομίζουσι καὶ τὴν γνώσιν τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀδικῶν βράδιον εἶναι, καὶ τὸ δύνασθαι ταῦτα γινώσκειν οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι· ὅτι περὶ ὧν οἱ νόμοι λέγουσιν, οὐ χαλεπὸν συνιέναι. Ταῦτα δὲ εἶναι φρασι<sup>a</sup> τὰ δίκαια· οὐκ εἰσὶ δὲ εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός· οὐ γὰρ ἀπλῶς οὕτω πραττόμενος ὁ νόμος δικαίος ἐστὶν ἐκάστοτε, καὶ ὡς ἔτυχε τελούμενος, καὶ παρ' ὧν, ἀλλ' ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ παρ' ὧν δεῖ. Τὸ δὲ ταῦτα καθ' ἕκαστον τῶν νόμων εἰδέναι δυσχερέστερόν ἐστι τοῦ τὰ ὑγιεινὰ εἰδέναι· ἐπεὶ κακεῖ μέλι καὶ οἶνον καὶ ἑλλέβορον, καὶ καυσίν, καὶ τορὴν εἰδέναι βράδιον· ἀλλὰ πῶς δεῖ τούτων ἕκαστον πρὸς τὴν ὑγίειαν τάξαι, καὶ τίνοι προσενεκτέον, καὶ πότε, ὡς τοσούτων ἔργον, ὅσον ἰατρὸν εἶναι.

\*\* Διὰ ταῦτα δὴ καὶ τὸν δίκαιον νομίζουσι δύνασθαι ἀδικεῖν οὐδὲν ἔλαττον τοῦ ἀδικίου, ἀλλὰ καὶ πλεόν, διὰ τὸ ἀδίκῃ δύνασθαι πράττειν· δύναται γὰρ ἂν καὶ πατάξαι τὸν οὐδὲν ἡδονικώτα καὶ ὑπελθεῖσθαι τὰ ἀλλότρια, καὶ ὁ ἀνθρώπος ῥίψαι<sup>c</sup> τὴν ἀσπίδα καὶ φυγεῖν· ἀλλ' οὐ τὸ τὰ ἀδίκῃ πράττειν ἀδικεῖν ἐστίν, οὐδὲ τὸ τὰ τοῦ δειλοῦ πράττειν δειλαίνειν ἐστὶ, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· ἀλλὰ τὸ μετὰ τῆς ἔξεως ταῦτα πράττειν, τοῦτό ἐστι τὸ δειλαίνειν ἢ ἀδικεῖν· ὅταν τις οὐκ ἐθέλων ἀπλῶς, ἀλλὰ πάθει κινούμενος δειλίας φεύγη, ἢ τῷ ἔξιν ἔχειν ἀδικίας ἀδικῆ, ὡς περὶ καὶ τὸ ἰατρεύειν, καὶ τὸ ὑγιάζειν, οὐ τὸ τέμνειν ἢ φαρμακεύειν, ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστίν, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, ταῦτα ποιεῖν ἔξιν ἰατρικῆς ἔχοντα. Τὸ μὲν οὖν ἐπανορθωτικὸν καὶ διανεμητικὸν δίκαιον, περὶ ὧν εἰπεῖν προὔκειτο, τίνα ἐστὶ καθ' αὐτὰ, καὶ ὅπως ἔχει, διωρισάμεθα.

\*\*\* Νῦν δὲ ῥητέον ἐστὶ, πῶς ἔχει τὸ δίκαιον πρὸς τὸ ἐπιεικές, καὶ ἡ δικαιοσύνη πρὸς τὴν ἐπιεικειαν· ἐκεῖνο μόνον τῷ περὶ τοῦ δικαίου λόγῳ προσθεῖσιν, ὅτι τὸ διανεμητικὸν καὶ διορθωτικὸν δίκαιον ἐν ἐκείνοις ἐστίν, ἃ μετέχουσι τῶν ἀπλῶς ἀγαθῶν· οἷον πλοῦτου ἢ δόξης, ἐν οἷς ὑπερβολὴ καὶ ἑλλείψις εὐρίσκεται· ἐν γὰρ δόξῃ καὶ ὑπερβάλλειν δυνατόν τὸ δέον καὶ ἑλλείπειν ὁμοίως καὶ ἐν πλούτῳ· ἐπὶ γὰρ τῶν οὕτως ἐχόντων ἡ ἰσότης καὶ ἡ ἀναλογία ζητεῖται· καὶ τοῖς μετέχουσι τούτων τοῦ διανεμητικοῦ δικαίου χρεῖα καὶ τοῦ διορθωτικοῦ. Ἄλλ' ἐν μὲν τοῖς θεοῖς οὐκ ἔχει χῶραν ἢ ἀνισότης, οὐδὲ ὑπερβολὴ ἐστὶν ἐν ἐκείνοις, οὐδὲ ἑλλείψις· ὅθεν οὐδὲ χρεῖα τῆς τοιαύτης δικαιοσύνης· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς φαύλοις παντάπασιν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τρυφῆς καὶ τῆς ἀλλῆς μοχθηρίας διεφθαρμένοις· τοῖς γὰρ ὑγιάζεσθαι μέλλουσιν ἀνάγκη τι μόριον ὑγιᾶς ἔχειν, ἢ ἐκεῖθεν ὁ ἰατρὸς ἐπανακαλέσεται τὴν ὑγίειαν· οἱ δὲ

vero justitiæ aut injustitiæ habitum consequi, quod tempus et exercitationem desiderat, propter quem habitum aut justus aliquis aut injustus vocatur, id in potestate nostra non est, ita ut facile, simul atque voluit aliquis, id consequatur.

Similiter et eorum quæ justa et injusta sunt faciem esse cognitionem arbitrantur, eaque cognoscere posse nullius esse sapientiæ putant : quia ea de quibus leges loquuntur non sit difficile intelligere. Hæc autem justa esse ajunt : non sunt tamen nisi per accidens : neque enim simpliciter lex ab aliquo observata justa est semper, præsertim temere et a quovis, sed quoties ut oportet, et quum oportet, et a quibus oportet, in actionibus ea observatur. Hoc vero in singulis legibus scire difficilius est, quam salubria nosse : siquidem ibi quoque mel, et vinum, et elleborum, et ustionem, et sectionem facile est nosse : sed quomodo singula ad sanitatem adhibenda, et cui et quando admovenda sint, tam difficile est quam medicum esse.

Ac propterea existimant, virum justum nihilo minus quam injustum posse injuste agere, imo etiam magis, quia injusta potest agere : possit enim percutere aliquem a quo injuriam non accepit et alienas res subripere, haud secus quam vir fortis clypeum abjicere et fugere : alqui injusta agere non statim est injuste agere, neque quæ timidi sunt agere, timere quoque, nisi per accidens : at vero tali habitu ista agere, hoc est timide agere aut injuste : quum aliquis non quod velit, sed perturbatione incitatus timiditatis reus sit, aut quia injustitiæ habitu præditus est, agit injuste : sicut mederi et sanare non secare aut medicamenta vel adhibere, vel non adhibere est, sed quemadmodum oportet, et quum oportet, medicinæ habitu præditum hæc facere. Ergo jus tam illud quod ad emendandum pertinet, quam quod in distribuendo cernitur, de quibus nobis dicere propositum erat, qualia per se sint, et quomodo se habeant, hactenus definivimus.

Nunc vero dicendum nobis est, quomodo jus ad æquum et justitia ad æquitatem se habeat : si illud tantum ad superiorem de jure disputationem addiderimus, jus et illud quod in distribuendo cernitur et quod ad emendandum pertinet, in iis versari, quæ in partem simpliciter bonorum veniunt, quales sunt divitiæ aut gloria, in quibus nimium et parum reperitur : siquidem in gloria potest aliquis excedere modum, aut non consequi eam : similiter et in divitiis : namque in hujusmodi rebus æqualitas et proportio requiritur : quique earum participes sunt jus simul illud quod in distribuendo cernitur, simul quod ad emendandum pertinet desiderant. Jam vero in diis inæqualitati non est locus, neque nimium aut parum in iis animadvertitur : quare ne talis quidem justitiæ necessitas est : sed nec in hominibus omnino sceleratis, luxuque aut alia improbitate corruptis : qui enim sanitatem recuperaturi sunt, eos necesse est mem-

\* Ἄλλὰ τὸ ὅθι ἔχοντας ταῦτα ποιεῖν κτλ. — \*\* Δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο, καὶ τοῦ δικαίου κτλ. — \*\*\* Ἔστι δὲ τὰ δίκαια ἐν τούτοις, κτλ.

παντάπασι διαφθαρέντες οὐ δύνανται θεραπευθῆναι· ὅθεν οὐδ' ἐν αὐτοῖς ἔχει χώραν τὸ δίκαιον· ἐν ἐκείνοις δὲ ἔστι τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι βούλονται τὰ δίκαια, καὶ ποιοῦσι κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, καὶ αὐθις ἀμαρτάνουσιν ὅσον ἀνθρώποις προσῆκε.

(Scripsi : \* εἶναι φασί] vulgo εἶναι φασί. — <sup>b</sup> καὶ πότε] cod. καὶ πότε. — <sup>c</sup> βίψαι] cod. βίψαι. — <sup>a</sup> προσθεῖσιν] cod. προσθέντες. —)

## Κεφ. ις'.

## Περὶ ἐπεικείας καὶ τοῦ ἐπεικοῦς.

\* Περὶ δὲ ἐπεικείας καὶ τοῦ ἐπεικοῦς πῶς ἔχει ἡ μὲν ἐπεικεία πρὸς δικαιοσύνην, τὸ δ' ἐπεικὲς πρὸς τὸ δίκαιον, ἀκολουθὸν ἔστιν εἰπεῖν. Καὶ γὰρ οὔτε πάντα ταῦτα ἔστιν, οὔτε ἕτερα τῶ γένει. Καθόσον μὲν γὰρ τὸ ἐπεικὲς ἐπαινέται μᾶλλον τοῦ δικαίου, καὶ δ' ἐπεικὲς ἀνὴρ τοῦ δικαίου βελτίων δοκεῖ· ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα μεταφέρομεν, ὅταν ἐπαινέιν δέη τινὰ τῶν ἀρετῶν· καὶ γὰρ ἐπεικιστέραν τῆνδε ἐκείνης λέγομεν, τὸ βέλτιον δηλοῦντες οὐ τὸ δικαιοτέρον· κατὰ τοῦτο ἄλλη τις δοκεῖ εἶναι παρὰ τὴν δικαιοσύνην ἡ ἐπεικεία. Πάλιν δὲ τῶ λόγῳ ἀκολουθοῦσι φαίνεται ἀτοπον, εἰ τὸ ἐπεικὲς ἄλλο παρὰ τὸ δίκαιον ὄν, ἐπαινέτον ἔστιν· εἰ γὰρ ἐπαινέτον, δίκαιόν ἔστι· πᾶν γὰρ ἐπαινέτον δίκαιον, καὶ ἡ δικαιοσύνη τελεία ἔστιν ἀρετὴ, ὥς ἐν τοῖς ἀνωτέρω δέδεικται· εἰ δὲ οὐκ ἔστι δίκαιον, οὐδὲ ἐπαινέτον· ἢ εἰ τὸ ἐπεικὲς ἐπαινέτον, τὸ δίκαιον οὐκ ἔστιν ἐπαινέτον· ἢ μὲν οὐν ἀπορία σχεδὸν διὰ ταῦτα συμβαίνει. Ἐχει δὲ καὶ ἀμφοτέρω ὀρθῶς, τό τε ἐν <sup>a</sup> εἶναι τὸ δίκαιον καὶ τὸ διαφέρειν, καὶ οὐδὲν ἀλλήλοισ ἐναντιοῦνται. Τὸ γὰρ ἐπεικὲς καὶ δίκαιόν ἔστι, καὶ δικαίου τινος βέλτιον· καὶ οὐχ ὡς ἕτερογενὲς τοῦ δικαίου βελτίον ἔστιν αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς μέρος ἄλλου μορίου ἁμογενοῦς· καὶ σπουδαίου ὄντος καὶ αὐτοῦ καὶ δικαίου, τὸ ἐπεικὲς δίκαιον σπουδαιότερόν ἔστι. Ταύτην δὲ τὴν ἀπορίαν εἰσήγαγεν, ὅτι τὸ ἐπεικὲς δίκαιον μὲν ἔστιν, οὐ κατὰ νόμον δέ· οὐ γὰρ περιέχεται ὑπὸ νόμου, ἀλλ' ἔστιν ἐπανόρθωμα δικαίου νομίμου. Τὸ δὲ αἴτιον τῆς διορθώσεως, ὅτι ὁ μὲν νόμος ἅπας καθόλου διορίζεται· ἐπ' ἐνόις δὲ τῶν καθ' ἕκαστα <sup>b</sup> οὐ δυνατόν ἐφαρμόζειν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, διὰ τὸ τὸν μὲν νόμον ὀρισμένον εἶναι, καὶ εἰς ὀρισμένον τι σκοπεῖν, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα <sup>c</sup> ἀόριστα, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα· οἷον ὁ νόμος κελεύει καθόλου πάντα τὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνελεθόντα ξένον ἀπονήσκειν· ἀνελεθῶν δὲ τις ἡρσιςτευσις· εἰ τοίνυν ἐφαρμόσωμεν τὸν νόμον τῶ ἀρισταί, καὶ ἀποκτείνωμεν, παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον καὶ τὸ δίκαιον ποιήσομεν. Ὅμοιος δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων πολλῶν ἔχει τοῦτο· δὲ τὸ ἀμάρτημα οὐκ ἔστιν ἐν τῷ νόμῳ, οὐδὲ ἐν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει. Ὁ γὰρ νόμος, ἔπει ἀδύνατον τὰ κατὰ μέρος πάντα περιλα-

brum aliquod sanum habere, ut illinc medicus incipiat revocare sanitatem : qui vero penitus corrupti sunt, sanari non possunt : quocirca nullum in iis locum jus habet : in iis autem hominibus est, qui ea que justa sunt volunt, quantumque in hominis potestate situm est faciunt, rursusque peccant, quantum homines decet.

## Cap. XVI.

## De æquitate et æquo.

Jam vero de æquitate et æquo, quo videlicet modo tum æquitas ad justitiam, tum jus ad æquum se habeat, superest ut dicamus. Namque hæc neque eadem omnino neque alia genere videntur. Quatenus enim æquum magis laudatur, quam jus, etiam vir æquus justo melior videtur : præterea ad alia quoque eam vocem transferimus, quum videlicet laudari virtutem aliquam oportet : quippe hanc illa æquiorum appellare solemus, non quod justius sed quod melius est significantes : eatenus igitur diversa a justitia videtur esse æquitas. Rursus rationem ipsam sequentibus absurdum videtur, æquum quum a jure diversum sit, tamen esse laudabile : si enim laudandum, simul est justum : nimirum quidquid laudandum est, justum habetur, et justitia, quemadmodum in superioribus ostendimus, perfecta virtus est : quod si non est justum, ne laudandum quidem est : aut si laudandum est id quod est æquum, non est laudandum id quod est justum : hæc igitur fere sunt quæ dubitationem habent. Est autem utrumque verum, tum idem jus esse, tum aliud, neque hæc duo inter se repugnant. Etenim et jus et jure melius est æquum, neque tanquam diversi generis jure ipso melius est, sed ut pars alius partis cognatæ : quumque illud et honestum sit et justum, justius tamen et honestius est æquum. Cæterum hanc dubitationem illud attulit, quod ipsum quoque æquum jus est, non tamen lex lege, quia non continetur lege, sed legitimi juris correctio est. Ejus vero correctionis causa hæc est, quod lex omnis generaliter decernit, quibusdam autem singularibus accommodari recte rationi convenienter non potest, quia ut lex definita est, ita ad definitum quid spectat, indefinita autem sunt et alias aliter se habent singularia : exempli gratia lex jubet generatim peregrinum, quicumque muros urbis ascenderit, mori : forte fortuna aliquis ascendit, qui egregie fortitudinis documentum dedit : si ergo legem hanc illi qui fortiter pugnavit accommodemus, atque interficiamus hominem, præter rectam rationem et contra jus fasque egerimus. Eadem autem multarum etiam aliarum rerum ratio est : et tamen nec in lege, nec in legum labore hic error est, sed in ipsa rerum natura. Etenim lex quia fieri non potest, ut singularia comprehendat omnia, quum infinita sint, quod plerumque fit sumit, idque respiciat

\* Cap. 10. περὶ δὲ ἐπεικείας καὶ τοῦ ἐπεικοῦς κτλ.

βείν ἀόριστα ὄντα, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεόν<sup>d</sup> λαμβάνει, καὶ πρὸς τοῦτο βλέπων νομοθετεῖ· καὶ οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἀμάρτημα ὃ νομοθέτης ἀπροσδιόριστον ἀφῆκε τὸν νόμον, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δυνατὸν εἶναι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν διορισμῶ καθυποβληθῆναι ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων. Ἀόριστος γάρ ἐστιν ἡ τῶν πρακτῶν ὕλη, καὶ πολλὰς ἔχει τὰς μεταβολάς. Διὰ τοῦτο τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον συμβαινόντων οἱ νομοθεταὶ στοχάζονται· τὸ γὰρ ξένον ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνιόντα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πολέμου τὴν πόλιν ὠφελεῖν, ἐπ' ἐλάχιστα συμβαίνει· πλεόν δὲ ἐνδέχεται κατὰ τῆς πόλεως ἀνέρχεται. Ἐπει τοίνυν ἀναγκαῖον εἶδέναι πῶς δεῖ τοὺς τοιοῦτους νόμους τηρεῖν, καὶ δεῖ, καὶ ἐπὶ τίσιν, εἶδει τινὰ ξῆν εἶναι καθ' ἣν δυνατὸς μετὰ τὰ τοιαῦτα ἐπανορθοῦν ἀμαρτήματα· αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ ἐπιείκεια, καθ' ἣν τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦται τοῦ νόμου, καὶ τὸ ἀμάρτημα ἐπανορθοῦται, καὶ ὁ προσδιορισμός, ὃν ἐκεῖνος παρέλιπε, διὰ τὸ πάντα κατὰ μέρος οὐκ εἶδέναι, προστίθεται· ἐρεῖ γὰρ ὁ ἐπιεικὴς, πάντα τὸν ἀνιόντα ξένον ἀπονήσκειν, εἴγε ἐπιβουλεύσων ἄνηλθεν, εἰ δὲ ἠρέστευσεν, οὐ μόνον σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοθῆτω· ταῦτα δὲ καὶ αὐτὸς ἂν εἶπεν ὁ νομοθέτης, εἴγε παρῆν· καὶ εἰ ἤδει, ἐνομοθέτησεν ἄν. Ἴδὼν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίους νόμους ὁ ἐπιεικὴς ἐπανορθώσειται. Διὰ τοῦτο ἡ ἐπιείκεια δικαίον μὲν ἐστὶ βέλτιον τινος δικαίου· οὐ τοῦ καθόλου δικαίου, ἀλλὰ τοῦ νομοῦ, τοῦ διὰ τὸ καθόλου ἀμαρτάνοντος. Καὶ ἐστὶν αὕτη ἡ φύσις ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐπανόρθωμα τοῦ νόμου, καθ' ὅσον ἀμαρτάνει καὶ ἑλλιπὴς<sup>e</sup> ἐστὶ διὰ τὸ καθόλου· τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα τὰ δικαίως γινόμενα κατὰ νόμον εἶναι, ὅτι καθόλου καὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον οἱ νόμοι. Καὶ διὰ τοῦτο ψηφισμάτων ἐδέησεν, ἃ ποιῶσιν οἱ πολιτευόμενοι ἐν τοῖς κατὰ μέρος πράγμασιν, ἄλλοτε ἄλλως καὶ αὐτοῖς ἔχουσι τῶν δὲ ἀορίστων ἀόριστος καὶ ὁ κανὼν ἐστὶν ὡσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομητῆς ὁ μολύβδινος<sup>b</sup> κανὼν, ὃς μετεκινεῖτο πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ λίθου· τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον καὶ τὰ ψηφίσματα πρὸς τὰ πράγματα μεταβάλλονται.

<sup>a</sup> Τί μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ἐπιεικὲς καὶ ἡ ἐπιείκεια, καὶ δεῖ, τὸ δίκαιον, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὸ καθόλου δίκαιον, καὶ τίνος βέλτιον δικαίου, εἴρηται. Δῆλος δὲ ἀπὸ τούτων καὶ ὁ ἐπιεικὴς, τίς ἐστίν· ἐστὶ γὰρ ὁ τῶν εἰρημένων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλὰ ἐλαττωτικὸς, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθόν· καὶ ἡ ἕξις αὕτη ἐπιείκεια, δικαιοσύνη τις οὕσα, καὶ οὐκ ἄλλη τις παρὰ ταύτην καὶ διάφορος ἕξις.

(Scripsi : <sup>a</sup> τὸ τε ἐν] vulgo τὸ, τε ἐν. — <sup>b</sup> καθ' ἕκαστα] cod. καθέκαστα. — <sup>c</sup> τὰ δὲ καθ' ἕκαστα] cod. τὰ δὲ καθέκαστα. — <sup>d</sup> ὡς ἐπὶ τὸ πλεόν] quæ est plerarumque Aristotelis membranarum lectio;

prescribit : neque propterea quod errorem ignoret legum lator, legem indefinitam edidit, sed quia definitioni subijci non potest rerum natura, quum alias aliter se habeant. Indefinita enim est rerum agendarum materia, multasque habet mutationes. Quamobrem quæ plerumque accidunt legum latores respiciunt : nam rarissime evenit, ut peregrinus belli tempore muros ascendat atque ex iis urbi auxilium ferat : sæpius autem usu venit, ut urbi damno sit ejus ascensus. Quum ergo illud necessario sit sciendum, quo pacto ejusmodi leges servandæ sint, præterea quando et in quibus, oportet quoque habitum esse aliquem, quo hujusmodi errores emendare queamus : talis vero est æquitas, qua defectus legis suppletur, et error emendatur, et nova definitio, quam prætermisit illa, quia singularia non potest nosse omnia, adjicitur : dicit enim vir æquus peregrinum, quicumque ascendat, mori debere, si ad insidias struendas ascenderit, sin forti animo dimicaverit, non modo conservari, sed præmiis etiam affici debere : quæ eadem et ipse legum lator dixisset, si adesset : aut si hoc ipsum scivisset, talem legem tulisset. Eodem autem modo similes etiam alias leges vir æquus emendabit. Quocirca jus quoddam et ipso jure melior est æquitas : non universali illo, sed legitimo, quod propter universale peccat. Atque hæc æquitatis natura legis emendatio est : quatenus aut peccat propter universale aut manca habetur : quippe hæc causa est, cur non omnia quæ juste fiunt legibus congruant, quia universales et eorum quæ plerumque fiunt, sunt leges. Quare et decretis quibusdam opus fuit, quæ magistratus in singulis rebus faciunt, quum hæc et ipsæ alias aliter se habeant : eorum autem quæ indefinita sunt, indefinita quoque est regula : ut et ædificationis Lesbii plumbea est regula, quæ ad figuram lapidis transferri atque inflecti solebat : nimirum eodem modo ad res ipsas decreta transferuntur.

Quid ergo sit tum æquum tum æquitas, præterea quod jus sit et quomodo ad universale jus se habeat, et quo jure sit melius, jam dictum est. Ex his vero etiam facile apparet, quis sit æquus : talis enim est, qui ea quæ dicta sunt consulto sectatur atque agit, neque summum jus, quod in pejus detorquet, sequitur, sed de jure suo decedit, etiamsi legis auxilio niti possit : atque hic habitus æquitas appellatur, quæ justitia quædam est, non vero diversus ab ea et alius habitus.

\* Φανερόν δ' ἐκ τούτου κτλ.

cod. Andronici ὡς ἐπὶ πλεόν, ut Stagiritæ liber Parisiensis. — <sup>o</sup> ὁ προσδιορισμός] cod. τὸν προσδιορισμόν. — <sup>ε</sup> ἑλληνίης] cod. ἑλλειπής. — <sup>h</sup> μολύβδινος] ex Aristotelis libro Parisiensi; cod. Andronici cum aliis Stagiritæ membranis μολίβδινος. — <sup>i</sup> δ, τι] cod. δτι. —)

## Κεφ. ιζ'.

\* Ὅτι οὐ δυνατόν ἀδικεῖσθαι ἑαυτὸν.

Ῥητόν δὲ περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι τελειώτερον, εἰ δυνατόν ποτε ἑκούσιον εἶναι. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία ἡ μὲν καθολικὴ τίς ἐστὶ καὶ τελεία ἀρετὴ, καθὼς δέδεικται, δημοῖως δὲ καὶ ἡ ἀδικία κακία, ἡ δὲ μερικὴ φανερόν ἐστι οὔτε κατὰ τὴν καθόλου, οὔτε κατὰ τὴν μερικὴν ἀδικίαν δυνατόν τινα ἑαυτὸν ἀδικεῖν δοκεῖ οὐδὲ δυνατόν εἶναι. Διὰ ταῦτα, τοῦ νόμου μὴ κελεύοντος ἑαυτὸν τινα ἀποκτείνειν, παράνομόν ἐστὶ τὸ ἑαυτὸν τινα ἀποκτείνειν· ὁ γὰρ μὴ κελεύει ὁ νόμος, ἀπαγορεύει τὸ δὲ παράνομον, ἀδικον, καὶ ἀδικεῖ ὁ ἑαυτὸν ἀποκτείνων· ὁ δὲ ἀδικῶν τινα ἀδικεῖ· ὁ δὲ ἄλλος δὲ ἐστὶ ἑαυτὸν ἀδικεῖ· τοῦτο δὲ καὶ ἑκούσιως ἐποίησεν ἑκούσιως ἄρα ἀδικεῖται. Ἐτι δὲ καὶ ὁ παρὰ τὸν νόμον βλάπτων τινα, καὶ μὴ ἀμυνόμενος καὶ ἀντιβλάπτων, ἀλλὰ προκατάρχων τῆς βλάβης, ἐκὼν ἀδικεῖ, ὅταν καὶ γινώσκῃ <sup>a</sup> τὴν βλάβην καὶ τὸν βλαπτόμενον, καὶ τὰλλα <sup>b</sup> τὰ περὶ τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ δι' ὄργην ἑαυτὸν ἀποσφάξας οὔτε ἀμύνεται ἑαυτὸν, καὶ γινώσκει καὶ ἑαυτὸν, καὶ τὴν βλάβην, καὶ πάντα τὰ περὶ τὸ πρᾶγμα, ἐκὼν ἄρα ἀδικεῖ· εἰ δὲ ἐκὼν ἀδικεῖ, καὶ ἐκὼν ἀδικεῖται. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν δοκεῖ δυνατόν εἶναι ἑκούσιως ἀδικεῖσθαι τινα κατὰ τὴν καθόλου ἀδικίαν, ἥτις ἐστὶν ἐναντία τῇ καθόλου δικαιοσύνῃ, ἥτις χρῆσις ἐστὶ πάσης ἀρετῆς. Τὸ γὰρ δι' ὄργην ἑαυτὸν ἀποσφάττει ἐναντίον ἐστὶ τῷ κατὰ τὴν πραότητα νόμῳ. Τοῦτο δὲ ἐστὶ ἀδύνατόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν προειρημένων ἐδείχθη· ὁ γὰρ ὀρισμὸς τοῦ ἀδικεῖσθαι ἐναντίος ἐστὶ τῷ τοῦ ἑκούσιου λόγῳ.

\* Ὁ δὲ ἐναντίος λόγος, καθόσον μὲν ἑκούσιως ἀδικεῖν φησὶ τὸν ἀποσφάξαντα ἑαυτὸν, ἀληθεύει, καθόσον δὲ φησὶν αὐτὸν ἑαυτὸν ἀδικεῖν, ψεύδεται· οὐ γὰρ αὐτὸς ἀδικεῖται, οὐ γὰρ παρὰ τὴν βούλησιν αὐτοῦ τὸ κακόν, ἀλλὰ ἡ πόλις, ἡ ζημιούται στρατηγόν, ἡ στρατιώτην, ἡ οἰκοδόμον, ἡ πολίτην ἀπλῶς, καὶ παρὰ τὴν αὐτῆς βούλησιν.

\*\* Διὰ τοῦτο καὶ ὡς ἡδίκημένη δίκας ἀπαιτεῖ <sup>c</sup> παρ' αὐτοῦ, ἀμυνόμενη αὐτὸν δι' ὧν ἕξεστιν· οὐ γὰρ εἴθ' ἁπτεῖν τὸ σῶμα.

\*\*\* Κατὰ μὲν οὖν τὴν καθόλου ἀδικίαν, ἐστὶ οὐχ ἑκούσιον τὸ ἀδικεῖσθαι, δέδεικται· κατὰ δὲ τὴν μερικὴν,

## Cap. XVII.

Neminem posse se ipsum injuria afficere.

De injuria autem accipienda plenius dicendum est, num aliquando res voluntaria esse possit. Quum justitia ergo et injustitia, altera quidem universalis, quatenus ostendimus, et perfecta, virtus sit, illidemque tale quoque vitium injustitia, altera vero singularis, manifestum est, nec secundum universalem nec secundum singularem injustitiam posse aliquem sibi injuriam facere, quamvis posse videatur. Quapropter, quum lex non jubeat, ut aliquis se ipsum vita privet, voluntaria mors legibus contraria est: quod enim lex non jubet, id prohibet: quod autem legibus contrarium, id injurium est, facitque injuriam qui mortem sibi consciscit: qui vero injuriam facit, alicui eam infert: sequitur ergo ut eam sibi inferat: hoc ipsum autem sponte etiam facit: quare sponte quoque injuriam accipit. Præterea qui contra legem lædit aliquem, nec ultionem facit aut vicissim nocet, sed prior nocet, sponte injuriam infert, quum et detrimentum, et eam cui importatur, et reliqua quæ ad rem pertinent, non novit: qui vero per iram manus sibi infert, neque ulciscitur se ipsum, et tum se, tum detrimentum, tum omnia quæcunque ad rem pertinent novit: sponte ergo injuriam facit: quodsi sponte injuriam facit, sponte etiam accipit. Quocirca fieri posse videtur, ut sponte aliquis injuriam secundum universalem patiatur injustitiam, quæ universali justitiæ contraria est, quam omnis virtutis esse usum constat. Nam per iram se ipsum exanimare res est molliori legi contraria. Hoc autem fieri non posse, allatis in superiori disputatione rationibus docui: nam acceptæ injuriæ definitio contraria est rei voluntariæ explicationi. Contraria vero opinio, quatenus sponte injuriam facere dicit eum qui se ipsum vita privat, verum loquitur; quatenus vero illam sibi injuriam inferre ait, falsum dicit: neque enim ipse injuriam patitur, quandoquidem haudquaquam volenti hoc malum accidit, sed urbs, quæ ducentem, vel militem, vel architectum, vel omnino civem cum damno suo et præter voluntatem suam amittit. Quamobrem etiam, tanquam ad se spectet injuria, poenas ab eo repetit. eumque ulciscitur, ut potest: neque enim corpus hu-

\* Ἄλλα τίνα, κτλ. — \*\* Διὸ καὶ ἡ πόλις κτλ. — \*\*\* Ἐτι καθ' ὃ ἀδικὸς ὁ μόνον ἀδικῶν, κτλ.

ἥτις ἐστὶν ἡ πλεονεξία, πῶς δυνατόν ἑαυτὸν τινα ἀδικεῖν; Εἰ γὰρ τὸ ἀδικεῖν κατὰ ταύτην τὴν ἀδικίαν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ τὸ πλεόν ἔχειν θατέρου, ἔξει αὐτὸς ἑαυτοῦ πλεόν ὃ ἑαυτὸν ἀδικῶν· εἰ δὲ πλεόν ἑαυτοῦ, καὶ ἔλαττον· καὶ εἴη ἂν τὸ αὐτὸ καὶ προσθήκη αὐτῷ καὶ ἀφαίρεσις, ὅπερ ἀδύνατον· ἀνάγκη γὰρ τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἐλάχιστον ἐν δυσὶν εἶναι· οὕτω γὰρ δυνατόν καὶ ἀφαίρεσιν καὶ προσθήκην γενέσθαι· καὶ ἀδικεῖσθαι καὶ ἀδικεῖν.

Ἔτι δὲ ἀνάγκη τὸν ἀδικοῦντα τοῦ ἀδικουμένου πρότερον τὴν βλάβην ποιεῖν, καὶ ἔκουσίως καὶ ἐκ προαιρέσεως βλάπτειν· ὃ γὰρ, διότι ἐπαθε, τὸ αὐτὸ ἀντιποῖων, οὐ δοκεῖ ἀδικεῖν. Τὸν δὲ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα ἀνάγκη κατὰ ταῦτόν καὶ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· διὰ τὸ τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀδικοῦντα καὶ ἀδικούμενον, καὶ ἕνα καὶ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· δεῖ ἄρα ἐν πλείοσιν εἶναι ταύτην τὴν ἀδικίαν· οὐκ ἄρα δυνατόν αὐτόν τινα ἑαυτὸν ἀδικεῖν. Πρὸς δὲ τούτοις ὃ ἀδικῶν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ ὃ ποῖων τὰ κατὰ μέρος ἀδικήματα· καὶ χωρὶς τῶν καθ' ἕκαστα· οὐ δύναται τις ἀδικεῖν, οὐθ' ὅλος ἄλλο τι ποιεῖν· τὰ δὲ κατὰ μέρος, κλοπή, ἔβρις, πληγὰ, τοιχωρυχία· οὐδεὶς δὲ ἢ κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ, ἢ τὸν ἑαυτοῦ τοίχον διορῶνται, ἢ ἑαυτὸν ὑβρίζει, ἢ πλῆττει. Ὅλος δὲ ἐλέγχεται ψευδὸς εἶναι τὸ ἑαυτὸν τινα ἀδικεῖν καὶ ἔκουσίως ἀδικεῖσθαι, διὰ τοῦ ὄρισμοῦ τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὃ ἐστὶ τὸ ἀδίκῃ πάσχειν παρὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν.

(Scripsi: ἂν καὶ γινώσκῃ] cod. ὅταν καὶ γινώσκει. — <sup>b</sup> τᾶλλα] cod. τ' ἄλλα. — <sup>c</sup> ἀπαιτεῖ] cod. ἀπατεῖ. — <sup>d</sup> ἄλλο ἐστίν] vulgo ἄλλό ἐστίν. — <sup>e</sup> καθ' ἕκαστα] cod. καθέκαστα. — <sup>f</sup> ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. —)

## Κεφ. ιη'.

\* Ὅτι χεῖρον κακὸν τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.

\* Φανερόν δέ, ὅτι ἄμφω μὲν φαῦλα καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι καὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ γὰρ ἄμφω τοῦ μέσου ἔξω πίπτουσι, καὶ τὸ μὲν ἀδικεῖν πλεόν ἐστίν, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι ἔλαττον, τὸ δὲ δικαιοπραγεῖν ἴσον καὶ μέσον, ὡσπερ τὸ ὑγιεινὸν ἐν ἱατρικῇ, καὶ τὸ εὐεκτικὸν ἐν γυμναστικῇ· ἄμφω μὲν οὖν φαῦλα, χεῖρον δὲ ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν καὶ κακὸν ἐστὶ, καὶ ψέγεται· καὶ κακὸν, ἢ κατὰ τελείαν κακίαν, ἢ τοὶ τὴν καθόλου ἀδικίαν, ἢ τὴν μερικὴν καὶ ἢ ἔκουσίως καὶ μετὰ προαιρέσεως, ὃ ἐστὶ τὸ τελείως ἀδικεῖν, ἢ ἔκουσίως μὲν, οὐ μετὰ προαιρέσεως δέ, ὅπερ ἐγγύς ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν, καὶ οὐ τέλειον· οὐ γὰρ ἅπαν ἔκουσίον βλαβερὸν τῷ πλησίον καὶ ἀδικόν. Τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι κακὸν μὲν ἐστίν, οὐ ψέγεται δέ, ὅτι μὴ διὰ πονηρίαν ἢ ἄλλην τινὰ κακίαν ἀδικεῖται τις. Καθ' αὐτὸ μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖσθαι

mari sinit. Atque ita quidem secundum universalem injuriam sponte injuriam non accipi ostendimus : secundum singularem vero, quæ est avaritia, quomodo fieri queat, ut injuriam sibi ipse inferat aliquis? Si enim injuriam facere in hac injuria nihil aliud est, quam plus alio habere, habebit ipse plus se ipso, qui sibi injuriam facit : sin autem plus se ipso, etiam minus : idemque ei et additamentum erit et ademtio, quod fieri non potest : siquidem necesse est jus ejusmodi minimum in duobus esse : nam ita tum demi poterit aliquid, tum addi : ita accipere injuriam et inferre.

Insuper necesse est, ut is qui injuriam facit, prius quam is qui accipit, detrimentum importet, atque ut sponte et capto consilio noceat : nimirum qui quia injuriam passus est, maleficium maleficio pensat, facere injuriam non videtur. Eum vero qui sibi injuriam facit, eodem tempore et facere injuriam necesse est et accipere : quia idem est et qui facit injuriam et qui accipit, simulque inferre et pati : quare in pluribus hanc injuriam esse oportet : ideoque fieri nequit, ut aliquis injuriam sibi faciat. Adde quod qui injuriam facit non alius est, quam qui in certis et singularibus injuriarum generibus injusta agit : neque sine singularibus potest quisquam injuste agere aut omnino similem culpam committere : sunt vero singularia furtum, contumelia, verbera, parietum effractura : nemo autem vel sua furatur, vel proprium parietem perfodit, vel contumelia se ipse afficit aut verberat. Denique aliquem sibi injuriam facere et sponte accipere falsum esse probatur definitione injuriæ acceptæ, quæ est hominis injusta præter voluntatem suam patientis.

## Cap. XVIII.

Majus malum esse facere injuriam quam accipere.

Apparet autem, utrumque malum esse, et accipere injuriam et facere, siquidem utrumque extra medium est, et facere quidem plus habetur, accipere vero minus, contra juste agere et æquale et medium est, sicut in medicina salubre atque in gymnastica arte bonus corporis habitus : utrumque ergo malum est, at pejus injuriam inferre. Namque afficere alios injuria tum improbum est, tum vituperatur : et improbum quidem, vel absolutæ improbitatis respectu, id est, injustitiæ vel universalis, vel singularis : et aut sponte et capto consilio, quod est absolute injuriam facere, aut sponte quidem, at non capte consilio, quod proxime ad illud accedit, sed non est absolutum : neque enim omnis actio voluntaria, quæ alteri nocet, simul injusta est. Injuriam vero accipere, malum quidem est,

\* Φανερόν δέ, ὅτι ἄμφω κτλ.



ἦττον κακόν ἐστι τοῦ ἀδικεῖν· κατὰ συμβεβηκός δὲ οὐδὲν κωλύει καὶ χεῖρον εἶναι, διότι συνέβη πολλάκις τὸ ἀδικεῖσθαι μείζονος βλάβης αἴτιον γενέσθαι ἢ τὸ ἀδικεῖν· ὥσπερ εἴ τις διὰ τὸ ἀδικεῖσθαι ὀργισθεὶς πῦρ ἀνῆψε τῇ τοῦ ἀδικουῦτος οἰκίᾳ, ἐκείθεν δὲ συνέβη πᾶσαν ἐμπρησθῆναι τὴν πόλιν. Ὅμως δὲ καὶ οὕτω μείζον κακόν τὸ ἀδικεῖν· οὐδὲν γὰρ αὐτὸ ἑαυτοῦ χεῖρον διὰ τὰ συμβεβηκότα· ἐπεὶ οὐδὲ πλευρίτις ἔλαττον κακόν ἐστι τοῦ προσπταίσματος, διότι συνέβη τινὰ προσπταίσαντα ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθῆναι καὶ ἀποθανεῖν.

Τὸ μὲν οὖν κυρίως δίκαιον καὶ ἀδικον, καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀδικία, τὰ εἰρημένα ἐστὶ. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλο οὐ κυρίως, ἀλλὰ κατὰ μεταφορὰν καὶ ὁμοιότητα τοῦ δικαίου, ὅπερ ἔχει τις πρὸς τὰ ἑαυτοῦ· ὥσπερ ὁ δεσπότης πρὸς τὸν δοῦλον, καὶ ὁ πατήρ πρὸς τὸν υἱόν. Καθ' ὃ καὶ ἡ ψυχὴ πρὸς τὰ ἑαυτῆς μέρη δίκαια λέγεται, ἢ ἀδικος· καὶ τὸ λογικὸν τοῦ ἀλόγου διέστηκε· καὶ τὸ μὲν λογικὸν ἄρχει καὶ τάττει, τὸ δὲ ἄλογον ἀρχεται καὶ τάττεται. Πρὸς ὃ δὴ τινες βλέποντες νομίζουσιν ἀδικεῖν τινα ἑαυτὸν καὶ δικαιοῦν· ὅτι ποτὲ μὲν ὁ λόγος ἀκολουθεῖ τῷ ἀλόγῳ, ποτὲ δὲ ἀντίκειται, ὅταν τις ποιῇ παρὰ τὰς ἑαυτοῦ ὀρέξεις· καὶ ἔχουσιν ὥσπερ ἄρχον πρὸς ἀρχόμενον· καὶ δίκαιόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐν ἀρχομένῳ καὶ ἀρχοντι. Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

(Scripsi : a τῷ πλησίον; cod. τοῦ πλησίον. —)

sed non vituperatur, quia nemo propter improbitatem aut aliud quoddam vitium injuriam patitur. Quare per se quidem accipere injuriam minus malum est, quam inferre : per accidens vero nihil vel etiam pejus esse ; quia fit sæpenumero, ut lædi datur majoris causa sit quam lædere : ut si quis injuria iniectus aliqua, ejus a quo injuriam accepit lecto ignem inciat, atque illinc tota urbs incendatur. Nihilominus verum etiam sic majus malum est lædere : nihil enim propter accidens pejus se ipso est : quum ne laterum quidem dolor minus malum sit, quam pedis offensio, quia ad quando accidit, ut quidam posteaquam pedem offenderet caperetur ab hostibus atque interficeretur.

Proprie igitur jus et injuria, justitia item atque injustitia sunt ea quæ diximus. Dicitur vero ita et aliud non proprie, sed per translationem et propter juris similitudinem, quod habet aliquis in sua, ut dominus a servum et pater in filium. Quemadmodum et anima suorum partium respectu justa vel injusta appellatur : ita rationale ab eo quod rationem non habet, differt : rationale enim imperat ac disponit, quod ratione caret caret ac disponitur. Quod ipsum intuentes nonnulli existimant, posse aliquem vel juste vel injuste secum agere : quod modo ratio id quod irrationale est sequitur, modo ei refragatur, quum quis aliquid alienum ab appetitionibus suis facit : habentque se hæc partes. ut id quod imperat ad illud quod caret : idemque his inter se jus est, quod est inter id quod caret et id quod imperat. De justitia igitur cæterisque virtutibus moralibus hoc modo explicatum sit.

# ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

## ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

#### BIBAIION EKTON.

#### Κεφ. α'.

Ἔστι λοιπὸν περὶ τοῦ ὀρθοῦ διορίσασθαι λόγου τίς ἐστίν.

\* Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς προειρημένοις περὶ τῶν ἀρετῶν λόγοις ἐκεῖνο κεφάλαιον ἐποιούμεθα, ὅτι τὸ μέσον ἐστὶν ἐν παντὶ πάθει καὶ πάσῃ πράξει τὸ ἐπαινετὸν καὶ τὸ ἀριστόν, καὶ τοῦτο δεόν αἰρεῖσθαι, μὴ τὴν ὑπερβολὴν ἢ τὴν ἑλλειψίν· μέσον δὲ εἶναι ἐλέγομεν, ὅπερ ὁ ὀρθὸς λόγος κελεύει· ῥητέον ἂν εἴη, τίς ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ τίς ὁ ἄθος αὐτοῦ.

\*\* Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἔξεσι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πράξεων ἢ ἔξεων ἐστὶ τις σκοπὸς, πρὸς δὲ ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ταττόμενος, αὐξάνει μὲν τὰ ἐλάττω τοῦ δέοντος, συστέλλει δὲ τὰ ὑπὲρ τὸ δεόν, εἴτε πάθη εἶεν, εἴτε πράξεις, εἴτε ἄλλο τι· τῶν δυνατῶν καὶ ἐπιτείνεσθαι καὶ ἀνίστασθαι· καὶ ἐστὶ τις κανὼν καὶ ἄθος, δι' οὗ τὸ μέσον γινώσκειται, ὃ λέγομεν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον γίνεσθαι, καὶ μεταξὺ εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἑλλείψεως· ἀνάγκη τοίνυν τοὺς μελλόντας γινώσκειν περὶ τοῦ μέσου τὸν ὄρον αὐτοῦ γινώσκειν καὶ τὸν κανόνα· τοῦτο δὲ ὁ ὀρθὸς ἐστὶ λόγος.

\*\*\* Ἦ δὲ οὕτως ἀπλῶς εἰπεῖν, μέσον ἐστὶ τὸ κατὰ τὸν γινόμενον λόγον, ἀληθὲς μὲν, οὐδὲν δὲ σαφές· ἀδηλον γὰρ ἐπὶ τὸ μέσον τοῖς μὴ τὸν ὀρθὸν γινώσκουσι λόγον. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι καὶ σπουδαῖς, ἐν αἷς ἐστὶν ἐπιστήμη, ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε πλείω τοῦ δέοντος, οὔτε ἐλάττω δεῖ πονεῖν, ἀλλὰ τὰ μέσα, καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος· οὐ δυνατόν δὲ ἀπὸ τούτου μόνου τὸ δεόν μαθεῖν. Οὐδὲ γὰρ τὰ ἱατρικὰ καὶ ὑγιεινὰ γινώσκειται τίς, καὶ οἷα δεῖ προσάγειν τῷ νοσοῦντι, εἰ μόνον ἀκούσεται ὅτι ὑγιεινὰ ἐστὶ καὶ ἱατρικὰ, ἄπερ ἂν ἡ ἱατρικὴ καὶ ὁ ταύτην ἔχων ἱατρός κελεύοι ποιεῖν· καὶ γὰρ ἀληθὲς μὲν ὁ λόγος, ἀδηλον δὲ τὸ ζητούμενον οὐδὲν ἦτον.

\*\*\*\* Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τῶν μέσων τῆς ψυχῆς οὐκ ἀληθῆ λόγον μόνον εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ καὶ δηλωτικόν. Τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ περὶ τοῦ ὀρθοῦ διορίσασθαι λόγου, τίς τὴν ἐστὶ, καὶ τίς ὁ ἄθος αὐτοῦ· λέ-

# ANDRONICI RHODII

## ETHICORUM NICOMACHEORUM

### PARAPHRASIS

#### LIBER VI.

#### Cap. I.

Reliquum esse, ut quænam sit recta ratio, definiatur.

Quoniam in superioribus de virtute disputationibus hoc quasi fundamento posito statuimus, medium in omni tam affectu quam actione esse id quod laudatur et optimum judicatur, idque expeti oportere, non nimium aut parum : medium autem esse diximus, quod recta ratio imperat : declarandum fuerit, quæ sit recta ratio et quæ ejus definitio. Namque in omnibus de quibus egimus habitibus, ut in aliis quoque actionibus habitibusve propositum quiddam est, quod spectans is qui rationis est particeps ejusque imperio obtemperat, quæ minora sunt quam oportet intendit, quæ majora sunt contrahit, sive affectus ii, sive actiones sunt, sive aliud quid eorum quæ et intendi et remitti possunt : estque quasi regula aliqua et terminus, quo medium illud, quod rectæ rationi convenienter fieri, interque id quod nimium et illud quod parum est interjectum esse dicebamus, cognoscitur : quare necesse est eos qui hanc mediæ scientiam consequi volunt, terminum quoque ejus perspicuum habere et regulam : hæc vero recta est ratio. At quum ita simpliciter dicitur, medium esse illud quod rectæ rationi convenienter fit, est hoc quidem verum, sed non perspicuum : nam rectam rationem ignorantibus medium adhuc obscurum videtur. Quippe in cæteris quoque actionibus et studiis, in quibus aliqua scientia versatur, licet hoc quidem vere dicere, neque plus quam res postulet, neque minus laborandum, sed medium quiddam tenendum esse, et quod recta jubet ratio : nondum tamen, quid oporteat fieri, ex hoc solo disci potest. Neque enim remedia et quæ valetudini conducunt quisquam cognoscet, aut qualia ægro adhibenda sint intelliget, si remedia tantum esse et valetudini conducere audiverit, quæ tamen medicina et medicus artifex adhiberi jubet : quamvis enim verum sit quod dicitur, nihilominus tamen obscurum manet quod quæritur. Eodem modo de mediis quoque animi habitibus non vera tantum, sed etiam perspicua dicenda sunt ; hoc est ita de recta ratione disserendo, ut tum quæ sit, tum quo pacto definiri queat, tradatur :

\* Lib. VI. cap. 1. Ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν πρότερον κτλ. — \*\* Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις, κτλ. — \*\*\* Ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως, κτλ. — \*\*\*\* Διὸ δεῖ δὲ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς, κτλ.

γωμεν τοίνυν περί τοῦ ὀρθοῦ λόγου, ἀνωθεν ἀρξάμενοι.

(Scripti : \* ἄλλο τι ] vulgo ἄλλό τι. —)

Κεφ. β'.

Διαιρέσεις τοῦ λογικοῦ τῆς ψυχῆς· καὶ τίνα ἐν ἡμῖν τὰ κύρια τῆς πράξεως.

\* Ἐν τοῖς προειρημένοις διελοῦντες τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετάς, τὰς μὲν ἠθικὰς ἐλέγομεν εἶναι, ὅσαι τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς μέρους, τὰς δὲ διανοητικὰς, ὅσαι τῆς διανοίας εἰσὶ. Περί μὲν οὖν τῶν ἠθικῶν διεληλύθαμεν· περί δὲ τῶν λοιπῶν ἤδη λέγωμεν, ἐν αὐταῖς γὰρ τὸν ὀρθὸν εὐρήσομεν λόγον· ἐκεῖνο πρῶτον εἰπόντες περί τῆς ψυχῆς.

\*\* Πρώτερον μὲν οὖν δύο μέρη τῆς ψυχῆς εἶπομεν εἶναι, τὸ τε \* λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον.

\*\*\* Νῦν δὲ τὸ λόγον ἔχον διαιροῦντες, λέγομεν δύο εἶναι τὰ λόγον ἔχοντα ἐν μὲν, δι' οὗ τὰ ἀναγκαῖα γινώσκουμεν καὶ αἰεὶ ὡσαύτως ἔχοντα, καὶ β' μὴ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν· ἄλλο δέ, δι' οὗ τὰ ἐνδεχόμενα γινώσκουμεν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα.

\*\*\*\* Καὶ γὰρ· ἐπεὶ τὰ γνωστὰ διάφορα εἰσι καὶ τῶν εἶδει ἕτερα, καὶ τὰς γνώσεις ἕπεται διαφορὸς εἶναι τῶν εἰδει. Τὴν γὰρ γνώσιν ὁμοίαν εἶναι τῶν γινωσκομένων, καὶ ἀναγκαῖαν β' μὲν τὴν τοῦ ἀναγκαίου, ἐνδεχομένην δὲ τὴν τοῦ ἐνδεχομένου, πᾶσα ἀνάγκη· καὶ γὰρ ἐνδεχομένη γνώσις ἐστίν, ἥτις οὐκ αἰεὶ ἀληθεύει· ψεύδεται δὲ ἡ γνώσις, ὅταν τὸ γινωσκόμενον μὴ οὕτως ἔχη ὥσπερ γινώσκειται· τὸ δὲ μὴ οὕτως ἔχειν ὥσπερ εἶχε, τῶν ἐνδεχομένων ἐστὶ καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχόντων· τῶν ἐνδεχομένων ἅρα ἡ γνώσις ἐνδεχομένη ἐστὶ. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀναγκαῖα ἡ γνώσις· πᾶσα γὰρ γνώσις καθ' ὁμοιότητα καὶ καθ' οἰκειότητα γίνεται· καὶ γὰρ ἐφαρμογὴ τίς ἐστι καὶ ἐπαρῆ τοῦ γινωσκομένου καὶ τοῦ γινώσκοντος.

\*\*\*\*\* Ἐπεὶ τοίνυν διττὴ ἡ γνώσις, ἡ μὲν ἀναγκαῖα, ἡ δὲ ἐνδεχομένη, καλεῖσθαι ἡ μὲν ἀναγκαῖα ἐπιστημονικὴ, ἡ δὲ ἐνδεχομένη λογιστικὴ, ἢ βουλευτικὴ. Τὸ γὰρ βουλευέσθαι καὶ λογίζεσθαι, ταῦτόν· ἐστὶ γὰρ ἡ βούλευσις περί τὰ ἐνδεχόμενα· οὐδεὶς γὰρ βουλεύεται περί τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν· ἀνάγκη γὰρ ὁμοίως ἔχειν, καὶ οὐδ' ἢ ἡ βουλὴ κινήσει οὐδὲ μεταβαλεῖ. Ἐπεὶ τοίνυν περί τὰ ἐνδεχόμενα τὸ βουλευτικόν, περί δὲ τὰ ἐνδεχόμενα αὐτό φημεν εἶναι τὸ λογιστικόν, ταῦτόν ἂν εἴη τὸ λογιστικόν καὶ βουλευτικόν. Ἔστιν ἅρα τὸ βουλευτικόν, τὸ ἕτερον μέρος τοῦ λογιστικοῦ.

\*\*\*\*\* Ἐπεὶ δὲ περί τῶν διανοητικῶν ἀρετῶν ὁ λόγος ἡμῖν, τοῦτ' ἐστὶ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, τῶν λογιστικῶν· τὰ δὲ μέρη τοῦ λογικοῦ, τὸ ἐπιστημονικόν ἐστὶ καὶ βουλευτικόν· ἐν αὐτοῖς τοῖς μέρεσι τοῦ λογικοῦ ζητησίον ἡμῖν τὰς διανοητικὰς ἀρετάς· ληπτέον

igitur de recta ratione, re paulo altius repetita, dicere aggrediamur.

Cap. II.

Dividitur rationalis animi pars : et quæ in nobis sint actiones propriæ.

Divisis in superiori disputatione animi virtutibus, alias morales esse dicebamus, quæcunque ad patibilem animi partem pertinent, alias in cogitatione positas, quæ sunt mentis. Ac de moralibus quidem disseruimus : nunc vero de reliquis dicamus, in quibus veram illam de qua agitur rationem inveniemus, ubi primum illud de animo exposuerimus. Prius ergo duas esse animi partes dicimus, alteram rationis participem, expertem alteram.

Nunc vero eam quæ ratione prædita est dividimus, duplicemque illam esse affirmamus : alteram, quæ necessaria et quæ eodem semper modo se habent, nec aliter habere se possunt : alteram, quæ contingit, quæ alias aliter se habent cognoscimus.

Etenim quum ea quæ cognosci queunt sint diversa atque alia specie, sequitur etiam cognitiones specie diversas esse. Quippe cognitionem ei necesse est similem esse, quod cognoscitur, et necessarii quidem necessariam, contingentis vero contingentem esse : contingens enim cognitio est quæ non semper vera prædicat : iam autem mentiri dicitur, quum id, quod cognoscitur, non ita se habet, ut cognoscitur : porro aliter ac prius se habere eorum est quæ contingentia appellantur et aliter se habent : contingentium ergo contingens quoque est cognitio. Propterea igitur et rerum necessariarum necessaria est cognitio : nimirum omnis cognitio ei similitudine quadam atque affinitate comparatur : siquidem nihil aliud quam convenientia et quasi coherentia quædam cognoscentis et rei cognitæ est.

Quum ergo duplex sit cognitio, necessaria altera, altera contingens, necessaria quidem scientiæ propria, contingens vero ratiocinativa aut deliberativa vocetur. Nam deliberare et ratiocinari idem sunt : quippe in contingentibus versatur deliberatio : quia nemo de iis deliberat quæ aliter se habere non possunt : nimirum illa necesse est eodem semper modo se habere, siquidem deliberatio neque movebit quidquam in iis neque mutabit. Quum ergo in contingentibus deliberativa animi pars occupetur, in iisdem autem contingentibus ratiocinativam occupari dicamus, eadem res et ratiocinativa erit et deliberativa. Itaque deliberativa altera ratiocinativæ pars erit.

enim bonis quum ex consuetudine illa contingant principia, firma quoque esse constat : nempe habitus sunt : nihilo autem ad agenda ea quæ honesta et justa sunt aptiores eorum cognitione efficiuntur : quemadmodum nec convalescimus aut firmum corpus nascimur, propterea quod res nobis salubres et ad corporis firmitatem pertinentes probe novimus, sed quia habitum firmæ valetudinis et salubris corporis habemus : neque enim pugil pugilatui aptior fit, si sciat quid sit bene recteque certare pugnis : nimirum non quatenus hoc scit, sed quatenus habitum pugilationis habet, pugnis certat : eademque et luctatoris et cursoris est ratio : nam et gymnicus non ob rerum ad corporis firmitatem et ad gymnasia pertinentium cognitionem, sed propter habitum gymnicus est : dico autem res ad corporis firmitatem et gymnasticam artem pertinentes aut nobis salubres non boni habitus aut sanitatis effectrices, sed illa omnia quæ homo sanus aut firmo corpore præditus facit, quia habitum sanitatis aut firmi corporis habet : sicut ergo in iis quos diximus habitibus, qui eos consecuti sunt haudquaquam meliores ipsa scientia efficiuntur, ita nec vir bonus ad virtutem melior efficietur prudentia : quodsi viris bonis nihil ad virtutem prudentia prodest, restat ut qui viri boni non sunt, eos meliores prudentia efficiat : atqui ne hos quidem admodum necesse est prudentes esse, ut viri boni efficiantur : possunt quippe ab aliis discere ea quæ de virtute traduntur, iisque obtemperare, atque ita viri boni fieri : non secus ac si bene valere cupientes, non ipsi medicinam addiscimus, sed medicos consulimus, neque quidquam obstat, quia convalescamus : hæc igitur sunt, quæ de prudentia et sapientia disseri queant allata dubitatione, quid hominibus prosint et quam utilitatem afferant.

Sed et illud de utriusque ad alteram relatione queri oportet, utra sit præstantior. Videtur enim sapientia prudentiæ præstare, quatenus necessarium est cognitio : rursus prudentia videtur sapientiæ præstare, quatenus actionis est principium, ideoque plus posse quam sapientia, quæ in sola rerum contemplatione posita est : activus quippe habitus in singularibus dominatur et regnat.

Hæc igitur de sapientia et prudentia allata dubitatione disputata sunt : ad quæ respondendum est, et primum quidem de primo : primum ergo, etiamsi ad nihil aliud hæc virtutes conferrent, tamen per se necessario expetendæ forent : quia virtutes sunt, estque utraque utriusque quæ menti tribuitur partis cogitatione valetis, ut diximus : omnis autem virtus expetenda est.

Deinde etiam ad vitam beatam conferunt, non ut medicina ad sanitatem : sed ut sanitas ad sanitatem se habet, ita sapientia et prudentia ad beatitudinem conducit : nam beatitudo universalis perfecta virtus est, sapientia autem et prudentia virtutis totius partes sunt : quamobrem pars etiam felicitatis humanæ sapientia et prudentia est, et qui iis cum reliquarum virtutum comitatu præditus est, is perpetua felicitate uti perhibetur.

\* Πρὸς δὲ τούτοις ἄποπον κτλ. — \*\* Περὶ δὲ τούτων λεκτέον κτλ. — \*\*\* Ἐπειτα καὶ ποιοῦσι κτλ.

\* Ἐτι δὲ καὶ πρὸς πᾶσαν πράξιν σπουδαίαν ἢ φρόνησις χρήσιμός ἐστι, καὶ δι' αὐτῆς πᾶν τοιοῦτον ἔργον ἀποτελεῖται· ἢ μὲν γὰρ ἠθικὴ ἀρετὴ τὴν θέλησιν εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀπευθύνει τέλος, καὶ ὀρθὸν ποιεῖ τὸν σκοπὸν· ἢ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τὸ τέλος φέροντα τὸ ἀγαθὸν ζητεῖ· καὶ βουλευέται δι' ὧν ἀλλίστα, καὶ βῆστα, καὶ ὡς δεῖ, τοῦ τέλους ἐνὶ τυχεῖν. Τοῦ δὲ τετάρτου μορίου τῆς ψυχῆς, ὃ ἐστὶ τὸ θρηπτικόν, οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ λόγος, ἥτις ἀρχὴν ἔχει τὸ ὀρεκτικόν, λέγω δὴ τὴν ἠθικὴν· οὐ γὰρ ἐστὶ τὸ θρηπτικόν κύριον πράξεως οὐδεμιᾶς· ὃ δὲ οὐκ ἔστιν ἀρχὴ πράξεως, οὐ δύναται ἀρετὴν ἔχειν τοιαύτην. Δύναται δὲ λέγεσθαι ἀρετὴ τοῦ θρηπτικοῦ τὸ εὐτραφέες, καὶ ὅσα ἄλλα ἐπονται, ὅταν καλῶς ἔχη τὸ θρηπτικόν, ὅσον κάλλος ἢ μέγεθος, ὅπερ ἀρετὴ οὐκ αἰσὶ κυρίως· οὐ γὰρ ἀπὸ προαιρέσεως γίνεται, οὐδὲ ὁ ἀρετὴ ἐστὶν· ἀλλὰ κατὰ μεταφορὰν λέγεται. Καὶ ταῦτα μὲν μεταξὺ εἰρηται· ῥητέον δὲ ἔτι πρὸς τὸ προκειμένον· ὅτι μὲν οὖν εἰ καὶ πρὸς μηδὲν ἄλλο συντελεῖν ἠδύνατο ἢ σοφία καὶ ἢ φρόνησις, διὰ γὰρ ἑαυτὰς ὁδε πολλοῦ τινος ἀξίας εἶναι δοκεῖν, δέδεικται.

\*\* Δείξομεν δὲ ἔτι σαφέστερον, ὅτι ἢ φρόνησις συντελεῖ πρὸς τὸ σπουδαιότερους γενέσθαι, καὶ πρακτικωτέρους τῶν καλῶν καὶ δικαίων· μικρὸν δὲ ἀνωθεν ἀναληπτέον τὸν λόγον, ἀρξαμένου ἐκείθεν. Ὡς περὶ γὰρ λέγομεν δυνατὸν εἶναι πράττοντάς τινας τὰ δίκαια οὕτω δικαίους εἶναι, καὶ τὰ σώφρονα καὶ μὴ σώφρονας εἶναι, οἷοί εἰσιν οἱ τὰ προσταττόμενα ὑπὸ τοῦ νόμου ποιοῦντες διὰ φόβον καὶ ἀκουσίως, ἢ οἱ δι' ἀγνοίαν δικαίον τι πεποιηκότες· ὥσπερ εἰ τις λάθοι τὸν ἀδικοῦντα κολάσας ἀντὶ τοῦ ἠδικημένου· ἢ δι' ἄλλο τι, ἢ χρέηματα, ἢ ἠδονὴν τὸ δίκαιον ποιοῦντες, καὶ μὴ δι' ἑαυτὸ· ὥσπερ τοῖνον τοὺς τοιοῦτους οὐ λέγομεν δικαίους, καίτοι πράττοντας τὰ δίκαια, οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ πάσης ἀρετῆς ἔχει· καὶ ὁ ποιῶν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ δι' ἑαυτὴν, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, καὶ αὐτὸς προαιρούμενος καὶ οὐκ ἀκουσίως, οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σπουδαῖος· ὃ γὰρ βιαζόμενος ὑφ' ἑτέρου πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν τοῦ ἀγαθοῦ μὲν ἕνεκα ποιεῖ ὅπερ ποιεῖ, εἴπερ δὲ καταναγκάζων αὐτὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα καταναγκάζει· σπουδαῖος δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀγαθός, ὅτι μὴ προαιρούμενος καὶ ἐκούσιως πράττει τὸ ἀγαθόν· ἢ μὲν οὖν ἔξισ τῆς ἀρετῆς ρυθμιζουσα τὸ ὀρεκτικόν τῆς ψυχῆς, τὸ θυμικόν καὶ ἐπιθυμητικόν, ὀρθὴν ποιεῖ τὴν προαίρεσιν· ἐπιθυμεῖ γὰρ καὶ προαιρεῖται τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς ἕξεως· οὐ δεῖ δὲ μέχρι τούτου τὸν σπουδαῖον ἰσασθαι τοῦ ἔξιν ἔχειν ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ πράττειν ἐξ ὧν ἔσται βεβαία ἢ ἔξισ ἐν τῇ ψυχῇ, τὰς πράξεις τὰς σπουδαίας δηλονότι. Τὸ τοίνυν τὰς τοιαύτας πράξεις εἰδέναι οὐ δυνατὸν λαθεῖν ἀπὸ τῆς ἕξεως τῆς ἀρετῆς· αὕτη γὰρ μόνη ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ τὴν

Præterea ad omnem actionem honestam conducit prudentia, et per eam quodlibet tale opus perficitur: virtus quippe moralis voluntatem ad bonum finem dirigit, et quod expetimus rectum efficit: prudentia vero ea quæ ad rectum finem ducunt quærit: quin etiam deliberat, quibus rationibus optime facillimeque, et ut oportet, propositum assequi possit. Quartæ vero animi partis, quæ alendi vim habet, nulla est ejusmodi virtus, de qua hic agitur, cujus principium sit appetendi facultas, intelligo videlicet moralem: neque enim pars illa altrix actionis alicujus potestatem proprie habet: id vero quod actionis non est principium, tali præditum virtute esse nequit. Virtus autem dici potest tum partis altricis bonum alimentum, tum quæcunque alia sequuntur, quum bene se habet pars altrix, verbi causa, corporis pulchritudo aut magnitudo, quæ proprie non est virtus: non enim consulto fit, neque expetenda est, sed per translationem ita vocatur. Et hæc quidem reliquis interposui: sed et aliud præterea ad rem quæ tractatur adjici oportet; nimirum etiamsi ad nihil aliud sapientia et prudentia prodesse posset, per se tamen eas magni æstimandas videri, jam ostendimus.

Jam vero manifestius etiam ostendemus, prudentiam efficere, ut meliores fiant homines aptioresque ad actiones honestas et justas suscipiendas: quod ut faciamus, paullo altius nobis repetendum erit sermo, atque inde ducendum exordium. Quemadmodum enim dicimus fieri posse, ut nonnulli qui res justas agunt nondum sint justis et qui temperate agunt, nondum sint temperantes, quales sunt illi qui quæ legibus constituta et præscripta sunt metu commoti faciunt et invitati, aut qui per ignorantiam rem justam faciunt: ut quis inescius eum qui injuriam intulit, punit pro eo qui accepit: aut qui propter aliud aliquid, sive pecuniam sive voluptatem, non autem per se id quod justum est faciunt: sicut ergo hos non appellamus justos, licet ea quæ justa sunt agant, ita in omni virtute, ut videtur, se res habet: et qui quod bonum est agit virtutemque exercet, idque et per se et boni ipsius causa, simul etiam sua voluntate, non invite, is est vir honestus: qui enim cogitur ab alio, ut faciat bonum, boni quidem causa facit quod facit, siquidem qui cogit eum, boni causa eum cogit: at neque honestus est neque bonus, nisi consulto et sponte facit bonum: quapropter habitus virtutis dum format animi partem appetendi facultate præditam, id est, iracundiam et libidinem, rectum consilium efficit: cupit quippe et consecratur bonum boni habitus beneficio: nec tamen in solo virtutis habitu acquiescere debet vir honestus, sed illa etiam suscipere, quibus confirmari stabiliri que in animo iste queat habitus, actiones videlicet honestas. Talium ergo actionum scientiam virtutis habitu consequi non possumus: siquidem hæc solum animo boni appetitum ingé-

\* Ἐτι τὸ ἔργον ἀποτελεῖται κτλ. — \*\* Περὶ δὲ τοῦ μηδὲν εἶναι πρακτικωτέρους κτλ.



δρεξιν τοῦ ἀγαθοῦ· τὸ δὲ εἰδέναι ἃ δεῖ πράττειν τὸν σπουδαῖον, ἄλλης ἐστὶ δυνάμεως.

\* Λεκτέον δὴ περὶ ταύτης τῆς δυνάμεως σαφέστερον. Ἔστι δὴ τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα· αὕτη δὲ ἐστὶ τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν, καὶ τυγχάνειν αὐτῶν· ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾗ καλός, ἐπαινετὴ ἐστίν, ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία· διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δεινοὺς καὶ πανούργους φαμέν εἶναι· ἐστὶ δὲ ἡ φρόνησις οὐχ αὕτη ἡ δύναμις, ἡ δεινότης, ἀλλ' οὐχ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης· ταύτης γὰρ τῆς δυνάμεως ἀρετὴ ἐστὶν ἡ φρόνησις. Οὐτε τοίνυν ἄνευ φρονήσεως τελειωθείη ἂν ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ, τὴν τε φρόνησιν ἀδύνατον ἐπιγενέσθαι τῷ πρακτικῷ νόῳ ἄνευ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς· οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν, οὓς δηλονότι συλλογισζόμενοι πράττομεν, ἀρχὰς ἔχουσι τὰ τέλη τῶν πράξεων· ἀπὸ γὰρ τῶν τελῶν συλλογισζόμεθα, εἰ ἀγαθαὶ εἰσὶν αἱ πράξεις ἢ πονηραὶ· τὰς δὲ τοιαύτας ἀρχὰς, τὰ τέλη δηλονότι, οὐ γινώσκομεν ἄνευ τῆς ἔξεως τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς· πονηρὸν γὰρ τίθεμεθα τέλος ὑπὸ πονηρᾶς ἔξεως, καὶ πρὸς τοῦτο τὰς πράξεις τάττομεν, ὥσπερ εἰς ἀγαθόν· καὶ συμβαίνει τὴν γνῶσιν τῶν τοιούτων πρακτῶν μὴ εἶναι φρόνησιν, ἡ γὰρ φρόνησις περὶ τὰ ἀγαθὰ τοῦ ἀνθρώπου· ὥστε ἀνάγκη τὸν φρόνιμον τὸ ἀγαθὸν τίθεσθαι τέλος· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δυνατὸν τὴν φρόνησιν συστῆναι ἄνευ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς· καὶ ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν· οὕτω μὲν οὖν φαίνεται τὴν φρόνησιν μὴ εἶναι ἄνευ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς.

\*\* Φανερόν δὲ μηδὲ τὴν ἀρετὴν εἶναι ἄνευ φρονήσεως· καὶ γὰρ ὡς ἔχει ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὗ ταῦτόν μὲν, ὅμοιον δέ· καὶ γὰρ ἡ μὲν δεινότης φυσικὴ ἐστὶν ἐπιτηδεύουσα τῆς ψυχῆς, ἡ δὲ φρόνησις ἀρετὴ ἐστὶ τῆς τοιαύτης ἐπιτηδεύουσας· οὕτω καὶ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ πρὸς τὴν φυσικὴν ἀρετὴν ἔχει.

\*\*\* Πᾶσι γὰρ δοκεῖ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν ἑκάστη φυσικὴ εἶναι· καὶ γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρείοι, καὶ τὰλλα ἔχομεν εὐθύς ἐκ γενετῆς.

\*\*\*\* Ἄλλ' ὅμως ζητοῦμεν ἕτερόν τι νομίζοντες οὐ ταύτας εἶναι τὰς κυρίως ἀρετάς.

\*\*\*\*\* Αὗται γὰρ καὶ παισὶ καὶ θηρίοις ὑπάρχουσαι, βλαβεραὶ γίνονται ἐνίοτε, διὰ τὸ ἄνευ νοῦ προσεῖναι· καὶ καθάπερ σώματι ἰσχυρῷ κινουμένῳ συμβαίνει σφάλεσθαι ἰσχυρῶς, ὅταν ἄνευ ὄψεως κινήται, οὕτω καὶ τὰς τοιαύτας ἔξεις ἄνευ νοῦ πονηρὰς εἶναι συμβαίνει, μετὰ δὲ νοῦ ἀγαθὰς· αἱ καὶ ἀρεταὶ κυρίως καλοῦνται. Καὶ αἱ αὗται ἔξεις νοῦ μὲν ἄνευ οὐκ εἰσὶν ἀρεταὶ κυρίως, μετὰ δὲ νοῦ κυρίως ἀρεταὶ γίνονται· ὥστε καθάπερ ἐπὶ τοῦ δοξαστικῆς δύο εἰσὶν εἶδη, δεινότης καὶ φρόνησις, οὕτως ἐπὶ τοῦ ἠθικῆς δύο ἐστὶ, τὸ μὲν ἀρετὴ φυσικὴ, τὸ δὲ ἡ κυρίως.

nerat : illa autem scientia rerum viro honesto agendarum alterius facultatis est.

De qua quidem facultate jam planius dicendum nobis erit. Est igitur facultas quædam quam sollertiam vocant : hæc autem ejusmodi est, ut ea quæ ad finem propositum spectant agere et consequi queat : quodsi finis honestus est, illa quoque laudabilis, sin malus ac turpis, versutia nominatur : ideoque prudentes tum sollertes esse tum versutos affirmamus : est autem prudentia non ipsa facultas illa, quam sollertiam diximus, sed non sine hac facultate est : hujus quippe facultatis virtus prudentia est. Quare nec sine prudentia virtus moralis perficiatur, neque prudentia ad mentem agendi vi præditam sine reliqua virtute morali accedere possit : ratiocinationes quippe eorum quæ sub actionem cadunt, quas nimirum ratiocinando agimus, principia habent actionum fines : e finibus enim ratiocinamur, utrum bona sint facinora an mala : principia vero ejusmodi, hoc est, ipsos fines sine moralis virtutis habitu non cognoscimus : quippe propter malum habitum malum quoque finem nobis proponimus, atque ad istum tanquam ad bonum actiones nostras referimus : quo fit, ut ejusmodi rerum sub actionem cadentium cognitio non sit prudentia, nempe in hominis bonis versatur prudentia : itaque necesse est bonum sibi finem proponat vir prudens : ideoque prudentia sine reliqua morali virtute constare nequit : neque quisquam prudens esse potest, qui non sit bonus : atque ita quidem apparet, sine reliqua morali virtute non posse esse prudentiam.

Sed et illud manifestum est, ne virtutem quidem prudentia carere : etenim quemadmodum prudentia ad sollertiam se habet, ita ut non eadem res sit cum ea, sed similis potius : quippe sollertia naturalis animi dexteritas habetur, ejusmodi autem dexteritatis virtus est prudentia : sic et virtus moralis ad naturalem se habet.

Omnibus enim singulæ virtutes morales videntur quodammodo naturales esse : namque ad justitiam, temperantiam, fortitudinem cæterasque virtutes apti sumus, quum primum nascimur.

Sed tamen aliud quiddam requirimus, rati non has esse illas, quæ proprie dicantur virtutes.

Hi enim habitus qui in pueris et bestiis animadvertuntur, nonnunquam detrimentum afferunt, quia sine intellectu illis insunt : et ut valido corpori accidit, quoties movetur, ut pedes vehementer offendant, quum sine videndi sensu movetur, ita etiam tales habitus sine intellectu malos esse constat, cum intellectu vero bonos : unde et proprie virtutes vocantur. Itaque iidem habitus sine intellectu proprie virtutes non sunt, cum intellectu autem proprie virtutes fiunt : quamobrem sicut in ea animi parte, quæ ad opinandum valet, duæ sunt species, sollertia ac prudentia, ita in morali duæ sunt, altera virtus naturalis, altera quæ proprie dicitur virtus.

\* Λεκτέον δ' ἐπιστήσας σαφέστερον κτλ. — \*\* Cap. 13. Σκεπτέον δὴ πάλιν κτλ. — \*\*\* Πᾶσι γὰρ δοκεῖ κτλ. — \*\*\*\* Ἄλλ' ὅμως κτλ. — \*\*\*\*\* Καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις κτλ.

\* Καὶ τούτων ἡ κυρίως ἢ οὐ γίνεται ἄνευ φρονή-  
σεως

\*\* Διόπερ φασὶ πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι.

\*\*\* Καὶ Σωκράτης τούτῳ τῷ λόγῳ στοιχῶν, πῆ μὲν ὀρθῶς εἶχε ἢ πῆ δὲ ἡμάρτανεν· ἵ ἐτι μὲν γὰρ φρονή-  
σεις ᾗτο εἶναι τὰς ἀρετὰς ἀπάσας, ἡμάρτανεν· ἐτι δὲ οὐκ ἄνευ φρονήσεως, καλῶς ἔλεγε.

\*\*\*\* Σημεῖον δὲ· καὶ γὰρ νῦν πάντες, ὅταν ὀρίζονται τὴν ἀρετὴν, εἰπόντες αὐτὴν ἔξιν, καὶ περὶ τίνα κα-  
ταγίνεται, προστιθέασι καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ὀρ-  
θὸς δὲ λόγος ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν· φαίνεται ἄρα μὴ δύνασθαι εἶναι ἀρετὴν ἄνευ φρονήσεως.

\*\*\*\*\* Ἐτι δὲ, οὐ μόνον κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἔξιν ἢ ἀρετὴ λέγεται, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου· ὁ δὲ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθὸς λόγος, ἢ φρόνησις ἐστίν.

\*\*\*\*\* Ὅ μὲν γὰρ Σωκράτης λόγους τὰς ἀρετὰς ᾗτο εἶναι, πάσας γὰρ ἐπιστήμας ἔλεγεν εἶναι· ἡμεῖς δὲ ἔξεις μετὰ λόγου· τὸ γὰρ κατὰ λόγον διαφέρει τοῦ μετὰ λόγου· κατὰ λόγον γὰρ τις ποιεῖ τι, καὶ ἐτέρου κινουόντος, καὶ τὸ τέλος σκοποῦντος, ὡσπερ ἡ φύσις κατὰ λόγον ποιεῖ· μετὰ λόγου δὲ, ὅταν αὐτὸς εἰδῶς πράττει, καὶ τὸ τέλος σκοπῶν κατὰ λόγον ποιῇ· διὰ τοῦτο δεῖ προσκεῖσθαι τῷ κατὰ λόγον τὸ μετὰ λόγου· λόγος δὲ ἐστίν ἢ φρόνησις καθὼς εἴρηται.

\*\*\*\*\* Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ἐτι οὐχ ὀφόν τε ἀγαθὴν εἶναι κυρίως τὴν ἔξιν ἄνευ φρονήσεως, οὐδὲ φρόνησιν ἄνευ ἀρετῆς.

\*\*\*\*\* Ἐντεῦθεν δὲ λύοιτ' ἂν καὶ εἴ τις ἐκ τοῦ ἐναν-  
τίου λόγος εἰσάγοιτο· δοκεῖ γὰρ δυνατὸν εἶναι χωρίζε-  
σθαι τὴν φρόνησιν τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς οὕτως εὐφρῶς ἔχει πρὸς ἀπάσας, ὥστε πάσας τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς καὶ τὴν φρόνησιν ἁμοῦ λαβεῖν δυναθῆ-  
ναι· ὥστε τὴν μὲν λήψεται, τὴν δὲ οὐπω εἰληφῶς ἔσται· δοκεῖ ἄρα χωρίζεσθαι τὰς ἀρετὰς.

\*\*\*\*\* Τοῦτο τοίνυν κατὰ μὲν τὰς φυσικὰς ἀρε-  
τὰς ἐνδέχεται, κατὰ δὲ τὰς ἠθικὰς, καθ' ἃς ἀπλῶς ἀγαθὸς ὁ ἄνθρωπος λέγεται, οὐκ ἐνδέχεται.

\*\*\*\*\* Ἄμα γὰρ τῇ φρονήσει μιᾶ οὕση πᾶσαι ὑπάρξουσιν.

\*\*\*\*\* Ἡ τοίνυν φρόνησις ἐστὶ μὲν καὶ πρα-  
κτικὴ, καὶ χρησιμὸς ἐστὶ πρὸς τὰς πράξεις ἀπάσας τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Ἔστι δὲ καὶ καθ' ἑαυτὴν ζητητέα, διὰ τὸ ἀρετὴ εἶναι τοῦ βελτίστου μορίου τῆς ψυχῆς, τοῦ λογικοῦ δηλονότι, καὶ τούτου μόνου χάριν χρεῖα ἂν ἦν αὐτῆς. Οὐ γὰρ ἂν τις ἀπλῶς γένοιτο ἀγαθὸς κατὰ τὸ βέλτιστον ἑαυτοῦ μέρος φαύλως ἔχων· νῦν δὲ οὐκ ἐνὶ οὐδεμίαν ἀρετὴν ἄνευ τῆς φρονήσεως συστήναι· οὐ γὰρ ἐστὶν ὀρθὴν εἶναι τὴν προαίρεσιν ἄνευ φρονήσεως, ὡσπερ οὐδὲ ἄνευ ἀρετῆς, καθὼς εἴρηται· ἢ μὲν γὰρ ἀρετὴ πρὸς τὸ τέλος κινεῖ τὸ ἀγαθόν, καὶ τούτου ἐφί-  
-

Earum autem hæc, quæ proprie dicitur virtus, sine prudentia constare non potest.

Quapropter omnes virtutes prudentias esse ajunt.

Et qui hanc rationem secutus est Socrates, partim recte sentiebat, partim errabat : nam quod virtutes omnes prudentias esse putabat, in hoc errabat : quod autem eas prudentia non vacare arbitrabatur, recte dicebat.

Id vero hoc argumento confirmatur, quod nunc omnes, quum virtutem definiunt, postquam eam habitum esse dixerunt, et in quibus versetur docuerunt, addunt etiam rectæ rationi consentaneum : recta autem ratio est ea quæ prudentiæ congruit : apparet igitur, non posse virtutem prudentia carere.

Insuper non solum habitus rectæ rationi consentaneus, sed etiam cum recta ratione conjunctus dicitur virtus : recta vero talibus in rebus ratio prudentia est.

Socrates enim rationes virtutes esse existimabat, quia omnes disciplinas esse præ se ferebat : nos autem habitus cum ratione conjunctos : nempe quod rationi congruit, discrepat ab eo quod cum ratione conjunctum est : etenim rationi convenienter facere quispiam aliquid dicitur, etiam alio impellente finemque considerante, ut natura rationi convenienter facit : cum ratione autem, quando facti auctor sciens agit, finemque considerans rationi convenienter facit : quapropter id quod cum ratione conjunctum est adjungi oportet ei quod rationi congruit : ratio autem, sicut diximus, prudentia est.

Ex his ergo quæ dicta sunt apparet, neque bonum habitum proprie sine prudentia, neque prudentiam sine virtute esse posse.

Hinc etiam diluetur, si quod e contrario allatum fuerit argumentum : etenim a morali virtute videtur distingui posse prudentia : non enim idem ad omnes virtutes ita aptus natura est, ut cum cunctas simul morales virtutes, tum etiam prudentiam consequi possit : quamobrem etiam consequetur, aliam vero nondum adeptus erit : videntur ergo separari posse virtutes. Hoc igitur in naturalibus quidem virtutibus evenire potest, in moralibus vero, ex quibus simpliciter homo bonus nominatur, evenire nequit.

Simul enim cum prudentia licet una tantum sit, cæteræ omnes aderunt.

Prudentia igitur tum ad agendum apta, tum ad omnes reliquarum virtutum actiones utilis est. Quin etiam per se expetenda est, quia præstantissimæ animi partis virtus habetur, rationalis videlicet, atque hanc vel solam ob causam ea opus esset. Nemo enim simpliciter bonus erit, qui ex præstantissima sui parte labore : nunc vero ne una quidem virtus sine prudentia constare potest : neque enim sine prudentia rectum poterit esse consilium, sicut nec sine virtute, ut dictum est : quippe virtus ad bonum finem impellit, et ad hunc petendum

\* Καὶ τούτων κτλ. — \*\* Διόπερ φασὶ κτλ. — \*\*\* Καὶ Σωκράτης κτλ. — \*\*\*\* Σημεῖον δὲ κτλ. — \*\*\*\*\* Δεῖ δὲ μικρὸν κτλ. — \*\*\*\*\* Σωκράτης μὲν κτλ. — \*\*\*\*\* Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν κτλ. — \*\*\*\*\* Ἄλλὰ καὶ ὁ λόγος ταύτη κτλ. — \*\*\*\*\* Τοῦτο γὰρ κατὰ μὲν κτλ. — \*\*\*\*\* Ἄμα γὰρ κτλ. — \*\*\*\*\* Δῆλον δὲ, ἂν εἰ μὴ κτλ.

σθαι παρασκευάζει· ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν.

\* Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία γέ ἐστι τῆς σοφίας, ὅτι διὰ τὴν φρόνησιν ἡ σοφία. Ἐὖ γὰρ φρόνιμοι εἶναι ζητοῦμεν τὴν σοφίαν, καὶ ἡ φρόνησις τὸ τέλος ζητεῖ τῆς σοφίας, καὶ τὰ πρὸς τὴν σοφίαν φέροντα ζητεῖ· καὶ οὕτω γὰρ ἔχουσα οὐκ ἐστὶ τῆς σοφίας βελτίων· ἐστὶ γὰρ ἡ σοφία ἀρετὴ τοῦ βελτίονος μορίου τῆς ψυχῆς· ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἀρετὴ ἐστὶ τοῦ πρακτικοῦ νοῦ, ἡ δὲ σοφία τοῦ θεωρητικοῦ. Εἰ δὲ καὶ περὶ τῆς σοφίας ἡ φρόνησις σκοπεῖ, ἀλλ' οὐ χρῆται αὐτῇ πρὸς τὸ ἑαυτῆς τέλος, ὥσπερ αἱ ἀρχιτεκτονικαὶ ἔχουσι πρὸς τὰς ὑπ' αὐτὰς τέχνας, ἀλλὰ ζητεῖ ὅπως γένηται· καὶ οὐ διὰ τοῦτο κυρία αὐτῆς ἐστίν, ὥσπερ οὐδ' ἡ ἱατρικὴ κυρία ἐστὶ τῆς υγιείας· οὐ γὰρ αὐτῇ ἐπιτάττει, ἀλλὰ αὐτῆς ἕνεκα· καὶ διὰ τοῦτο μάλλον βελτίων ἡ σοφία τῆς φρονήσεως, καθάπερ καὶ ἡ υγιεία τῆς ἱατρικῆς, ὅτι αὐτῆς ἕνεκα πράττει. Εἰ δὲ ἐπιτάττει ἡ φρόνησις, ἀλλ' οὐ τῷ σοφῷ, ἀλλὰ τῷ μήπω εἰς ταύτην ἐλθόντι τὴν ἀρετὴν· τῷ δὲ ἐλθόντι οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ ἡ πολιτικὴ, διότι ἐπιτάττει περὶ πάντων ἐν τῇ πόλει, ἤδη καὶ τῶν θεῶν ἄρχει.

(Scripsi : \* ἐστίν ] vulgo ἐστιν. <sup>b</sup> καθ' ὅσον ] cod. καθόσον. — <sup>c</sup> καθ' ὅσον ] cod. καθόσον. — <sup>d</sup> αἰρετόν τί ἐστιν ] vulgo αἰρετόν τι ἐστίν. — <sup>e</sup> οὐδὲ ] cod. οὐ δὲ. — <sup>f</sup> διὰ γε ] cod. διάγε. — <sup>g</sup> ἡ κυρίως ] cod. ὁ κυρίως. — <sup>h</sup> πῆ μὲν ὀρθῶς εἶχε ] cod. πῆ μὲν ὀρθῶς εἶχε. — <sup>i</sup> πῆ δὲ ἡμάρτανεν ] cod. πῆ δὲ ἡμάρτανεν. — <sup>k</sup> ἀγαθὴν ] cod. ἀγαθόν. — <sup>l</sup> γὰρ ἂν τις ] cod. γὰρ τις. —)

nos instituit : prudentia vero efficit, ut ea quæ ad finem spectant faciamus.

At vero neque præest sapientiæ, quia propter prudentiam est sapientia. Quatenus enim prudentes sumus, sapientiam quærimus, et prudentia tum sapientiæ finem, tum ea quæ ad sapientiam ducunt, quærit : neque propterea tamen sapientia est præstantior : siquidem sapientia præstantioris animi partis virtus habetur : activi enim intellectus virtus est prudentia, contemplativi autem sapientia. Quamvis vero etiam de sapientia interdum prudentia cogitet, non tamen ad finem suum ea utitur, quemadmodum architectonicæ rationes ad artes quæ eis subsunt se habent, sed quomodo comparari possit tantum inquiri : nec propterea præest illi, sicut nec sanitati præest medicina : nec enim illi imperat, sed ejus causa præcipit atque imperat ; ideoque sapientia prudentiæ præstat, ut sanitas arti medicinæ, quia illius causa agit. Quodsi imperat prudentia, non sapienti illa quidem, sed homini hanc virtutem nondum adepto imperat : adepti autem non item : sicut nec civilis scientia, quod omnia præcipiat quæ in civitate fiunt, etiam diis imperat.

\* Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία κτλ.

# ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

## ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

#### ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

#### Κεφ. α'.

#### Περὶ ἐγκρατείας.

\* Μετὰ τὰ εἰρημένα περὶ τῶν ἡθικῶν ἀρετῶν καὶ διανοητικῶν ῥητέον περὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετῆς, ἥτις ἡρωϊκὴ τίς ἐστι καὶ θεία· οὔτε γὰρ ἡ ἐγκρατεία ὁμογενὴς ἐστὶ ταῖς εἰρημέναις ἀρεταῖς, οὔτε ἡ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀρετὴ διὰ τοῦτο μετὰ τὰ περὶ τῶν ἀρετῶν εἰρημένα περὶ τούτων ἰδίως λέγωμεν, ἀλλῆλην ποιησάμενοι ἀρχήν. Ὅτι δὲ οὐδετέρα αὐτῶν ὁμοταγῆς ἐστὶ ταῖς προειρημέναις, δῆλον ἐστὶ ἀπὸ τῶν περὶ αὐτῶν ῥηθησομένων· τῶν δὲ ψόγου ἀξίων καὶ φευκτῶν τρία ἐστὶν εἶδη, κακία, ἀκρασία, θηριότης.

\*\* Τὰ δὲ ἐναντία τούτοις τῇ μὲν κακίᾳ ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθική, περὶ ἧς διελέχθηται· τῇ δὲ ἀκρασίᾳ ἡ ἐγκρατεία· τῇ δὲ θηριότητι ἡ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀρετὴ, ἡ ἡρωϊκὴ καλεῖται, καθ' ἣν ἀνθρώποι γίνεσθαι λέγονται θεῖοι τινες ἐξ ἀνθρώπων.

\*\*\* Ὡσπερ καὶ Ὀμηρὸς εἰσάγει τὸν Πρίαμον περὶ τοῦ παιδὸς Ἐκτοροῦ λέγοντα,

— — — οὐ γὰρ εἴπωαι  
Ἄνδρὸς γε θνητοῦ πάϊς ἐμμεναι, ἀλλὰ θεοῦ,

δι' ἀρετῆς ὑπερβολήν.

\*\*\*\* Αὕτη ἡ ἔξις ἐστὶν ἡ ἀντικειμένη τῇ θηριωδίᾳ. Ὡσπερ γὰρ ἡ θηριωδία οὐκ ἐστὶ κακία, οἷα ἐστὶν ἡ ἀντικειμένη ταῖς ἀρεταῖς· οὐ γὰρ ἐστὶν ἀνθρωπίνῃ κακία, ὅπως δὲ οὐδὲ κακία, οὐ γὰρ ἐστὶ θηρίου κακία ἢ ἀρετὴ, διὰ τὸ μὴ μετὰ λόγου ποιεῖν ἢ παρὰ τὸν λόγον· οὕτως οὐδὲ ἡ θεία ἀρετὴ καὶ ἡρωϊκὴ ἀρετὴ ἂν εἴη κυρίως· τὸ γὰρ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἀρετὴ λέγεται· τὸ δὲ θεῖόν τι ἐστὶν· οὐκ ἐστὶ δὲ θεοῦ ἀρετὴ, ἀλλὰ τι τιμιώτερον ἀρετῆς τὸ θεῖόν ἐστὶν ἀγαθόν· καὶ ὥσπερ σπάνιον ἐστὶν ἡ τοιαύτη ἔξις, οὕτω καὶ ἡ ἀντικειμένη θηριωδία σπάνιον. Ἔστι δὲ μάλιστα ἐν τοῖς βαρβάροις. Γίνεται δὲ ἡ τοιαύτη θηριωδία οὐ μόνον διὰ πονηροτάτην ἔξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ νόσους καὶ πηρώσεις.

# ANDRONICI RHODII

## ETHICORUM NICOMACHEORUM

### PARAPHRASIS

#### LIBER VII.

#### Cap. I.

#### De continentia.

Post ea quæ de virtutibus tum moralibus tum positis in cogitatione diximus, disputandum nobis erit de continentia eaque quæ supra hominem est, virtute, quæ heroïca et divina vocatur: neque enim cognata reliquis, de quibus egimus, virtutibus aut continentia est, aut ea quæ humanum fastigium excedit virtus: quocirca post ea quæ de virtutibus dicta sunt, alio facto initio, de his seorsum exponamus. Neutram autem earum cum iis quas supra memoravimus cohærere virtutibus, vel ex his ipsis quæ de illis tradituri sumus, erit manifestum: eorum vero quæ reprehendenda et fugienda videntur, tres sunt species, vitiositas, incontinentia, feritas.

His vero contraria habentur, vitiositati quidem virtus, de qua disseruimus, moralis: incontinentiæ continentia: feritati quæ supra hominem est virtus, quam heroicam nominant, qua ex hominibus divini quidam homines fieri dicuntur.

Quemadmodum et Priamum Homerus de Hectore filio loquentem inducit,

*namque illum haud esse putares  
mortali genitore satum, at genus esse deorum,*

propter virtutis excellentiam.

Hic autem est qui immanitati opponitur habitus. Nam quemadmodum immanitas non est vitiositas talis, qualis virtutibus opponitur: neque enim humana vitiositas est, sed omnino ne vitiositas quidem, siquidem nec feræ vitium aut virtus est, quia nec cum ratione nec præter eam agit: ita nec divina virtus nec heroïca proprie erit: humanum quippe bonum virtus vocatur: hoc vero divinum quid est: dei autem non est virtus, sed præstantius quid virtute divinum est bonum: et sicut rarum quid est ejusmodi habitus, ita et quæ opponitur, rarum quid est immanitas. Reperitur vero maxime apud barbaros. Nimirum talis immanitas non tantum a pessimo habitu, sed etiam a morbis et mutilationibus proficiscitur.

\* Lib. VII. cap. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα λεκτέον, κτλ. — \*\* Τὰ δ' ἐναντία τοῖς μὲν δυοῖν δὴλα, κτλ. — \*\*\* Ὡσπερ Ὀμηρὸς περὶ Ἐκτοροῦ κτλ. — \*\*\*\* Ὡστ' εἰ καθάπερ φασὶν κτλ.

\* Περὶ μὲν οὖν τῆς τοιαύτης διαθέσεως ἕστερον ποιησόμεθα λόγον. Περὶ δὲ τῆς κακίας εἴρηται πρότερον, ὅτι <sup>b</sup> περὶ ἀρετῶν ἐλέγομεν τῶν ἠθικῶν. Νῦν δὲ περὶ τῆς ἀκρασίας ἐροῦμεν, καὶ περὶ τῆς μαλακίας καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ τῶν ἀντικειμένων, ἐγκρατείας καὶ καρτερίας· οὕτε γὰρ τῇ εἰρημένῃ κακία καὶ ἀρετῇ αἱ αὐταὶ εἰσιν, οὕτε πάντα διάφοροι, ὡς ἑτερογενεῖς εἶναι· καθ' ὅσον <sup>c</sup> μὲν γὰρ τὸ ἀγαθὸν αἰρεῖται ὁ ἐγκρατής καὶ τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖ, ἀρετῇ προσήκει ἡ ἐγκράτεια· καθ' ὅσον δὲ ἐναντιοῦται <sup>d</sup> αὐτῷ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἐν ἀγωνίᾳ ἔστιν ἀεὶ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἕξιν, κατὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀρετῆ. Ἀκολουθῶς δὲ οὐδὲ ἡ ἀκρασία κακία ἔστι κατὰ τὴν κακίαν τὴν ἀντικειμένην ταῖς ἠθικαῖς ἀρεταῖς· ὁ μὲν γὰρ τὴν ἄλλην κακίαν φαῦλος, ἕξιν ἔχων τῆς φαυλότητος, πράττει τὰ φαῦλα, μὴ ἀντιτεινόντος αὐτῷ τοῦ λογισμοῦ· ὁ δὲ ἀκρατής, τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἔλκοντος, ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κρατεῖται· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ὁμοειδὴς τῇ κακίᾳ ἢ ἀκρασίᾳ· ὅτι δὲ παρὰ τὸν λόγον καὶ αὐτῇ ἔστι, καὶ ἐκούσιον, τοῦτο αὐτῇ κοινῶνεί.

\*\* Λέγομεν δὴ περὶ αὐτῶν κατὰ τὸν τρόπον, καθ' ὃν καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἴπομεν· ἐκθροσόμεθα γὰρ τοὺς δοκοῦντας περὶ αὐτῶν λόγους, ὧν τοὺς μὴ συμβαίνοντας τῇ ἀληθείᾳ ἐλέγξαντες, τοὺς μάλιστα ἐνδόξους καταλείψαντες βεβαιώσομεν· καὶ οὕτως ἔσται φανερὸς ὁ περὶ αὐτῶν λόγος.

\*\*\* Δοκεῖ δὴ πᾶσιν ἡ ἐγκράτεια ἀγαθόν, καὶ ἡ καρτερία τῶν σπουδαίων καὶ τῶν ἐπαινετῶν εἶναι· ἡ δὲ ἀκρασία τούναντίον. Φασὶ δὲ περὶ τῆς ἐγκρατείας καὶ ταῦτα· πρῶτον μὲν, ὅτι ὁ ἐγκρατής ὁ αὐτός ἐστι τῷ ἐμμενετικῷ ἐν τινι λογισμῷ καὶ ἀκινήτῳ, καὶ ἐγκράτεια τὸ ἐμμένειν τῷ λογισμῷ, ἀκρασία δὲ καὶ ἀκρατία τούναντίον· δεύτερον, ὅτι εἰδῶς ὁ ἐγκρατής ὅτι φαῦλαι· αἱ ἐπιθυμῖαι, ἀφίσταται τούτων καὶ ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ, ὁ δὲ ἀκρατής, εἰδῶς ὅτι φαῦλα πράττει, διὰ τὴν ἡδονὴν οὐ πείθεται τῷ λόγῳ· τρίτον, ὅτι καὶ ὁ σώφρων ἐγκρατής ἐστι καὶ καρτερικός, καὶ ὁ ἀκόλαστος τούναντίον· τέταρτον, ὅτι καὶ πᾶς ἐγκρατής σώφρων· ἐνίοι δὲ ὁμοίως καὶ τὸν ἀκρατῆ πάντα ἀκόλαστον, καὶ τὸν ἀκόλαστον ἀκρατῆ εἶναι φασιν· ἄλλοι δὲ διαφέρειν ἄλλήλων· πέμπτον, ὅτι ἐνδέχεται φρόνιμον καὶ δεινὸν ὄντα καὶ ἀκρατῆ εἶναι· ἕκτον, ὅτι λέγονται ἀκρατεῖς οἱ πρὸς θυμὸν ἐπιβρέπεις, καὶ οἱ σφόδρα τιμῆς καὶ κέρδους ὀρεγόμενοι· ταῦτα μὲν οὖν εἰσι πάντα σχεδὸν τὰ λεγόμενα περὶ ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας· ὧν περὶ ἑκάστου σκεψόμεθα· καὶ πρῶτον περὶ τοῦ πρώτου.

(Scripsi : <sup>a</sup> οὐ γὰρ ἐψέχει] cum cod. Andronici et Marciano Aristotelis; nam apud Homerum Iliad. XXIV, 258-259 et in plerisque Stagiritæ libris legitur οὐδὲ ἐψέχει. — <sup>b</sup> ὅτι] cod. ὅτι. — <sup>c</sup>

Jam vero de tali animi affectione postea disputabimus. De vitiositate autem in priore de virtutibus moralibus dissertatione diximus. Nunc vero de incontinentia, mollitie et luxu, deque contrariis virtutibus, continentia videlicet ac tolerantia agamus: neque enim cum prædicta vitiositate aut virtute sunt eadem, neque tamen ita diversæ, ut alterius generis sint: quatenus ergo bonum expetit rationemque sequitur continens, convenit virtuti continentia: quatenus vero semper ei adversatur cupiditas et perpetuo in certamine est, quia habitu caret, eatenus non est virtus. His autem quæ dicimus congruenter nec incontinentia vitiositas est respectu ejus quæ moralibus virtutibus opponitur vitiositatis: qui enim reliquis vitiiis contaminatus improbus nominatur, quum improbitatis consecutus sit habitum, non repugnante rationis vi improba facta gerit: incontinens vero, quum ad bonum eum trahit ratio, cupiditatum ardore superatur: ideoque non ejusdem cum vitiositate speciei est incontinentia: quatenus vero præter rationem quoque ipsa est, et res voluntaria, eatenus aliquid cum ea commune habet.

Dicamus autem de iis eodem modo, quo etiam de cæteris disseruimus: exponemus enim eas quæ vulgo probantur rationes, e quibus incongruentes opposita veritate refutabimus, reliquas vero quæ maxime probabiles sunt, confirmabimus ac relinquemus: atque ita planus erit de iis sermo.

Omnibus ergo bonum videtur continentia rebusque probis et laudabilibus annumeranda esse tolerantia: contrarium vero incontinentia. Sed et hæc de continentia prædicant: primum continentem eundem esse atque eum qui in ratione permanet eique immotus adhærescit, et in ratione permanere esse continentiam, contrarium autem incontinentiam et incontinentem appellari: deinde continentem, quum sciat insanas esse cupiditates, ab iis disciscere et rationem sequi, at incontinentem, qui exploratum habeat, improba facta se gerere, propter voluptatem rationi non obtemperare: tum temperantem quoque esse continentem ac tolerantem, sed intemperantem contrarium vocari: porro omnem hominem continentem etiam temperantem esse: et alii quidem similiter omnem hominem incontinentem intemperantem, et intemperantem omnem hominem incontinentem esse ajunt: alii vero eos inter se differre: denique posse prudentem et sollertem hominem tamen incontinentem esse: postremo incontinentes eos dici, qui in iram præcipites sint, aut honoris et lucri cupiditate flagrant: hæc igitur omnia fere sunt, quæ de continentia et incontinentia dicuntur: de quibus singulis videamus: ac primum quidem de primo.

\* Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως κτλ. — \*\* Δεῖ δ', ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, κτλ. — \*\*\* Δοκεῖ δὴ ἡ τε ἐγκράτεια κτλ.

καθ' ὅσον μὲν] cod. καθόσον μὲν. —<sup>d</sup> καθ' ὅσον δὲ ἐναντιοῦται] cod. καθόσον δὲ ἐναντιοῦται. —<sup>e</sup> φαῦλαι] cod. φαύλαι. — Cæterum quinque, quæ sequuntur, capita sive Andronici ipsius sive librariorum errore præpostero ordine videntur descripta. Rerum autem in Aristoteleo opere traditarum series e numeris apposisit intelligitur.

## Κε. β'. [ε].

Ἔστι οὐκ ἔστιν ἐγκράτεια τὸ ἀπλῶς ἐμμένειν τοῖς δεδογμένοις.

\* Εἰ τοῦτο ἔστιν ἐγκράτεια, τὸ ἐμμένειν πάσῃ δόξῃ, ἔσται καὶ φαῦλη ἐγκράτεια, ὅταν ἐμμένη τις ψευδεῖ δόξῃ· ἀλλὰ μὴν ὑποκείται ἐπαινετὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι αὐτήν· οὐκ ἄρα τὸ ἐμμένειν ἀπλῶς τῇ παρουσίᾳ δόξῃ ἐγκράτεια ἔστιν.

\*\* Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀκρασία οὐ πᾶσα φαῦλη ἔσται καὶ φευκτή, ἀλλὰ καὶ ἀγαθή, ὅταν μὴ ἐμμένη τις τῇ ψευδεῖ δόξῃ· ὡσπερ δὲ Νεοπτόλεμος πεισθεὶς ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσεύος ψεύσασθαι, καὶ μὴ ἐμμένειν τῇ δόξῃ ἀλλὰ ἀληθείας· ἢ εἰ τις<sup>a</sup> ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ προσδιαλεγόμενου καὶ δοξάσας ψευδῆ, οὐκ ἐμμένει τοῖς δεδογμένοις· οὐ γὰρ ψέγεται ὁ τοιοῦτος· ὁ δὲ ἀκρατὴς ψέγεται· οὐκ ἄρα ὁ ἐμμενετικὸς τῇ δόξῃ ἐγκρατὴς ἔστιν, οὐδὲ ὁ τῆς δόξης ἐκστατικὸς ἀκρατὴς· ὅπως δὲ ἀκρασία μετὰ ἀφροσύνης συμβαίνει ἀρετὴ εἶναι, εἰ τοῦτο ἔστιν ἀκρασία τὸ ἐξιστασθαι τῆς δόξης καὶ μὴ ἐμμένειν τοῖς δοκοῦσιν ἀγαθοῖς· εἰ γὰρ τις ὑπὸ ἀφροσύνης νομίζῃ ἢ τὴν ἀκολασίαν ἀγαθόν, μὴ ἐμμένειν δὲ τοῖς δεδογμένοις, ἔσται σώφρων· καὶ οὕτως ἔσται ὁ ἀκρατὴς σπουδαῖος, ὅπερ ἔστι<sup>c</sup> ψεῦδος· ψεκτὸν γὰρ δοκεῖ πᾶσιν ἡ ἀκρασία. Ἔστι, ὁ δυνάμενος ἐκστῆναι τῆς δόξης τοῦ μὴ δυναμένου βελτίων ἔστι πολλάκις· ὁ δὲ ἀκρατὴς τοῦ ἐγκρατοῦς οὐκ ἔστι βελτίων· οὐκ ἄρα ὁ ἐμμενετικὸς τῇ δόξῃ ἐγκρατὴς, οὐδὲ ὁ ἐκστατικὸς ἀκρατὴς.

\*\*\* Ὅτι δὲ ὁ δυνάμενος ἐκστῆναι τῆς δόξης βελτίων τοῦ μὴ δυναμένου, δῆλον· ὁ γὰρ τῷ ἠπατηθῆναι τὰ φαῦλα διώκων, ὅτι νομίζει ἀγαθὰ εἶναι, βελτίων ἔστι τοῦ εἰδότος ὅτι φαῦλα καὶ διώκοντος· ὁ μὲν γὰρ ἠπατημένος μεταπεισθεὶς δύναται ἀγαθὸς γενέσθαι, ὁ δὲ δι' ἀκρασίαν διώκων καὶ εἰδὼς ὅτι φαῦλα, οὐ δύναται ἐκστῆναι τῶν κακῶν· πῶς γὰρ ἂν ἐκσταίῃ, ἐπεὶ οὐ δύναται μεταπεισθῆναι; ὁ γὰρ εἶδει γινώσκων, οἶδε, καὶ εἰδὼς ἀκρατεύεται, καὶ ἐνοχὸς ἔστι τῇ παροίμῃ,

Ἄνταν τὸ ὕδωρ πνίγη, τί δεῖ ἐπιπίνειν;

φανερὸν δὲ ὅτι τὸ ἐμμένειν τῇ παρουσίᾳ δόξῃ οὐκ ἔστιν ἐγκράτεια, οὐδὲ τὸ ἐξιστασθαι ἀκρασία.

## Cap. II [V].

Non esse continentiam simpliciter in sententia permanere

Si ergo perpetua in qualibet sententia permansio continentia est, erit etiam mala continentia, quum quis in errore perseverat : atqui laudabile quiddam et bonum esse eam sententiam posuimus : ergo non simpliciter in præsentia sententia perstare continentia est.

Similiter vero incontinentia non omnis prava erit et fugienda, sed bona etiam quedam, quando aliquis in errore non perseverat : qualis fuit Neoptolemus ab Ulixe ad mentiendum adductus, sed postmodum deposita illa opinione verum locutus : aut si quis ab eo, quocum sermocinatur, deceptus quum falsa pro veris amplecteretur, in sententia non perstat : neque enim vituperatur talis : vituperatur vero incontinens : quambrem neque qui in sententia permanet, idcirco continens est, neque qui a sententia sua discedit, propterea est incontinens : omnino res eo redibit, ut incontinentia, cui adhæret stultitia, virtus sit, si incontinentia est discedere a sententia neque in iis quæ bona nobis videntur manere : si quis enim propter stultitiam bonam esse judicet intemperantiam, ac tamen instituto suo decedat, hic jam temperans erit : atque ita incontinens bonus erit, quod est falsum : omnibus scilicet vituperanda videtur esse incontinentia. Præterea qui instituto suo decedere scit eo qui nescit sæpenumero melior est : at vero continente non est melior incontinens : quare nec qui in sententia permanet continens, nec qui ab ea discedit incontinens erit.

Jam vero eum qui instituto suo decedere scit, meliorem esse eo qui nescit, manifestum est : qui enim deceptus mala sequitur, quia bona esse existimat, melior est eo qui mala esse scit et tamen expetit : qui enim deceptus est, is postmodum commutata voluntate bonus fieri potest ; qui vero per intemperantiam ea sequitur, quum mala esse sciat, non potest discedere a malis : quomodo enim discedat, quum ad aliam sententiam perducere nequeat ? quod enim cognitum habere debebat, novit, et quamvis norit, intemperanter tamen vivit, atque idcirco in eum convenit proverbium

Quid addibendum est, quum premis fauces aqua ?

Apparet igitur, neque in præsentia sententia perstare continentiam, neque de ea desistere incontinentiam esse.

\* Cap. 2. Ἔστι, εἰ πάσῃ δόξῃ κτλ. — \*\* Καὶ εἰ πάσῃ δόξῃ ἡ ἀκρασία κτλ. — \*\*\* Ἔστι ὁ τῷ πεπεισθῆναι πράττων κτλ.

(Scripsi : \* εἰ τις] cod. εἴτις. — <sup>b</sup> νομί[ζη] cod. νομί[ζει]. — \* ὅπερ ἐστὶ] cod. ὅπέρ ἐστι. —)

## Κεφ. γ' [β'].

Περὶ τῆς γνώσεως τοῦ ἀκρατοῦς, ἢ γινώσκων οὐκ ἐμμένει.

\* Ζητητέον δὴ περὶ τοῦ δευτέρου· ἀπορία γάρ ἐστι, πῶς ὑπολαμβάνων ὀρθῶς περὶ ὧν πράττει τις, ἔπειτα ἀκρατεύεται. Καί φασί τινες <sup>a</sup>, ὅτι οὐ γινώσκει ὁ ἀκρατής ἀ πράττει φαῦλα εἶναι, οὐδὲ ἔχει ἐπιστήμην αὐτῶν, ὡσπερ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ δυνατὸν ἐπιστήμης ἐνούσης ἄλλο τι <sup>b</sup> κρατεῖν καὶ περιέλκειν ὡσπερ ἀνδράποδον· οὗτος δὲ ὁ λόγος ἐναντίος ἐστὶ τοῖς φανεροῖς· ὅτι γάρ ἐστιν ἀκρατής, καὶ οὗτός ἐστιν ἀκρατής, ὁ πρὸς τάναντία ὧν οἶδεν ἀγαθῶν φερόμενος, φανερόν. Διδὸν ζήτητέον, εἰ δι' ἀγνοίαν πράττει πᾶς ὁ πράττων τὸ πονηρόν, καὶ τίς ὁ τρόπος γίνεται τῆς ἀγνοίας· ἄλλοι δὲ οἰοῦνται εἰδέναι μὲν ἀ πράττει τὸν ἀκρατῆ, ἐπιστήμην δὲ οὐκ ἔχειν αὐτῶν, ἀλλὰ δόξαν· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπιστήμην ἔχοντα κρατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡδονῶν· οὐδὲν γὰρ εἶναι τῆς ἐπιστήμης ἐπικρατέτερον· διὰ τοῦτο τὴν τοῦ ἀκρατοῦς γνώσιν δόξαν εἶναι φασιν· ἀλλὰ μὴν εἰ γε <sup>c</sup> δόξα ἐστὶ καὶ μὴ ἐπιστήμη, οὐδὲ ἰσχυρὰ γνώσις τοῦ πράγματος ἐν τῷ ἀκρατῇ, ἀλλ' ἀσθενής τις καὶ ἡρεμαία, καθάπερ ἐν τοῖς διστάζουσι, συγγνώμη ἂν εἴη τοῖς ἀκρατέσι, μὴ ἐμμένουσι τοῖς οὕτω γινωσκομένοις, βιαίων ἀνθελοκουσῶν ἐπιθυμιῶν· οὐκ ἄρα μοχθηρὸν ἢ ἀκρασία· οὐδενὶ γὰρ συγγνώμη τῶν μοχθηρῶν καὶ ψευκῶν καὶ φευκῶν· τοιοῦτον δὲ ἢ ἀκρασία.

\*\* Ἐπεὶ δὲ οὕτε δόξα ἐστὶν ἢ γνώσις τοῦ ἀκρατοῦς, οὕτε ἐπιστήμη, δοκεῖ φρόνησις εἶναι· αὕτη γὰρ λέπεται καὶ ἐστὶν ἰσχυρὰ γνώσις· καὶ τοῦτο δὲ ἀποπονέσται γὰρ ἅμα καὶ φρόνιμος καὶ ἀκρατής. Οὐδεὶς δ' ἂν εἴποι, φρονίμου εἶναι τὸ πράττειν τὰ φαῦλα ἐκόντα· ἐπεὶ καὶ δέδεικται ἐν τοῖς ἐμπροσθεν, ὅτι πρακτικὸς γε ὁ φρόνιμος, καὶ περὶ αὐτάς ἐστι τὰς πράξεις τὰς μερικὰς, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐπομένους <sup>d</sup> ἔχων ἐξ ἀνάγκης· οὐκ ἄρα φρονήσει γινώσκει ἀκρατής. Κατὰ μὲν οὖν τοὺς εἰρημένους τρόπους γινώσκειν τὸν ἀκρατῆ δέδεικται μὴ δυνατὸν εἶναι· ζητητέον ἄρα τὸν τρόπον. <sup>o</sup> Ὁ μετὰ μικρὸν ἀκριβέστερον ἐπισκεψώμεθα.

(Scripsi : \* καὶ φασί τινες] vulgo καὶ φασί τινες. — <sup>b</sup> ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. — <sup>c</sup> εἰ γε] cod. εἴγε. — <sup>d</sup> ἐπομένους] cod. ἐπομένας. —)

## Κεφ. δ'.

\* Ὅτι οὐκ ἐστὶν ὁ ἐγκρατής σώφρων, οὔτε ὁ σώφρων ἐγκρατής.

\*\*\* Νῦν δὲ σκοπῶμεν περὶ τοῦ τρίτου, εἰ δυνατὸν τὸν

## Cap. III [II].

De cognitione incontinentis, in qua sciens non persistit.

De secundo etiam quærendum est : dubitatur enim, quo pacto, quum recte aliquis de iis quæ agit iudicet, nihilominus tamen incontinenter se gerat. Dicuntque nonnulli, nescire incontinentem quæ agit mala esse. eumque hac scientia carere, sicut Socrates præ se ferebat, fieri non posse, in quo insit scientia, ut in eo aliud quiddam dominetur et tanquam mancipium ultro citroque trahat : quæ quidem ratio cum iis quæ manifesta sunt pugnat : esse enim incontinentem, et eum esse incontinentem, qui in contrarium illius fertur boni quod novit, id vero manifestum est. Quare quæri oportet, num per ignorantiam agat, quisquis male facit, et quis sit ignorantis modus : alii vero existimant, scire quidem ea quæ agit incontinentem, non tenere tamen eorum scientiam, sed opinionem tantum habere : neque enim fieri posse, ut qui scientia sit præditus a voluptatibus superetur : nihil quippe scientia esse fortius : ideoque opinionem esse volunt illam incontinentis cognitionem : atqui si opinio est, non vero scientia neque firma rei in incontinente cognitio, sed infirma tantum ac tenuis, sicut in dubitantibus, danda erit venia incontinentibus, quod in iis quæ eo modo noverunt non permaneant, quoties violentæ libidines eos in contrariam partem abripiunt : quocirca ne mala quidem erit incontinentia : quæ enim mala et vituperabilia et fugienda sunt, nulla huic generi venia tribuitur : talis autem incontinentia est.

Quum vero nec opinio sit cognitio incontinentis, nec scientia, videtur esse prudentia : hæc enim restat estque firma cognitio : at hoc absurdum : erit enim simul prudens et incontinens. Nemo autem prudentis esse dixerit sua sponte res improbas admittere, præsertim quum supra ostenderimus, prudentem ad agendum esse aptissimum, et simul actiones singulares suscipere, simul reliquis virtutibus tali ingenio necessario convenientibus excellere : quapropter non prudentia edoctus intemperans scit. Iis ergo quos memoravimus modis intemperantem cognoscere non posse demonstravimus : quare quo pacto cognoscat, quærendum est. Quod paulo post accuratius consideremus.

## Cap. IV.

Continentem non esse temperantem, neque temperantem continentem.

Nunc vero de tertio, possitne temperans esse conti-

\* Ἀπορήσειε δ' ἂν τις, κτλ. — \*\* Φρονήσεως ἄρα ἀντιτείνουσος κτλ. — \*\*\* Ἐτι εἰ μὲν ἐν τῷ ἐπιθυμίας ἔχειν ἰσχυρὰς κτλ.

σώφρων· ἐγκρατῆ εἶναι· καὶ ἐτι περὶ τοῦ τετάρτου, εἴ πως <sup>a</sup> ἐγκρατῆς σώφρων. Φανερόν δὲ ἔσται λαβοῦσι τὸν ὀρισμὸν τοῦ ἐγκρατοῦς· ἔστι δὲ ἐγκρατῆς ὁ ἀνθιστάμενος πρὸς ἰσχυράς καὶ φαύλας ἐπιθυμίας· ἔχει ἄρα ὁ ἐγκρατῆς ἰσχυράς καὶ φαύλας ἐπιθυμίας· εἰ δὲ ὁ σώφρων ἔσται ἐγκρατῆς, ἔξει φαύλας ἐπιθυμίας καὶ ἰσχυράς· ἄρα ἐναντίον ἔστι τῶ λόγῳ τῆς σωφροσύνης· ἐν γὰρ τῷ ἐπισθαι τὰς ἐπιθυμίας τῷ λόγῳ ἢ σωφροσύνῃ οὐ συνίσταται· ἄλλως τε ὁ μὲν σώφρων ἡδέεται οἷς πράττει, ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἦν σώφρων· ὁ δὲ ἐγκρατῆς ἐν ἀγῶνι ὧν καὶ μάχῃ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, οὐχ ἡδέεται· ἢ γὰρ ἡδονὴ ἐν τῇ ἡρεμίᾳ ἐστίν· ἔτι τὸν ἔχοντα ἔξιν ἀνδρείας <sup>b</sup> ἐπιόντα ἐξαίφνης τὰ φοβερά, καὶ πρὶν τῷ λόγῳ κατ' αὐτῶν χρήσασθαι, οὐ ταραττεῖ· ὁμοίως δὲ τὸν ἔχοντα ἔξιν σωφροσύνης οὐ κινήσει τὰ ἡδέα, καὶ πρὶν περὶ αὐτῶν σκέψασθαι, καὶ τὸν λόγον ἀντιστῆσαι· ὁ δὲ ἐγκρατῆς οὐ τοιοῦτος· ἐν γὰρ τῷ χρήσασθαι τῷ λόγῳ κατ' αὐτῶν κατ' ἀνθίστασθαι πρὸς αὐτὰς ἢ ἐγκράτεια συνίστασθαι λέγεται· εἰ μὲν γὰρ χρησται αἱ ἐπιθυμίαι τοῦ ἐγκρατοῦς, φαύλη ἢ ἐγκράτεια, κωλύουσα αὐταῖς χρῆσθαι· εἰ δὲ ἀσθενεῖς καὶ οὐ φαῦλαι, οὐδὲν σεμνὸν ἢ ἐγκράτεια· νῦν δὲ τοιαύτη δοκεῖ· εἰ δὲ φαῦλαι καὶ ἀσθενεῖς, οὐδὲν μέγα τὸ τοιούτων κρατεῖν· ὥστε οὐ μέγα ἢ ἐγκράτεια· λείπεται δὲ φαύλας εἶναι τὰς ἐπιθυμίας τοῦ ἐγκρατοῦς καὶ ἰσχυράς. Καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ὁ σώφρων ἐγκρατῆς ἂν εἴη, οὔτε ὁ ἐγκρατῆς σώφρων.

(Scrípsi : <sup>a</sup> εἴ πως] cod. εἴπως. — <sup>b</sup> ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. —)

## Κεφ. ε'. [γ]

Ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ φρόνιμος ἀκρατῆς.

Ἐκ τῶν εἰρημένων δὲ φανερόν, καὶ ὅτι οὐ δύναται ὁ φρόνιμος ἀκρατῆς εἶναι. Ἐπεὶ γὰρ τῇ φρονήσει ἔπεται καὶ ἡ σωφροσύνη, ὅτι καὶ πᾶσα ἠθικὴ ἀρετὴ, ὁ δὲ σώφρων οὐ δύναται ἐγκρατῆς εἶναι, πολλῶν μᾶλλον οὐδὲ ἀκρατῆς ἐστίν· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ ὁ φρόνιμος ἀκρατῆς ἂν εἴη.

## Κεφ. ς'.

Ὅπως ζητῆσαι δεῖ τὸ περὶ ἐγκρατείας ζήτημα.

\* Ζητητέον δὲ καὶ περὶ τοῦ ἔκτου, εἰ περὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ ἀπλῶς πᾶν ἐπιθυμητὸν ἢ ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἢ ἐγκράτεια. Καὶ εἰ τοῦτο, καὶ ὁ περὶ ἕκαστον τούτων ἐπιρροεπῶς ἔχων ἀκρατῆς ἐστὶ, ζητητέον τίς ὁ ἀπλῶς ἀκρατῆς· οὐ γὰρ ὁ περὶ πάντα ἔχων οὕτως, ἐστίν· οὐδεὶς γὰρ ἀπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας· ὥστε ζητῶμεν τὸν κυρίως ἀκρατῆ. Τὰ μὲν οὖν ζητήματα τὰ

\* Ἐτι εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἐγκράτεια, κτλ.

nens : ac præterea de quarto, sitne continens quodammodo temperans, videamus. Erit autem hoc manifestum, si continentis definitionem sumamus : est ergo continens, qui vehementibus malisque cupiditatibus resistit : vehementes ergo malasque cupiditates habet continens : si igitur temperans erit continens, malas simul et vehementes cupiditates habebit : quod cum temperantiæ notione pugnat : neque enim in eo versatur temperantia, ut rationi cupiditates obtemperent : deinde temperans gaudet iis quæ agit, quia alioqui non foret temperans : at continens quoniam cum cupiditatibus confligit et conflictatur, non gaudet : nam voluptas quietem capit : porro eum, qui fortitudinis habitum consecutus sit, subito ingruentia pericula aliaque formidabilia, etiam priusquam ratione contra ea se munierit, non terrent : similiter et eum qui temperantiæ habitum gerit non movebunt jucunda, licet nondum de iis cogitaverit, rationemque iis opposuerit : talis autem non est continens : in hoc ipso enim, ut ratione adversus ea utatur iisque resistat, versari continentia dicitur : si enim bonæ sint cupiditates continentis, mala est, quæ ipsum uti iis vetat continentia : sin imbecillæ nec malæ, nihil grave ac præclarum erit continentia : nunc vero talis videtur : sin autem imbecillæ et malæ, non erit magnum eas continere : quapropter non erit præclara res continentia : restat ergo, ut continentis cupiditates tum malæ sint tum vehementes. Quamobrem neque qui temperans est, continens, neque qui continens, temperans esse poterit.

## Cap. V [III].

Prudentem non esse incontinentem.

Ex superiore disputatione patet, eum qui sit prudens non posse incontinentem esse. Quum enim prudentiæ etiam temperantia insit, quia omnis quoque virtus moralis inest, temperans autem nequeat esse continens : multo magis non poterit esse incontinens : quod si ita est, ne prudens quidem incontinens erit.

## Cap. VI.

Quomodo habenda sit questio de continentia.

Sed et de sexto querendum est, sitne in opibus et existimatione et absolute in omni re desiderabili posita continentia et incontinentia. Et si hoc verum est, constetque eum qui in singulas hujusmodi res propendat esse incontinentem, querendum erit, quis sit ille qui simpliciter incontinens vocatur : neque enim is qui ad omne genus æque inclinatur, talis erit : quippe nemo omni simul



περὶ τῆς ἐγκρατείας καὶ αἱ ἀπορίαι τοιαῦται συμβαί-  
νουςι. Τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνελεῖν δεῖ, τὰ δὲ καταλι-  
πεῖν· ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας εὐρέσις ἐστὶ τοῦ ζη-  
τουμένου.

\* Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, πότερον εἰδότες ἀκρα-  
τεύονται οἱ ἀκρατεῖς, ἢ οὐ, καὶ πῶς εἰδότες· ἐπειτα  
περὶ ποῖα ἐστὶν ὁ ἐγκρατὴς καὶ ὁ ἀκρατὴς· λέγω δὲ  
περὶ πᾶσαν ἡδονὴν καὶ λύπην, ἢ περὶ τινὰς \* ἀφωρι-  
σμένως· καὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ τὸν καρτερικὸν εἰ δια-  
φέρουσι, καὶ ὅσα ἀκόλουθα τούτοις τοῖς ζητήμασιν  
ἐστὶν.

\*\* Ὡν ἡ ἀρχὴ ἐστὶ τὸ ζητῆσαι περὶ τοῦ ἐγκρατοῦς  
καὶ ἀκρατοῦς, κατὰ τί διαφέρουσι· κατὰ τὰ ὑποκει-  
μένα, περὶ ἃ εἶσιν, ἢ κατὰ τὸν τρόπον, καθ' ὃν πρὸς  
αὐτὰ ἔχουσι, ἢ κατ' ἀμφοτέρω.

Μετὰ δὲ τοῦτο σκεπτέον, εἰ περὶ ἅπαντα τὰ ἡδέα  
ἐστὶν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἢ οὐ. Οὔτε γὰρ  
περὶ ἅπαντά ἐστὶν ἡ ἀκρασία, καὶ ἡ ἐγκράτεια, καὶ  
ὁ ἀπλῶς ἀκρατὴς, ἀλλὰ περὶ ἃ ὁ ἀκόλαστος· οὔτε  
ὁμοίως τῷ ἀκόλαστῳ ἔχει πρὸς αὐτά, ἀλλὰ ἕτερον  
τρόπον· ὁ μὲν γὰρ ἀκόλαστος διεφθαρμένως κρίνων,  
καὶ νομίσας ἤδη ἀγαθὸν τὸ διώκειν αἰετὸν ἡδύ, πρὸς  
αὐτὸ φέρεται· ὁ δὲ ἀκρατὴς, τοῦ λόγου ἀντιλέγοντος  
τῇ ἐπιθυμίᾳ, αὐτὸς ἀκολουθεῖ.

(Scripsi : \* περὶ τινὰς] vulgo περὶ τίνος. —)

### Κεφ. ζ'.

Τίνα τρόπον γινώσκει ὁ ἀκρατὴς.

\*\*\* Τὸ μὲν οὖν δόξαν εἶναι τὴν γνώσιν τῶν ἀκρατῶν,  
ἢ ἀντιπράττουσι, καὶ μὴ ἐπιστήμην, οὐδὲν διαφέρει  
πρὸς τὸν λόγον· τοῦτο γὰρ ζητοῦμεν, εἰ βεβαία ἐστὶν  
αὐτῷ, ἢ ἀμφίβολος ἡ γνώσις τοῦ ἀγαθοῦ. Συμβαίνει  
δὲ πολλάκις τὴν δόξαν οὕτως βεβαίως ἔχεισθαι, ὥστε  
μὴ διαφέρειν ἐπιστήμην κατὰ τὸ ἀντιβαίνειν ταῖς  
ἐπιθυμίαις· καὶ ἔνιοι οὕτως πιστεύουσιν οἷς δοξάζουσι,  
ὥσπερ οἱ ἐπιστήμονες τοῖς διὰ τῆς ἐπιστήμης γινω-  
σκομένοις· ὥσπερ ὁ Ἡράκλειτος ἃ ἐδόξαζεν φετο ἐπί-  
στασθαι ἀκριβῶς, οἶον, ὅτι οὐκ ἐστὶ κίνησις καὶ τᾶλλα  
ὅσα ἐτίθει. Τῇ γοῦν τοιαύτῃ δόξῃ τοῦ ἀγαθοῦ ὁ ἀντι-  
πράττων οὐδὲν διαφέρει τοῦ ἔχοντος τὴν ἐπιστήμην  
τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πρὸς τὸ ἡδύ φερομένου· ὁμοίως γὰρ  
εἰσι μοχθηροί, καθόσον ὁμοίως ἰσχυρῶ λογισμῶ ἑκά-  
τερος πολεμεῖ. Ὡστε ὁ ἐν τοῖς προειρημένοις ἡπο-  
ρήθη, πῶς δυνατόν τὸν εἰδῶτα τὸ ἀγαθὸν αἰρεῖσθαι  
τὸ κακόν, οὐχ οὕτω δύναται λυθῆναι. Ζητητέον δὲ  
πῶς ἑτέρως λυθήσεται.

\*\*\*\* Λέγωμεν τοίνυν ὅτι τὸ ἐπίστασθαι καὶ κατὰ  
ἐπιστήμην γινώσκειν διττόν ἐστι. Λέγεται γὰρ ἐπίστα-  
σθαι καὶ ὁ ἔχων τὴν ἐπιστήμην καὶ χρώμενος αὐτῇ,  
ὥσπερ εἰ τις γεωμέτρης ὢν καὶ γεωμετρεῖ, λέγεται

incontinentiæ genere laborat : quare eum qui proprie  
sit incontinens quæramus. Tales igitur de continentia  
quæstiones et dubitationes accidunt. Horum generum  
alia tollenda, alia relinquenda sunt : nimirum sublatio  
dubitationis rei de qua quæritur inventio est.

Primum igitur videndum est, utrum scientes intem-  
peranter vivant incontinentes, nec ne, aut si scientes,  
quomodo : deinde quibus in rebus continens et in-  
continens versetur : hoc est, utrum in omni voluptate et  
dolore an in quibusdam separatim : præterea intersitne  
aliquid inter continentem et patientem, et quæcumque  
his quæstionibus consentanea sunt.

Earum autem fundamentum est quæstio, quo pacto  
continens et incontinens inter se differant, hoc est,  
utrum rebus in quibus versatur, an ratione qua ad eas  
se habent, an utroque modo.

Deinde et illud videndum est, utrum in omnibus quæ  
sunt jucunda, continentia cernatur et incontinentia, nec  
ne. Neque enim in omnibus cernitur incontinentia et  
continentia, et qui simpliciter incontinens vocatur, sed  
in quibus intemperans, neque eodem quo intemperans  
modo se habet ad illa, sed alio : etenim intemperans  
quum corrupte judicet, putetque bonum esse sequi sem-  
per id quod est jucundum, eo etiam fertur : inconti-  
nens vero quum ejus cupiditati adversetur ratio, ipse  
tamen jucunda sequitur.

### Cap. VII

Quomodo norit incontinens.

Si ergo sit opinio illa cognitio, cui contraria inconti-  
nentes faciunt, et non scientia, nihil refert ad rem de  
qua disputamus : hoc enim quærimus, utrum sit firma  
illi an ambigua boni cognitio. Fit autem sæpenumero,  
ut tam firma illi inhæreat opinio, ut in oppugnandis  
cupiditatibus nihil a scientia differat : sed et nonnulli  
eandem fidem rebus quas opinantur adjungunt, quam  
homines periti rebus scientia comprehensis : sicut Hera-  
clitus quæ opinabatur certo se putabat scire, verbi  
causa, non esse motum et reliqua quæ statuebat. Tali  
igitur boni ipsius opinioni qui facit contraria nihil ab eo  
differt qui quum boni scientia præditus sit, tamen ad  
id quod jucundum est fertur : æque enim sunt improbi,  
quatenus uterque eodem modo cum firma ratione pu-  
gnat. Quamobrem quæ in præcedentibus habita est  
quæstio, qui fiat, ut homo boni sciens nihilominus ex-  
petat malum, solvi hac ratione non potest. Quare, quo  
pacto aliter solvatur, quæri oportet.

Dicamus ergo scire et scientia comprehendisse dupli-  
citer accipi. Scire enim dicitur et qui habet scientiam  
et qui ea utitur, ut si quis geometres est eamque artem  
exercet, scire perhibetur : verum et is qui habet qui-

\* Cap. 3. Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον κτλ. — \*\* Ἔστι δὲ ἀρχὴ τῆς σκέψεως κτλ. — \*\*\* Περὶ μὲν οὖν τοῦ δόξαν ἀληθῆ,  
ἀλλὰ μὴ ἐπιστήμην κτλ. — \*\*\*\* Ἄλλ' ἐπεὶ διχῶς λέγομεν κτλ.

ἐπίστασθαι· καὶ ὁ ἔχων μὲν τὴν ἐπιστήμην μὴ χρώμενος δὲ αὐτῇ, ὡσπερ γεωμέτρης λογοποιῶν, ἢ ἄλλο τι, οὐ γεωμετρῶν· ὡσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ γεωμέτρου θαυμαστόν μὲν ἔστιν, εἰ γεωμετρῶν ψευδῆ συναγάγοι, θαυμαστόν δὲ οὐδὲν, εἰ λογοποιῶν οὐ συνορᾷ εἰ τις παρὰ τὴν γεωμετρίαν τὰ σχήματα θεωροῖ, τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρατοῦς ἔχει· εἰ μὲν γὰρ ἐπιστάμενος ὁ ἀκρατής, καὶ χρώμενος τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ κατ' αὐτὴν θεωρῶν ἐπὶ τὰναντία ὧν ἐπίσταται φέρεται, θαυμαστόν, εἰ δὲ μὴ χρώμενος, κἄν ἐπιστήμην ἔχη, οὐ δεῖ θαυμάζειν.

\* Ἐτι, καὶ θταν τις ἔχων τὴν ἐπιστήμην καὶ χρώμενος, ἂν μὴ τελείως χρῆται, οὐδὲν θαυμαστόν, εἰ μοχθηρὸς ἔστιν. Ἐπει γὰρ δυοὶ τρόποις προτάσεων ἀποδεικνύς ἐπίσταται ὁ ἐπιστάμενος, καθόλου καὶ μερικῶ, ἂν ἀμφοτέροις μὴ χρῆται, λέγω τῇ καθόλου, τῇ δὲ μερικῇ οὐ χρῆται, θαυμαστόν οὐδὲν εἰ μοχθηρὸς ἔστιν· οἷον, ἐπίσταται τις, ὅτι τὸδε πονηρόν, τὸ δὲ πονηρὸν οὐ δεῖ πράττειν, τὸδε ἄρα οὐ δεῖ πράττειν· καὶ ἀμφοτέρων οὐσῶν ἐν τῇ ψυχῇ τῶν προτάσεων, ἐπειδὴν ἐπιθυμία τις ἐπὶ τῇ κινήσει πονηρὸν, συμβαίνει τῇ μὲν καθόλου χρῆσθαι, ὅτι τὸ κακὸν οὐ δεῖ πράττειν, καὶ θεωρεῖν κατ' αὐτὴν τῆνικαῦτα, τὴν δὲ μερικὴν, ὅτι τὸδε κακόν, ἔχει μὲν, οὐ χρῆσθαι δὲ, οὐδὲ συνορᾷ ἐνεργεῖα, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν μοχθηρίαν χωρεῖν, ὡσπερ ἀποτυφλωθέντα, τοῦτο δὲ οὐδὲν θαυμαστόν. Εἰ γὰρ καὶ χρῆται τῇ καθόλου προτάσει, ἄλλα πράττειν οὐ δύναται κατὰ τὴν ἐπιστήμην μὴ χρώμενος καὶ τῇ μερικῇ· αὕτη γὰρ ἔστιν ἡ κυρία τῶν πράξεων. Ἦν γὰρ τις εἰδῆ, ὅτι τοῖς ξηροῖς χρῆστέον, μὴ εἰδῆ δὲ ὅτι τὰδε ξηρά, οὐδὲν μάλλον χρῆσεται τοῖς ξηροῖς· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τούτων ἔχει· ἂν τις τῇ καθόλου χρῆται καὶ θεωρῇ, τῇ μερικῇ δὲ οὐ χρῆται, οὐδὲν τῆς ἐπιστήμης ἀπώνατο. Αἱ μερικαὶ δὲ διαφέρουσι· τὰς μὲν γὰρ ἀνάγκη πᾶσα εἰδέναι, τῶν καθόλου γινωσκομένων· τὰς δὲ οὐ. Ὄταν γὰρ τὸ καθόλου οὕτως ἔχη, ὥστε περιέχειν αὐτὸν τὸν συλλογιζόμενον, ἢ τὸν ἁποειδῆ, τῇ καθόλου συγγινώσκειται καὶ ἡ μερικὴ· οἷον, πᾶσι ἀνθρώποις βλαβερὸν ὁ ἐλλέβορος, αὐτὸς δὲ ἀνθρώπος, αὐτῷ ἄρα βλαβερὸν ὁ ἐλλέβορος· ἐνταῦθα τῇ καθόλου καὶ ἡ μερικὴ συγγινώσκειται· οὐ γὰρ ἑαυτὸν δύναται ἀγνοεῖν ὅτι ἔστιν ἀνθρώπος· ἁποειδῆ δὲ κἄν· τοὺς ἁποειδεῖς περιέχει, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτοὺς ἀγνοεῖν δυνατόν. Ὄταν δὲ ἡ καθόλου πρᾶγμα τι περιέχη, τότε οὐκ ἀνάγκη, τῆς καθόλου γινωσκομένης, καὶ τὴν μερικὴν γινώσκεισθαι· οἷον, πᾶς ἐλλέβορος βλαβερὸν, τὸδε ἐλλέβορος, τὸδε ἄρα βλαβερὸν· ἐνταῦθα οὐκ ἀνάγκη γινώσκεισθαι τὴν μερικὴν, τῆς καθόλου γινωσκομένης. Τὴν τοιαύτην οὖν μερικὴν ὁ ἀκρατής ἢ οὐκ ἔχει, ἢ ἔχων οὐ χρῆται. Τὸ δὲ χρῆσθαι καὶ μὴ χρῆσθαι τοσοῦτω διαφέρει ἀλλήλων, ὥστε τὸν μὲν χρώμενον τῇ ἐπιστήμῃ καὶ

dem scientiam, sed ea non utitur, ut geometres, qui dicendi artifex sit, aut aliud quid, non suam artem facitet: sicut ergo in geometre mirum est, si dum artem suam tractat, falsa colligat, at minime mirum est, si dum disserit in concione, non animadvertat, quando quis contra geometriæ leges formas consideret: item in incontinente se res habet: si enim sciens suaque utens scientia incontinens et e præscripto ejus omnia considerans, in contrarium eorum quæ scit deveniat, mirum id erit, sin autem habeat quidem scientiam, sed ea non utatur, minime mirandum.

Præterea etiam quando quis habet scientiam, atque ea utitur, si non plene utitur, tamen minime id mirum, si sit improbus. Quum enim duo sint propositionum modi, quibus persuadet aliquis sibi qui scit, universalis videlicet et singularis, si non utroque utatur, sed omisso singulari universalem adhibeat, minime mirum si sit improbus: exempli gratia, scit aliquis, hoc esse improbum, quod autem improbum est non debet committi, hoc igitur non est committendum: quumque utraque propositio in animo sit, quum ad aliquid quod improbum est impellit libido, fit ut utatur generali, nullam culpam esse committendam, eique propositioni convenienter rem ipsam tum inspiciat, singularem vero, hoc nimirum improbum esse, sciat quidem, sed non adhibeat, neque re ipsa expendat, atque idcirco tanquam oculis captus ad improbitatem deveniat, quod quidem haudquaquam mirum est. Quamvis enim generali utatur propositione, tamen scientiæ lege agere non poterit, nisi et generali utatur: hæc quippe est quæ in actionibus dominatur. Si quis enim sciat, siccis utendum esse, nesciat autem hæc sicca esse, nihil magis siccis utetur: eodem autem modo et hic se res habet: nam si quis generali propositione utatur eique congruenter rem consideret, generali vero non utatur, nullum e scientia sua fructum capit. Jam vero differunt etiam singulares: alias enim, cognitæ universalibus, necessario scimus: alias non item. Quum enim ita se habet universale, ut complectatur ratiocinantem et ejusdem generis hominem, generali propositione cognoscitur et singularis, exempli gratia, omnibus hominibus noxium est elleborum: ipse autem homo est, ei ergo noxium est elleborum: hic videlicet una cum generali singularis quoque cognoscitur, neque enim ignorare potest se esse hominem: eodemque modo, si ejusdem generis homines complectatur, nam nec illos ignorare potest. Quando autem generalis rem aliquam complectitur, tum necesse non est, cognita generali propositione singularem quoque cognosci: verbi causa, omne elleborum est noxium, hoc est elleborum, hoc ergo est noxium: hic cognita generali non est necesse singularem quoque cognosci. Singularem ergo hujusmodi propositionem aut non novit, aut si novit, non utitur ea incontinens. At vero uti et non uti tantum inter se distant, ut eum qui utitur scientia et tamen

\* Ἐτι ἐπει δύο τρόποι κτλ.

ἀμαρτάνοντα ἄτοπὸν τινα ἠγοῦμεθα, καὶ θαυμάζομεν εἰ ἔστι τις οὕτως ἔχων· τὸν δὲ μὴ χρώμενον καὶ ἀμαρτάνοντα, οὐδαμῶς.

\* Ἐτι, οὐ τούτῳ μόνῳ διαφέρουσιν οἱ ἐπιστάμενοι, τῷ τοῦς μὲν ἔχειν καὶ χρῆσθαι, τοῦς δὲ ἔχειν μὲν, οὐ χρῆσθαι δέ, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ἔχειν διαφέρουσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἔχουσι τὰς ἐπιστήμας οἱ ἐπιστάμενοι· ἔστι γὰρ ἔχοντά τινα ἐπιστήμην, μὴ ἔχειν· οἶον, τὸν καθυδόντα, καὶ μαϊνόμενον, καὶ οἰνωμένον· κατὰ τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἔχουσι τὴν ἐπιστήμην καὶ οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντες· μεθύουσι γὰρ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ μαϊνούνται ὑπὸ τοῦ θυμοῦ· καὶ ὡσπερ ἐπὶ τῶν μαϊνομένων καὶ οἰνωμένων, καὶ αὐτῶν τὰ σώματα ἀλλοιοῦνται καὶ μεθίστανται φανερώς ὑπὸ τῶν τοιοῦτων παθῶν· καὶ γὰρ καὶ χρῶμα καὶ βλέμμα, ἐνίοι δὲ καὶ καθαρώς μαϊνούνται· φανερόν οὖν, ὅτι ἡ ἐπιστήμη τῶν ἀκρατῶν ὁμοίως ἔχει τῇ τῶν μεθύοντων καὶ μαϊνομένων.

\*\* Εἰ δὲ καὶ λέγουσι λόγους τῆς ἐπιστήμης, οὐ παρὰ τοῦτο φαίνονται μὴ ὁμοίως ἔχειν τοῖς εἰρημένοις· καὶ γὰρ καὶ οἱ μεθύοντες ἀποδείξει καὶ ἔπη λέγουσιν Ἐμπεδοκλέους· ὡσπερ καὶ οἱ ἀρτι μαυθάνοντες παῖδες συνειρούσι μὲν τοὺς λόγους, ἴσασι δὲ οὕτω πρὶν ἐν ἔθει γενέσθαι, καὶ ὡσπερ συμφῶναι, ὅπερ διὰ μακροῦ γίνεται χρόνου· ὡστα καθάπερ τοὺς ὑποκρινόμενους, οὕτως ὑποληπτέον λέγειν καὶ τοὺς ἀκρατευόμενους, οἱ πρόσωπα ὑποκρινόμενοι τὰ ἐν τοῖς ποιήμασιν ἔπη λέγουσι<sup>β</sup> μὲν, ἴσασι δὲ ὧν λέγουσιν οὐδέν.

\*\*\* Ἐτι καὶ τόνδε τὸν τρόπον φυσικῶς ἂν τις συνίδοι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν γινώσκοντες οἱ ἀκρατεῖς τὸ ἄγαθὸν οὐχ αἰροῦνται· ἔστι δόξα καθόλου, καὶ ἔστι δόξα μερικῆ, ἥτις δὴ μερικῆ περὶ τὰ αἰσθητὰ ἔστιν· ὅταν δὲ ἀπὸ τῆς καθόλου καὶ τῆς μερικῆς δόξης ἄλλην τινα συναγάγωμεν δόξαν, ἀνάγκη, εἰ μὲν ἔστιν ἡ δόξα θεωρητικῆ, καταφάναι τὴν διάνοιαν, καὶ πιστεῦσαι ὅτι οὕτως ἔχει· εἰ δὲ ἔστι πρακτικῆ ἡ δόξα, ἀνάγκη πράττειν εὐθύς, ἂν μὴ τις κωλύῃ· οἶον, θεωρητικῆ μὲν δόξα, ὅτι ἐλλέβορος βλαβερόν, ἢ τὸ μέλι γλυκύ, ὅπερ εἰ συναγάγωμεν, πιστεύομεν μόνον, οὐ πράττομεν· πρακτικῆ δὲ, ὅτι τοῦ γλυκέος γεύεσθαι δεῖ· ὅπερ εἰ συναγάγωμεν, πράττομεν καὶ γευσόμεθα· ὅταν οὖν αἱ μὲν δόξαι, καὶ ἡ καθόλου, καὶ ἡ μερικῆ, κελεύσῃ πράττειν τι, οἶον, δεῖ γεύεσθαι τοῦδε, ὅτι τὸδε γλυκύ, τοῦ δὲ γλυκέος γεύεσθαι δεῖ, ἢ δὲ ἐπιστήμη κελεύῃ καὶ ὁ καθόλου λόγος μὴ γεύεσθαι, τύχη δὲ καὶ ἐπιθυμία ἐνοῦσα τοῦ πράγματος, τὸ μὲν ἐκ τούτων συναγόμενον ἐνέργειαν ἔχει, καὶ χρῆται αὐτῷ, τὸ δὲ καθόλου κωλύει γεύεσθαι, ἢ δ' ἐπιθυμία μετὰ τῆς δόξης ἐπὶ τὸ γευστὸν ἄγει· δύναται γὰρ κινεῖν ἕκαστον τῶν μορίων, λέγω δὲ τὰς οἰκείας αἰσθήσεις τῷ ἐπιθυμητῷ, ὅρασι εἰ δρατόν ἔστι τὸ ἡδύ, ὁ πρὸς<sup>ο</sup> ἑαυτὸ ἔλκει, καὶ γεῦσιν τὸ γευστόν· ὡστε

peccat, ineptum judicemus, miremurque vehementer, si talis homo inveniatur : eum autem qui non utitur scientia et peccat, nullo modo.

Præterea non hoc tantum differunt homines rerum scientes, quod alii scientiam quidem habeant eaque utantur, alii habeant quidem, verum non utantur, sed etiam ipsa habendi ratione differunt : neque enim eodem modo scientiam habent rerum scientes : quippe fieri potest, ut homo scientia præditus, tamen scientiam non habeat : qualis est is qui dormit, et furiosus, et temulentus : et hoc quidem modo etiam homines perturbationibus incitati scientiam habent : nam et inebriantur cupiditate et ira furibundi redduntur : et quemadmodum in insanientibus et ebriis usu venit, ita illorum quoque corpora talibus affectibus manifesto mutantur et transfigurantur : nam et colore mutant et vultum, nonnulli autem etiam omnino insaniant : unde apparet, incontinentium scientiam haud secus atque ebriorum et furentium se habere.

Quamvis autem rationes a scientia profectas afferant, ne propterea quidem iis videntur esse dissimiles, quos jam commemoravimus : etenim et ebrii demonstrationes sæpe aut versus Empedoclis recitant : ut etiam pueri, qui nuper didicerunt, connectunt quidem verba, sed nondum intelligunt, antequam assueverint, et quasi cognatum ingenium sibi induerint, quod temporis diuturnitate fit : quare sicut histriones, ita existimandi sunt dicere incontinentes, qui alienam quasi personam agentes poetarum versus recitant, neque quidquam tamen eorum intelligunt, quæ dicunt.

Præterea hoc etiam modo nativa ratione rei causam perspicias, propter quam incontinentes quum norint bonum non tamen expetant : est enim universalis, est et singularis opinio, quæ quidem singularis in rebus sensibilibus versatur : quando autem ex universali et singulari opinione aliam quandam opinionem colligimus, necesse est, siquidem contemplativa sit opinio, animus eam confirmet, remque ita se habere credat : sin activa opinio, necesse est, nisi quis impediatur, animus statim agat : velut, contemplativa opinio est, elleborum noxium esse, aut mel dulcè, quod si colligamus, non agemus sed credemus tantum : at vero quæ dulcia sunt gustanda esse, activa est opinio : quod si colligamus, agemus aliquid, hoc est, gustabimus : quum igitur opiniones tam universalis quam singularis agere aliquid nos jubent, verbi causa hoc gustandum est, quia hoc dulce est, ea autem quæ dulcia sunt gustari oportet, scientia vero et ratio universalis haudquaquam nos gustare jubent, ac tum forte rei ipsius quæ in nobis est accedit cupiditas, id quod ex his colligitur ad effectum adducitur utiturque ea re ; universale enim prohibet nos gustare, cum opinione vero cupiditas nos ad gustandum impellit : quippe singulas movere partes potest, ita voco sensus rei desiderabilis proprios, visum

\* Ἐτι τὸ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην κτλ. — \*\* Τὸ δὲ λέγειν τοὺς λόγους κτλ. — \*\*\* Ἐτι καὶ ὡδὲ φυσικῶς ἂν τις κτλ.

συμβαίνει τὴν ἀκρασίαν ὑπὸ λόγου γίνεσθαι, καὶ δόξης τῆς ἐναντίας τῷ λόγῳ· ἐστὶ δὲ ἐναντία ἡ δόξα τῷ ὀρθῷ λόγῳ οὐ δι' ἑαυτὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν· οὐ γὰρ ἡ δόξα τῇ ἰδίᾳ δυνάμει τοῦ λόγου τοῦ ὀρθοῦ κρατεῖ· ἀδύνατον γὰρ ἐπιστήμης δόξαν περιγενέσθαι· ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς ἐπιθυμίας, ἣ καὶ τὸ σῶμα μεθίστησι καὶ ἄλλοιοι· γίνεται δὲ ἡ ἀκρασία ὑπὸ λόγου καὶ δόξης ἀντιφθεγγόμενης τῷ ὀρθῷ λόγῳ, διὰ τῆς ἐπιθυμίας.

\* Διὰ τοῦτο οὐδὲ τὰ θηρία ἀκρατῆ δύνανται λέγεσθαι, ὅτι οὐκ ἔχουσι λόγον· ὃ ἀντίσταται ἡ ἐπιθυμία, ἀλλὰ φαντασίαν τινὰ τῶν μερικῶν καὶ μνήμη.

\*\* Πῶς δὲ λύεται ἡ ἀγνοία τοῦ ἀκρατοῦς τῆς ἐπιθυμίας σεβασθείσης, καὶ πάλιν γίνεται ὁ ἀκρατὴς ἐπιστήμων καὶ κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἐνεργῶν, ὁ αὐτὸς ἐστὶ λόγος, ὅς ἐστι καὶ ἐν τῷ μεθύοντι καὶ καθεύδοντι· τοῦτο δὲ φυσιολόγων εἰδέναι.

\*\*\* Ὅταν δὲ ἐν τῷ πάθει γένηται ὁ ἀκρατὴς, τὴν ἐλάττω πρότασιν, τὴν κυρίαν τῶν πράξεων, τὴν ὅτι τὸδε κακόν, ἢ οὐκ ἔχει οὐδαμῶς οὐδὲ ἐπίσταται, ἢ οὕτως ἔχει ὥσπερ οἱ μεθύοντες καὶ οἱ μαινόμενοι ἐπητινὰ καὶ ἀποδείξει λέγουσιν· ἄλλως τε, ὅτι οὐδὲ ἡ ἐλάττων πρότασις αὐτῇ καθ' αὐτὴν ἐπιστημονικῇ ἐστίν, ὥσπερ ἡ καθόλου καὶ μείζων.

\*\*\*\* Ὡστε εἰκοιν, ὁ ἐξήτει Σωκράτης συμβαίνει· οὐ γὰρ παρουσίας τῆς κυρίως εἶναι δοκούσης ἐπιστήμης, ἥτις ἐστὶν ἡ καθόλου, γίνεται τὸ πάθος· οὐ γὰρ ταύτης κρατεῖ ἡ ἐπιθυμία· ἀλλὰ τῆς κυρίας τῶν πράξεων, ἥτις ἐστὶν ἡ ἐλάττων καὶ ἡ περὶ τὰ καθ' ἕκαστα· ὁ ταύτην γὰρ διαφθείρει ὁ πράττων, ἥτις ἐστὶ περὶ τὰς πράξεις· καὶ αὕτη περιέλεκεται διὰ τὸ πάθος, οὐχ ἡ καθόλου. Περὶ μὲν οὖν τῆς γνώσεως τῶν ἀκρατῶν, εἰ γινώσκουσιν ὅπως τὸ ἀγαθόν, καὶ πῶς γινώσκοντες ἀκρατεύονται, τσαυτὰ εἰρήσθω.

(Scripsi . \* καὶ] cod. καὶ. — ὁ λέγουσι μὲν] cod. λέγουσιν μὲν. — ὁ ἡδύ, ὁ πρὸς] cod. ἡδύ, πρὸς. — ἂ ἔχουσι λόγον] cod. ἔχουσιν λόγον. — ὁ τὰ καθ' ἕκαστα] τὰ καθ' ἕκαστα. —)

## Κεφ. η'.

Τίς ὁ ἀπλῶς ἀκρατὴς καὶ ὁ ἀπλῶς ἐγκρατὴς.

\*\*\*\* Μετὰ δὲ ταῦτα ρητέον, εἰ ἐστὶ τις ἀπλῶς ἀκρατὴς ἀνευ προσθήκης, ἢ πάντες κατὰ μέρος, ὅσον ἀκρατὴς θυμοῦ καὶ ἀκρατὴς δόξης· καὶ εἰ ἐστὶν ἀπλῶς ἀκρατὴς, λεκτέον περὶ ποιά ἐστὶν ὑποκείμενα.

\*\*\*\*\* Ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονᾶς καὶ λύπας εἰσὶν ἀπαντες οἱ ἐγκρατεῖς καὶ καρτερικοὶ καὶ ἀπλῶς καὶ μερικοί, καὶ οἱ ἀκρατεῖς καὶ μαλακοί, φανερόν.

\*\*\*\*\* Ἐπεὶ δὲ τῶν ἡδέων τὰ μὲν εἰσὶν ἀναγκαῖα, τὰ

videlicet, si spectabile est jucundum illud, quod ad se allicit, et gustum, si gustari potest, quod ad se trahit: ita fit, ut incontinentia a ratione et opinione rationi contraria profisciscatur: est autem non per se, sed propter cupiditatem rectæ rationi contraria opinio: neque enim vi sua propria rectæ rationi imperat opinio: quia fieri nequit, ut scientiam superet opinio: sed vi cupiditatis, quæ corpus quoque mutat et transfigurat: e ratione ergo et opinione rectæ rationi contraria, instigante cupiditate, nascitur incontinentia.

Quocirca ne bestię quidem incontinentes dici possunt, quia rationem cui cupiditas adversatur, non habent, sed visionem quandam singularium et memoriam.

Quo pacto autem restincta cupiditate incontinentis ignorantia depellatur, rursusque scientiam et consequatur incontinens et ad ejus normam agat, si quærat, eandem dicemus ejus rationem esse. quæ est ebriorum et dormientium: hoc autem scire physicorum est.

Quum vero affectibus indulget incontinens, minorem propositionem, et quæ actionum quasi princeps est et domina, hoc nimirum malum esse, aut omnino non habet nec novit, aut ita habet ut ebrii et insani versus ac demonstrationes recitant: sed et propterea quod neque per se propria scientiæ minor propositio est, sicut universalis et major.

Quamobrem videtur illud quod quærebat Socrates evenire: neque enim præsentē ea quæ proprie videtur scientia, quæ universalis est, oritur affectus ille: neque enim ei imperat cupiditas: sed illa, quæ actionum propria est et minor, atque in singulis versatur: namque hanc quæ in actionibus cernitur, corrumpit agens: estque ea quæ impetu rapitur, non autem universalis. Ac de cognitione quidem incontinentium, num omnino norint id quod est bonum, et quomodo, si norint, incontinenter agant, hactenus dictum sit.

## Cap. VIII.

Quis simpliciter continens et simpliciter sit incontinens.

Deinceps dicendum erit, utrum aliquis simpliciter sine ulla adjectione sit incontinens, an omnes ex aliqua parte, ut iræ incontinens aut gloriæ: item si sit aliquis simpliciter incontinens, in quibus rebus versetur, dicendum erit.

In voluptatibus ergo ac doloribus continentes versari omnes ac patientes, tam qui simpliciter quam qui ex parte dicuntur, incontinentes item ac molles, perspicuum est.

Quum vero eorum quæ jucunda sunt, alia necessaria,

\* Ὡστε καὶ διὰ τοῦτο κτλ. — \*\* Πῶς δὲ λύεται ἡ ἀγνοία κτλ. — \*\*\* Ἐπεὶ δὲ ἡ τελευταία κτλ. — \*\*\*\* Καὶ εἰκοιν ὁ ἐξήτει κτλ. — \*\*\*\*\* Cap. 4. Πότερον δὲ ἐστὶ τις κτλ. — \*\*\*\*\* Ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονᾶς κτλ. — \*\*\*\*\* Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὰ μὲν ἀναγκαῖα, κτλ.

οὐκ ἀναγκαῖα μὲν, αἰρετὰ δὲ καθ' ἑαυτὰ καὶ ἡδέα· λέγω δὲ ἀναγκαῖα μὲν, ὧν χωρὶς οὐ δύναται συνεστάναι ἢ τὸ εἶδος καθ' ὅλου· τὸ ἀνθρώπινον, ὡσπερ ὁ γάμος, ἢ τὸ άτομον, ὡσπερ τροφή, ἀνεσις, ὕπνος, καὶ τὰ τοιαῦτα· οὐκ ἀναγκαῖα δέ, αἰρετὰ καὶ ἡδέα δι' ἑαυτὰ, οὐ διὰ τὴν σύστασιν τοῦ ἀνθρώπου, πλούτος, τιμὴ, νίκη, καὶ τὰ τοιαῦτα· συμβαίνει καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἡδέσιν ὑπερβολὰς εἶναι, καὶ ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καὶ ἐν τοῖς δι' ἑαυτὰ αἰρετοῖς, ὅταν τις αὐτοῖς χρῆσται πλέον ἢ δεῖ, καὶ ὁ ὀρθὸς κέλευει λόγος αὐτοῖς χρῆσασθαι.

\* Ὁ μὲν οὖν πρὸς τὰ ἡδέα ὑπερβάλλον τὰ μὴ ἀναγκαῖα οὐ λέγεται ἀπλῶς χωρὶς προσθήκης ἀκρατῆς, ἀλλὰ ἀκρατῆς δόξης, ἢ ἀκρατῆς πλούτου, ὡς ἕτερος ὢν ἐκείνου τοῦ κυρίως καὶ ἀπλῶς ἀκρατοῦς, ὀνομαζόμενος δὲ ἀκρατῆς διὰ τινὰ πρὸς ἐκεῖνον ὁμοιότητα· καθάπερ διαφέρει ὁ ἄνθρωπος ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς<sup>β</sup> τοῦ ἀπλῶς ἀνθρώπου· καὶ γὰρ εἰ καὶ μικρὸν ἐστὶ τὸ διάφορον αὐτῶν, ἀλλ' ὅμως διαφέρει, καὶ ἕτερός ἐστι διὰ τὴν προσθήκην.

\*\* Ὅτι δὲ διάφορός ἐστιν<sup>γ</sup> ἢ περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα ἡδέα ἀκρασία τῆς ἀκρασίας, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ τὴν μὲν ἀκρασίαν ἀπλῶς ψέγεσθαι, καὶ δοκεῖν οὐ μόνον ἀμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ κακίαν, ἢ κυρίως, ἢ κατὰ τι, τὴν δὲ μετὰ προσθήκης ἀκρασίαν οὐ ψέγεσθαι ὡς κακίαν· οἱ μὲν οὖν περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα ἡδέα ὑπερβάλλοντες ἀκρατεῖς λέγονται μετὰ προσθήκης.

\*\*\* Οἱ δὲ περὶ τὰς ἀναγκαῖας καὶ σωματικὰς ἡδονὰς ὑπερβάλλοντες, οὐ κρίνοντες καὶ συντιθεμένου τοῦ λόγου, ἀλλὰ ἀνθισταμένου, καὶ τὰς μὲν ἡδονὰς ὑπερβαλλόντως διώκοντες, περὶ αἷς ἔφαμεν εἶναι τὸν σώφρονα καὶ τὸν ἀκόλαστον, τὰς δὲ λύπας φεύγοντες πλέον ἢ προσῆκεν, οἷον πείνης, δίψης, καὶ ἀλέας, καὶ ψύγους, καὶ πάντων τῶν περὶ ἀφῆν καὶ γεῦσιν, οἱ τοιοῦτοι ἀκρατεῖς λέγονται, οὐ μετὰ προσθήκης, ἀλλὰ ἀπλῶς.

\*\*\*\* Δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀκολάστους λέγεσθαι τοὺς περὶ ταῦτα ὑπερβάλλοντας, τοὺς δὲ περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα ἡδέα ὑπερβάλλοντας, οὐδαμῶς.

\*\*\*\*\* Ὅτι γὰρ περὶ τὰς αὐτὰς σωματικὰς ἡδονὰς συμβαίνει εἶναι τὸν σώφρονα καὶ ἐγκρατῆ, καὶ τὸν ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον, εἰς ταῦτόν τιθεμεν τὸν σώφρονα τῷ ἐγκρατεῖ, καὶ τὸν ἀκόλαστον τῷ ἀκρατεῖ.

\*\*\*\*\* Εἰ καὶ οὐχ ὁμοίως ἔχουσι πρὸς ταύτας τὰς ἡδονὰς· ὁ μὲν γὰρ ἀκόλαστος προαιρούμενος ἐπὶ τὴν ἐπιθυμίαν φέρεται, ὁ δὲ ἀκρατῆς μὴ προαιρούμενος, ἀλλὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἀνθισταμένου· τὸν μὲν οὖν ἀκρατῆ τῷ ἀκόλαστῳ εἰς ταῦτόν τιθεμεν, καὶ τῷ σώφρονι τὸν ἐγκρατῆ, καὶ περὶ τὰ αὐτὰ λέγομεν αὐτοὺς εἶναι, τὸν δὲ περὶ τὰς ἄλλας ἡδονὰς τὰς μὴ ἀναγκαῖας ἀκρατεῖς ἔχοντα, οὐδαμῶς. Εἰ δὲ καὶ περὶ τὰ αὐτὰ ἐστὶν

alia non necessaria sint, sed per se expetenda et jucunda : necessaria autem a me dicuntur, sine quibus constare vel omnino species humana nequit, ut nuptiæ, vel singuli homines, ut cibus, remissio, somnus et alia ejus generis : non necessaria autem, quæ per se expetenda sunt et jucunda, non ita tamen, ut sine iis homo nequeat constare, divitiis, honor, victoria et ejusmodi alia : fit, ut in utroque jucundorum genere quædam sint nimia, tam in iis quæ necessaria sunt, quam quæ per se sunt expetenda, quando aliquis magis quam oportet, aut quam recta ratio præcipit, iis utitur.

Qui ergo in rebus jucundis eorum quæ non necessaria sunt modum excedit, non simpliciter sine ulla adjectione incontinentem vocatur, sed aut gloriæ incontinentem, aut opum, tanquam diversus ab eo qui proprie et absolute incontinentem appellatur, ut qui tantum ob quandam cum eo similitudinem ita nominetur : sicut differt homo Olympiorum victor ab eo qui simpliciter homo est : quamvis enim parva sit eorum differentia, differt tamen diversusque ab eo est propter illam adjectionem.

Differre autem incontinentiam, quæ in rebus jucundis et non necessariis cernitur, ab illa altera incontinentia, vel ex eo apparet, quod quæ absolute dicitur incontinentia vituperatur, neque peccatum solum, sed etiam vitium videri solet, sive proprie, sive alicujus rei respectu, altera vero, cui aliquid adjicitur, non vituperatur ut vitium : qui ergo in rebus simul jucundis simul non necessariis modum transeunt, addita alia voce incontinentes vocantur.

Qui vero necessariis corporis voluptatibus supra modum se dedunt, idque sine judicio, certe non consentiente, sed adversante ratione, easque voluptates vehementer appetunt, in quibus temperantem et intemperantem versari diximus, dolores vero magis vitant quam oportet, ut famis, sitis, æstus, frigoris omniumque quæ in tactu et gustu cernuntur, hi sine ullo aditamento simpliciterque incontinentes appellantur.

Idque vel ex eo intelligitur, quod qui in his modum excedunt, intemperantes nominantur, qui in rebus tum jucundis tum non necessariis, minime.

Quia enim in iisdem corporis voluptatibus temperantem et continentem, item incontinentem et intemperantem versari convenit, eodem loco temperantem et continentem, item intemperantem et incontinentem ponimus.

Quamvis non eodem modo in his voluptatibus se habeant : consulto enim ad cupiditatem fertur intemperans, inconsulto autem, adversante recta ratione, incontinentis : tamen eodem loco cum intemperante incontinentem et cum temperante continentem a nobis ponitur, eosque versari in iisdem dicimus, qui vero in aliis iisque non necessariis voluptatibus incontinentem se gerit, non item. Etsi autem in iisdem cum intemperante volupta-

\* Τούς μὲν οὖν πρὸς ταῦτα κτλ. — \*\* Σημεῖον δὲ κτλ. — \*\*\* Τῶν δὲ περὶ τὰς σωματικὰς κτλ. — \*\*\*\* Σημεῖον δὲ κτλ. — \*\*\*\*\* Καὶ διὰ τοῦτο κτλ. — \*\*\*\*\* Οἱ δ' εἰσι μὲν περὶ ταῦτά, κτλ.

ἡδέα ὁ ἀκρατῆς τῷ ἀκόλαστῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ψέγεται ὁ ἀκόλαστος, ὡς μᾶλλον ταῖς ἐπιθυμίαις δουλεύων· ὁ μὲν γὰρ ἀκρατῆς σφοδροτάτων ἐπιθυμιῶν ἡττᾶται· οὐ γὰρ ἦν ἄλλως, τοῦ ὀρθοῦ ἀνθισταμένου λόγου· ὁ δὲ ἀκόλαστος καὶ μικρῶν καὶ ἀσθενῶν ἐπιθυμιῶν ἡττᾶται, διὰ τὸ μὴ ἀντιπράττειν αὐταῖς τὸν ὀρθὸν λόγον· καὶ ζητεῖ τὰς ὑπερβολὰς, καὶ φεύγει μετρίας λύπας· καὶ εἰ μετρίων κινουσῶν ἐπιθυμιῶν οὕτως εἰς τὰς ὑπερβολὰς φέρεται, τίς ἂν γένοιτο, εἰ προσγένοιτο αὐτῷ ἐπιθυμία νεανική, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀναγκαίων χρεῖας λύπη ἰσχυρά;

[ Scripsi : « καθ' ἑλίου cod. καθόλου. — ὁ νενικῆς ] cod. νενικῆως. — ὁ διάφορός ἐστιν] vulgo διαφορός ἐστιν. — )

## Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς θηριωδίας καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἀκρασίας.

\* Πάλιν τῶν ἡδέων τὰ μὲν ἐστὶ φύσει ἀγαθὰ, τὰ δὲ φύσει κακὰ, τὰ δὲ μεταξύ. Καὶ φύσει μὲν ἀγαθὰ ἡδέα εἰσὶν, ἃ δι' ἑαυτὰ, καὶ οὐ δι' ἄλλα ζητοῦμεν· οἶον, δόξαν, νίκην, υγιείαν· φύσει δὲ κακὰ, οἶον, τὸ φαγεῖν ἄνθρωπον, καὶ πιεῖν αἵματος ἀνθρωπίνου, καὶ ἡ παρὰ φύσιν ἀκολασία· μεταξύ δὲ τούτων, ὅσα δι' ἑαυτὰ μὲν οὐτε ἀγαθὰ εἰσὶν, οὐτε κακὰ, ἀλλὰ χρήσιμα πρὸς τι ἀγαθόν, οἶον, τὰ σιτία, καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ὁ γάμος· τὰ μὲν οὖν φύσει ἀγαθὰ, καὶ τὰ μεταξύ, ἐπειδὴν τις ζητῇ, ἐπαινέται, ἐὰν μὴ υπερβάλλῃ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλ' ὡς προσῆκε ζητῇ.

\*\* Καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ ἐν ἅπασιν οὐκ ἐπαινέτον, ἀλλ' ἡ μὲν ἐν τοῖς φύσει ἀγαθοῖς ὑπερβολὴ ψεκτὸν μὲν οὐκ ἐστὶν οὐδὲ μοχθηρόν, ὅτι τὰ διωκόμενα, ὡς εἰρηται, φύσει εἰσὶν ἀγαθὰ, καὶ δι' ἑαυτὰ ζητοῦνται· ψεκτὸν δὲ ἐστὶ καὶ φαῦλον· τοῦ γὰρ φιλεῖν τοὺς παῖδας, φύσει ὄντος ἀγαθοῦ, φεύγειν δεῖ τὴν ὑπερβολήν, καὶ μὴ καθάπερ ἡ Νιόβη, ἡ καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς ὑπὲρ τῶν τέκνων ἐμάχετο, ἡ ὁ Σάτυρος ὡς θεὸν ἐπικαλούμενος τὸν πατέρα· λίαν γὰρ ἐδόκει μωραίνεσθαι.

\*\*\* Ἄλλ' οὐδὲ ἀκρασία ἐστὶν ἡ τοιαύτη ὑπερβολή. Ἡ γὰρ ἀκρασία οὐ μόνον ψεκτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ψεκτῶν ἐστὶ· λέγεται δὲ καὶ ἀκρασία δι' ὁμοιότητά τινα, ἣν ἔχει περὶ τὴν ἀκρασίαν μετὰ προσθήκης, καθὼς εἴρηται, ἀκρασία κέρδους ἢ ἀκρασία τιμῆς. Καὶ ἀκρατῆς οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ ἀκρατῆς τιμῆς, ἢ φιλοτεχνίας, ἢ τινος τῶν τοιούτων· ὥσπερ κακὸν ἱατρὸν λέγομεν, τὸν παρὰ τὴν ἐπιστήμην χρώμενον τοῖς νοσοῦσι, καὶ κακὸν ὑποκριτὴν, τὸν μὴ ἀκριβῶς μιμούμενον ὃν ὑποκρίνεται, καὶ οὐχ ἀπλῶς κακόν· ὅτι οὐκ ἐστὶ κακία ἡ τοιαύτη παρατροπή, ἀλλ' ἡ καθ' ὁμοιότητα ἢ μετὰ προσθήκης. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὰ φύσει ἀγαθὰ καὶ ἡδέα ὑπερβολὴ οὕτως ἔχει. Ἐν δὲ μεταξύ ἀγαθῶν αἱ

tibus versatur incontinens, magis tamen reprehenditur intemperans, ut qui magis serviat voluptatibus : etenim acerrimis cupiditatibus incontinens frangitur : nam repugnante recta ratione fieri hoc aliter non posset : at vero parvis etiam et exiguis cupiditatibus intemperans servit, quia non adversatur iis recta ratio : ideoque et nimium appetit, et mediocres dolores fugit : quodsi modicis tantum cupiditatibus impulsus ita ad nimium rapitur, qualis tandem futurus sit, si acris et vehemens aliqua cupiditas eum invadat, aut ob rerum necessaria-rum penuriam dolor gravis ?

## Cap. IX.

De feritate et quæ in ea inest incontinentia.

Rursus eorum quæ jucunda sunt, alia natura bona, alia mala sunt, alia media. Et natura quidem bona ea sunt jucunda, quæ per se non propter aliud petimus : ut gloria, victoria, bona valetudo : natura vero mala, ut hominem vorare, sanguinem humanum bibere, et quæ contra naturam est intemperantia : media autem horum, quæ per se nec bona sunt, nec mala sed ad bonum quoddam conducunt, exempli gratia, cibi, vestes, nuptiæ : quæ igitur natura bona sunt et quæ sunt melia, si quis ea ita petat, ut a recta ratione non deflectat, sed decenter petat, laudatur.

Neque enim in omnibus nimia laudantur, sed quod in rebus natura bonis nimium est non quidem vituperatur, nec malum habetur, quia quæ expetuntur, ut dictum est, natura sunt bona et per se quærentur : nihilominus tamen et fugiendum est et malum : verbi causa, quum amare liberos natura sit bonum, vitandum nihilominus in eo genere id quod nimium est, neque agere debemus ut Niobe, quæ cum diis pro liberis suis pugnat, aut Satyrus qui tanquam deum patrem suum invocabat : omnino enim insanire videbatur.

Sed ne incontinentia quidem talis est nimietas. Quippe incontinentia non solum fugienda est, sed etiam in rebus vituperabilibus numeratur : dicitur autem etiam incontinentia propter similitudinem quandam, adjectione facta rei quæ ad ejus similitudinem accedit, ut dictum est, incontinentia lucri aut incontinentia honoris. Et incontinens non simpliciter, sed incontinens honoris, aut amoris quo liberos vel aliud quid prosequitur : sicut malum appellamus medicum, qui contra artis legem curat ægros, et malum histrionem, qui non recte imitatur eum cujus personam sustinet, non autem absolute malum : quia non est vitium hujusmodi aberratio, nisi propter rei similitudinem cum adjectione. Nimis igitur atque immoderatæ rerum natura bonarum et ju-

\* Ἐπεὶ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἡδονῶν κτλ. — \*\* Διὸ ὅσοι μὲν παρὰ τὸν λόγον κτλ. — \*\*\* Μοχθηρία μὲν οὖν κτλ.

ὑπερβολαὶ μοχθηραὶ εἰσι καὶ ψεκταί· ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἀφ' ἑαυτῶν οὐκ ἔχουσι τὸ τοιαῦτα ἢ τοιαῦτα εἶναι, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ τέλους πρὸς ὃ τάττονται, ἢ ἀγαθὰ εἶναι ἢ κακὰ. Καὶ διὰ τοῦτο, ἂν πρὸς τέλος ταχθῶσι μοχθηρόν, μοχθηρὰ εἰσι· τάττονται δὲ εἰς μοχθηρόν τέλος, ὅταν μεθ' ὑπερβολῆς διώκωνται· ὃ γὰρ ὑπερβάλλων ἐν τῇ χρήσει τῶν σιτίων, καὶ τῶν ἐνδυμάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον αὐτοῖς χρώμενος, εἰς τὴν ἀκολασίαν αὐτὰ τάττει. Καὶ διὰ τοῦτο<sup>β</sup> ἢ τοῦτων ἀπάντων ὑπερβολὴ μοχθηρία ἐστὶ. Τινῶν δὲ καὶ ἀπῶς ἀκρασία καὶ χωρὶς προσθήκης, περὶ ἃ καὶ ἡ σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡ ἀκολασία.

\* Τῶν δὲ φύσει κακῶν καὶ ἡδέων οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ μοχθηραὶ εἰσιν, ἀλλ' ἀπῶς αἱ περὶ ταῦτα ἕξεις, αἱ εἰσιν αἱ θηριώδεις· ἄπερ οὐδὲ φύσει ἡδέα εἰσὶ. Τῶν γὰρ ἡδέων τὰ μὲν ἐστὶν ἡδέα φύσει καὶ πᾶσι ζῴοις<sup>α</sup>, οἶον, τροφή, καὶ ὕπνος, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ φύσει μὲν ἡδέα, οὐ πᾶσι δὲ ἡδέα, ὥσπερ ἡ τοιαύτη τροφή, οἶον, τὸ πῶς φαγεῖν ἢ κρέα ἐνίοις τῶν ζῴων<sup>α</sup> φύσει ἡδέα εἰσὶ, τὰ δὲ οὐδαμῶς φύσει ἡδέα, ἀλλὰ ἢ διὰ ἔθνη, ἢ διὰ πηρώσεις, ἢ διὰ μοχθηρίαν φύσεως· ἄτινά εἰσι φύσει κακὰ.

\*\* Περὶ ἃ ἡ θηριότης ἐστίν· οἶον τὴν ἀνθρωπὸν ἐκείνην λέγουσι ποιεῖν, τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν· ἢ οἷς ἤδοντο οἱ ἀπηγγιωμένοι περὶ τὸν Πόντον ἀνθρωποὶ, οἱ μὲν ἰχθύς ὠμούςους ἐσθίοντες, καὶ κρέα ὠμά, οἱ δὲ δαυέζοντας τὰ τέκνα ἀλλήλοισι εἰς εὐχρίαν· ἢ ὁ Φάλαρις ἐποίησε φαγῶν τὸν ἑαυτοῦ παῖδα· τοιαῦτα δὲ τὰ κακὰ καὶ ἡδέα, οὐ φύσει ἡδέα, ἀλλὰ διὰ μοχθηρίαν φύσεως ἡδέα δοκοῦσι ταῦτα. Τοῖς δὲ διὰ πηρώσεις τινὲς ἤδονται, ἢ διὰ μανίαν, ἢ ἄλλην τινὰ νόσον· διὰ μανίαν μὲν, ὥσπερ ὁ μανεὶς καὶ φαγῶν τοῦ συνδούλου ἤπαρ, ἢ ὁ τὴν μητέρα καθιερεύσας καὶ φαγῶν· διὰ νόσον δὲ ὁ ἐσθίων ἀνθρώπων καὶ γῆς· ἐξ ἔθους δὲ γίνεται θηριώδης, ὃ τὰς παρὰ φύσιν ἡδοναῖς ἐκ προοιμίων τοῦ βίου συνεθισθείς, καὶ χαίρων μὲν σιτίοις, οἷς οὐδεὶς ἤδεται ἀνθρώπων μὴ τῶν φυσικῶν ὄρων ἐκστάς, ἀκολασταίνων δὲ τὴν παρὰ φύσιν ἀκολασίαν· τούτων δὲ ἐστὶ καὶ ὁ χαίρων τριγῶν τίλσει, ἢ ἰθύων τρώζει· ταῦτα δὲ καὶ διὰ μοχθηρίαν φύσεως γίνεται.

\*\*\* Ὅσοι μὲν οὖν διὰ μοχθηρίαν φύσεως τοῖς φύσει κακοῖς ἤδονται, οὐκ εἰσιν ἀκρατεῖς· οὐ γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς ὀρθὸς λόγος, ἢ ἀνθίστανται·<sup>ε</sup> ὁμοίως δὲ οὐδὲ ὅσα ἐξ ἔθους, ἢ νοσήματος, ἢ μανίας· ἀλλὰ τὸ ἡδεσθαι τοῖς τοιούτοις ἔξω ἐστὶ παντελῶς τῶν τῆς κακίας ὄρων.

\*\*\*\* Εἰ δὲ τις τούτων τῶν ἐπιθυμιῶν νῦν μὲν κρατεῖ, νῦν δὲ ἡττᾶται, οὐ λέγεται ἀκρατῆς ἀπῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης, οὐδὲ ἐγκρατῆς ἀπῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης· οἶον, ἐγκρατῆς τὴν θηριωδίαν, καὶ ἀκρα-

cundarum cupiditates tales sunt. Nimis autem rerum, quæ in medio sunt, bonarum cupiditates malæ sunt et vituperabiles: quia ejusmodi bona non per se eo valent, ut telia aut talia sint, sed a fine ad quem diriguntur aut bonitatem aut malitiam sumunt. Quocirca, si ad malum finem diriguntur, mala sunt: ad malum autem finem spectant, quando nimis expetuntur: qui enim nimius est in usu ciborum et vestium cæterarumque rerum necessariorum, qui que iis præter rectam rationem utitur, ad intemperantiam ea refert. Quamobrem nimia horum omnium cupiditas malitia est. Quorundam vero simplex, nulla adjectione facta, incontinentia est, in quibus temperantia quoque et intemperantia versantur.

Eorum vero quæ natura mala sunt et jucunda non nimis cupiditates malæ sunt, sed simpliciter eorum habitus, quos ferinos dicimus: quæ quidem nec natura jucunda sunt. Eorum enim quæ jucunda sunt alia natura, et quidem omnibus animalibus jucunda sunt, ut cibus, somnus et reliqua ejus generis: alia natura quidem, sed non omnibus sunt jucunda, velut talis cibus, verbi causa, herbam comedere aut carnes nonnullis animalibus natura jucundum est, alia rursus nequaquam natura, sed vel ob consuetudinem vel mutilationem aliquam, aut naturæ pravitatem sunt jœcunda: quæ natura sunt mala.

In quibus cernitur feritas: exempli gratia, quod de muliere illa narrant, quæ prægnantium ventres discindere, fœtusque earum devorare solebat: vel quibus efferati circa Pontum homines delectabantur, quorum alii pisces crudos comedebant, alii carnes, alii liberos suos inter se mutuos in epulas dabant: aut quod Phalaris faciebat, qui filium suum comedit: talia ergo quæ et mala sunt et jucunda, non natura sunt jucunda, sed ob aliquam naturæ pravitatem jucunda videntur. Alia rursus sunt, quibus ob mutilationem aliquam nonnulli delectantur, aut insaniam, aut alium quandam morbum: insaniam quidem, ut qui insaniam agitata jecur conservi sui devorabat, aut qui matrem immolavit et comedit: morbum vero ut qui carbones comedit et terram: ex consuetudine autem fit belluinus, qui ab ineunte ætate voluptatibus naturæ repugnantibus assuevit, iisque gaudet cibus, quibus nemo omnium hominum delectatur, nisi qui non observatis legibus naturalibus intemperantia quæ est præter naturam gaudet: e quorum numero et illi sunt, qui pilorum evulsione aut unguium rosione delectantur: nam et hæc a naturæ pravitate proficiscuntur.

Quicumque ergo ob naturæ pravitatem rebus natura malis delectantur, non sunt incontinentes: neque enim iis recta ratio est, cui resistant: eodemque modo neque ea, quæ a consuetudine aut morbo aut insaniam proficiscuntur, incontinentiæ tribuenda: sed ejusmodi rebus delectari omnino est extra vitiositatis cancellos positum esse.

Quodsi quis nunc imperat his voluptatibus, nunc servit, non dicitur absolute incontinens, sed cum adjectione, neque absolute continens, sed cum adjectione: verbi causa, continens feritatis, itidemque incontinens:

\* Cap. 5. ἐπει δ' ἐστὶν ἐνια μὲν ἡδέα κτλ. — \*\* Λέγω δὲ τὰς θηριώδεις κτλ. — \*\*\* Ὅσοι μὲν οὖν κτλ. — \*\*\*\* Τὸ δ' ἔχοντα κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι κτλ.

της ὁμοίως· οὐ γὰρ ἐστὶν ἡ θηριώδεια περὶ τὰ αὐτὰ τῇ ἀκολασίᾳ, ὥσπερ ἡ ἀπλῶς ἐγκράτεια· ἡ μὲν γὰρ ἀκολασία περὶ τὰς φυσικὰς ἐστὶν ἡδονὰς ὁμοίως, καὶ ἡ ἀπλῶς ἐγκράτεια, ἡ δὲ θηριώδεια περὶ τὰς παρὰ φύσιν.

\* Πᾶσα μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσα κακία, καὶ ἀφροσύνη, καὶ δειλία, καὶ ἀκολασία, καὶ χαλεπότης, αἱ μὲν θηριώδεις, αἱ δὲ νοσηματώδεις εἰσὶν. Ὁ μὲν γὰρ φύσει τοιοῦτος, οἷος δεδιέναι πάντα, κἂν ἴψοφῆση μῦς, θηριώδῃ δειλίᾳ δειλός· νοσηματώδης δὲ, οἷος ἦν ὁ δεδιὼς τὴν γαλῆν διὰ νόσον· καὶ ἐπὶ τῆς ἀφροσύνης οἱ μὲν ἐκ φύσεως ἀλόγιστοι καὶ μόνῃ αἰσθήσει ζῶντες, ὥσπερ τινὰ ἑ γένη τῶν πόρρω βαρβάρων, θηριώδῃ ἀφροσύνην ἀφρονες· οἱ δὲ διὰ νόσους ἐπιληπτικὰς ἡμανίας, νοσηματώδεις.

\*\* Ταύτας δὲ τὰς ἔξεις δυνατὸν καὶ ἔχειν καὶ μὴ κρατεῖσθαι. ὑπ' αὐτῶν· ὥσπερ εἰ Φάλαρις ἐκράτει τῆς ἐπιθυμίας, ἐπιθυμῶν παιδίου φαγεῖν, δυνατὸν δὲ καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν.

\*\*\* Τὴν γοῦν τοιαύτην ἀκρασίαν καὶ ἐγκράτειαν οὐχ ἀπλῶς ἀκρασίαν καὶ ἐγκράτειαν ἐροῦμεν, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης, καθὼς ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἴρηται, ἀκρασία θηριώδης, ἢ ἀκρασία νοσηματώδης, καὶ ἐγκράτεια θηριώδους κακίας, ἢ ἐγκράτεια νοσηματώδους κακίας· ἀκρασία δὲ ἀπλῶς, ἡ περὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολασίαν μόνῃ.

\*\*\*\* Ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία καὶ ἐγκράτεια ἐστὶ μόνον, περὶ ἀπὲρ ἀκολασία καὶ σωφροσύνη, καὶ ὅτι ἡ περὶ τὰ ἄλλα ἡδέα ἄλλο τι ἢ εἶδος ἐστὶν ἀκρασίας κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον καὶ οὐ κυρίως, εἴρηται.

[Scripsi : a ἀλλ' ἢ καθ' ὁμοιότητα] cod. ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα. — τοῦτο] cod. τοῦτο. — ζῳοις] cod. ζῳοις. — ζῳων] cod. ζῳων. — ἀνθίστανται] cod. ἀθίστανται. — κἂν] cod. κἂν. — ὥσπερ τινὰ] cod. ὥσπερ τινὰ. — ἄλλο τι] cod. ἄλλο τι. — )

## Κεφ. ι'.

Ἅτι ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἀκρασία ἀσχιῶν τῆς θυμοῦ.

\*\*\*\*\* Ζητητέον δὲ ὁποῦρα ἀκρασία τῆς ἐτέρας ἀσχιῶν, ἢ τῶν ἐπιθυμῶν ἢ τῆς τοῦ θυμοῦ. Δοκεῖ δὲ ἡ τῶν ἐπιθυμῶν ἀσχιῶν εἶναι τῆς τοῦ θυμοῦ ἀκρασίας. Ὁ μὲν γὰρ θυμούμενος οὐ πάντῃ παρακούει τοῦ λόγου, ἀλλὰ κατὰ τι καὶ ὑπακούει καὶ παρακούει, καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἱ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ προστατόμενον ἐκθέουσιν, εἴτα διαμαρτάνουσι τῆς προσταξέως· ἢ ὥσπερ οἱ κύνες, πρὶν σκέψασθαι εἰ φίλος ἢ προσίων, πρὸς τὸν φόρον μόνον ὑλακτοῦσιν· οὕτω ἢ καὶ ὁ θυμὸς διὰ θερμότητα καὶ ταχυτητα τῆς φύσεως ἀκούσας τοῦ λόγου μόνον, οὐκ ἐπίταγμα δὲ ἀκούσας,

neque enim feritas in iisdem versatur, in quibus intemperantia cernitur, sicut simplex continentia : nam intemperantia æque ac simplex continentia in naturalibus voluptatibus vertitur, in iis autem quæ naturæ repugnant feritas.

Omnis enim modum excedens vitiositas et amentia et timiditas et intemperantia et sævitia partim ferina est, partim morbosa Nam qui natura talis est, ut omnia extimescat, etiamsi mus stridorem ediderit, ferina quædam timiditate timidus est : morbo autem talis qui felem morbo affectus metuebat : eademque amentia ratio est : nam qui natura stulti et inconsiderati sunt sensuque duntaxat vivunt, quemadmodum nonnullæ longinquoꝝ barbarorum nationes, ferina laborant amentia : qui vero propter morbos comitiales vel furores, ii morbosus sunt.

Potest autem fieri, ut huiusmodi habitum gerat quidem aliquis, sed eo non vincatur : velut si Phalaris, filium comedere cupiens, cupiditatem coereret ; verum fieri etiam potest, ut habitu et illa cupiditate frangatur.

Talem igitur tum incontinentiam tum continentiam non absolute incontinentiam et continentiam appellabimus, sed cum adiectione, quemadmodum supra diximus, ferinam aut morbosam incontinentiam appellamus, et ferini vitii aut morbosus continentiam : simplex autem incontinentia sola ea est, quæ in humana intemperantia versatur.

Incontinentiam igitur et continentiam in iis tantum versari, in quibus intemperantia quoque et temperantia vertitur, tum illam quæ in reliquis voluptatibus cernitur, aliam esse speciem, quæ figurate ac non proprie incontinentia vocatur, diximus.

## Cap. X.

Cupiditatum incontinentiam iræ incontinentia fœdior esse.

Videndum autem, utra sit fœdior incontinentia, cupiditatum nempe an iræ. Videtur vero cupiditatum esse fœdior quam iræ incontinentia. Qui enim irascitur, non omnino rationi non obtemperat, sed ex parte et obtemperat et non obtemperat, quemadmodum festinantes solent servi, qui prius quam totum id quod mandatur audierint procurrant, atque ita negligenter rem mandatam gerunt : aut ut canes, qui priusquam animadverterint, sitne amicus qui advenit, ad strepitum solum latrant : sic et ira propter fervorem et celerem naturæ motum audit illa quidem rationem, sed imperio non

\* Πᾶσα γὰρ ὑπερβάλλουσα κακία κτλ. — \*\* Τούτων δ' ἐστὶ μὲν ἔχειν κτλ. — \*\*\* Ὅσπερ οὖν καὶ μοχθηρία κτλ. — \*\*\*\* Ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία κτλ. — \*\*\*\*\* Cap. 6. Ὅτι δὲ καὶ ἤττον ἀσχερὰ κτλ.



δρμᾶ πρὸς τὴν τιμωρίαν. Ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς ἢ ἡ φαντασία τοῦτο δείκνυσσι μόνον, ὅτι οὗτος ὑβρίζει, ἢ καταφρονεῖ, ἢ ζημιοῖ· ὁ δὲ θυμὸς, ὡσπερ συλλογισάμενος ὅτι δεῖ τῷ τοιοῦτῳ πολεμεῖν, εὐθὺς χαλεπαίνει. Οὗτω μὲν οὖν ὁ θυμὸς ἐπιτεταί κατά τι τῷ λόγῳ· ἢ δὲ ἐπιθυμία, ἐὰν μόνον εἴπῃ ἢ αἰσθήσῃ, ἢ ὁ λογισμὸς διεσθαρμένον ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως, ὅτι τόδε ἡδύ, δρμᾶ εὐθὺς πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν· ὡσθ' ὁ μὲν θυμὸς ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ πως, ἢ δὲ ἐπιθυμία οὐ. Αἰσχιῶν οὖν διὰ τοῦτο ὁ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἀκρατῆς τοῦ πρὸς θυμόν· ὁ μὲν γὰρ ἀκρατῆς τοῦ θυμοῦ κρατεῖται ὑπὸ λόγου τρόπον τινα, ὁ δὲ τῆς ἐπιθυμίας ἀκρατῆς ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας κρατεῖται.

\* Ἐτι ταῖς μᾶλλον φυσικαῖς ὀρέξεσιν ἀκολουθεῖν κουφότερον κακὸν τοῦ ἐπιθυμίας ταῖς ἤττον φυσικαῖς· μᾶλλον γὰρ ἀξιοῦται τὸ τοιοῦτον συγγνώμης· ἀλλὰ ἢ τοῦ θυμοῦ ἀκρασία φυσικώτερον τῆς ἀκρασίας τῶν ἐπιθυμιῶν λέγω δὲ τῶν μὴ ἀναγκαίων ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ὑπερβαλλουσῶν, ὅσον χρημάτων καὶ δόξης· ὡστε ἀνεκτότερον κακὸν ἢ τοῦ θυμοῦ ἀκρασία τῆς τῶν ἐπιθυμιῶν, ὅτι δὲ τὸ μᾶλλον φυσικὸν μᾶλλον συγγνωστόν, δῆλον. Ἐγκαλούμενος γὰρ τις ὅτι τύπτει τὸν πατέρα, ἀπελογεῖτο φυσικὸν αὐτῷ εἶναι τὸν θυμὸν τὸν τοιοῦτον, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ἀκρασίαν, καὶ γὰρ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ τοιοῦτον εἶναι πατραλοῖαν, καὶ ἔτι τὸν πάππον, καὶ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἔσεσθαι, καὶ τυπησείν αὐτὸν ἐπειδὴ ἀνὴρ γέννηται· καὶ τις ἐλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ ἐκέλευεν αὐτὸν πρὸς ταῖς θύρας παύεσθαι. Καὶ γὰρ ἐγὼ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν εἴλωσα, φησί, μέχρῃς ἐνταῦθα φαίνεται τοίνυν ὅτι ἀπολογίαν τινα δίδωσι τοῖς αἰσχροῖς, τὸ πεφυκέναι πρὸς αὐτά, καὶ ἀνεκτότερον ποιεῖ τὸ ἐγκλημα. Ὅτι δὲ καὶ φυσικώτερον ἢ τοῦ θυμοῦ ἀκρασία τῆς τῶν ἐπιθυμιῶν, δῆλον· ἀπλῶς γὰρ θυμοῦσθαι φυσικώτερον ἐστὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν τῶν μὴ ἀναγκαίων· τὸ μὲν γὰρ θυμοῦσθαι διὰ σωτηρίαν τῆς φύσεως ἐνετέθη τῇ φύσει, ἵνα τὸ βλαβερὸν ἀποσειήται, καὶ εἰς τοῦτο φέρεται· ἢ δὲ τῶν μὴ ἀναγκαίων ἐπιθυμία οὐκέτι, ἐστὶ γὰρ καὶ ἀνευ νίκης ἢ τιμῆς διασώζειν τὴν φύσιν· διὰ τοῦτο καὶ κοινότερον τὸ θυμοῦσθαι τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν μὴ ἀναγκαίων· τὸ μὲν γὰρ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ πᾶσι ζώοις· πρόσεστιν, αἱ δὲ οὐδὲ πᾶσιν ἀνθρώποις. Ἐπεὶ δὲ τὸ θυμοῦσθαι τῶν τοιοῦτων ἐπιθυμιῶν φυσικώτερον, καὶ αἱ ὑπερβολαὶ τοῦ θυμοῦ φυσικώτεροι τῆς τῶν ἐπιθυμιῶν ὑπερβολῆς, ἢ ἄρα τοῦ θυμοῦ ἀκρασία φυσικώτερον, καὶ διὰ τοῦτο ἤττον αἰσχυρὰ τῆς ἐπιθυμίας.

\*\* Ἐτι τῶν ἀδίκων οἱ ἐπιβουλότεροι ἀδικώτεροι. Ἐπιβουλότερα δὲ ἢ ἐπιθυμία τοῦ θυμοῦ· ἀδικώτερα ἄρα. Ὅτι δὲ ἐπιβουλότερα, δῆλον. Αἰσχυρῶς γὰρ εἰσέρχεται, καὶ οὐκ ἀθρόον, ὡσπερ ὁ θυμὸς· καὶ οἱ θυμούμενοι φανεροὶ εἰσιν, οἱ δὲ ἐπιθυμοῦντες οὐ πάνυ φαίνονται, ὅτι λάθρα πως καὶ δόλῳ κλεπτόμε-

exaudito ad poenas repetendas omni impetu fertur. Ratio quippe aut imaginatio hoc solum ostendit, istum hominem injuriam inferre, contemnere aut detrimentum importare: ira vero, perinde ac si ratiocinando concluderit, huic tali bellum inferri oportere, continuo excaescit. Atque ita quidem aliqua ex parte ira sequitur rationem: cupiditas autem, si sensus modo aut corrupta sensu ratio, hoc vel illud jucundum esse dixerit, statim ad perfruemam voluptatem incitatur: ita rationem ira quodammodo sequitur, cupiditas vero minime. Quocirca etiam foedior est, qui cupiditatis, quam qui iræ est incontinens: qui enim iræ incontinens est, ratione quadantenus vincitur, qui cupiditatis autem, cupiditate superatur.

Præterea appetitiones magis naturales sequi, levius est malum quam eas quæ minus sunt naturales: quia venia dignius tale quid judicatur: jam vero magis naturalis iræ quam cupiditatum incontinentia est: cupiditates autem minime necessarias et immoderatas opum, exempli gratia, vel gloriæ cupiditates intelligo: quare tolerabilius malum est iræ quam cupiditatum incontinentia, illud autem quod magis naturale est, venia etiam dignius esse apparet. Nam qui patrem verberare arguebatur, ita se excusabat, ut diceret, naturalem sibi esse talem iram et ejus incontinentiam; etenim et patrem suum hujusmodi parentis pulsatores fuisse et avum, quin etiam filium suum talem fore, ubi adolevisset, ut se verberibus cæderet: et alius quidam, qui quum a filio traheretur, ad fores eum desistere jubebat. Nam et ego, inquit, patrem meum hucusque traxi: patet igitur, turpia quodammodo excusari, si quis ad ea natus sit et levius hoc pacto fieri crimen. Esse autem magis naturalem iræ quam cupiditatum incontinentiam, manifestum est: simpliciter quippe irasci magis naturale est, quam res non necessarias appetere: nimirum ira ad naturæ conservationem hominibus insita est, ut omne damnum amoliat, et huc tendit: eorum vero quæ non necessaria sunt cupiditas, non item; nam et sine victoria aut sine honore conservari natura potest: ideoque ira etiam magis communis est quam cupiditates non necessariæ: illa enim omnibus et hominibus inest et animalibus, hæc vero ne omnibus quidem hominibus. Quum autem ira magis naturalis sit quam ejusmodi cupiditates, et nimis iræ ardor magis naturalis sit, quam immoderatae cupiditates, sequitur iræ incontinentiam magis naturalem, ideoque minus foedam esse quam cupiditatum incontinentiam.

Præterea inter injustos quo quis insidiosior, eo injustior est. Insidiosior autem, quam ira, cupiditas est: ergo et injustior. Sed insidiosiore eam esse apparet. Occulte enim subit, non cum impetu, quemadmodum ira: et qui irascuntur, aperte id faciunt, qui vero concupiscunt, non admodum aperte, quia furtim quodam-

\* Ἐτι ταῖς φυσικαῖς κτλ. — \*\* Ἐτι ἀδικώτεροι οἱ ἐπιβουλότεροι κτλ.

νοι ἐπιθυμοῦσι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ δόλω τινὶ καὶ κλοπῇ ἐπὶ τὰ ἐπιθυμητὰ φέρονται· ὅθεν καὶ Ὀμηρός φησι τὴν Ἀφροδίτην δολοπλόκον, καὶ τὸν κεστὸν ἱμάντα διὰ τοῦτο τῇ Ἀφροδίτῃ ἀνατιθέασι, τὸ ποικίλον ὑποφαίνοντες τῆς ἐπιθυμίας· καὶ τὸ

Πάρρασις, ἥτ' ἐκλεψε νόον πύκα περ<sup>a</sup> φρονούντων·

εἰς τοῦτο φέρει. Ὡστε εἴπερ ἀδικωτέρα ἢ τοιαύτη ἐπιθυμία, καὶ αἰσχίων τῆς τοῦ θυμοῦ καὶ ἢ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀκρασία<sup>o</sup> ἐστὶ· καὶ κυρίως ἀκρασία καὶ ἢ ἀκολασία, ἥτις ἐστὶ κυρίως κακία.

\* Ἐτι οὐδεὶς λυπεῖται ταῖς ἀτόποις ἐπιθυμίαις ἀκολουθήσας, πᾶς δὲ ὀργιζόμενος λυπεῖται· κακίζεται δὲ μᾶλλον ὅς ἐν τῷ ποιεῖν τὸ κακὸν ἤδεται, ἢ ὅς ἐν τῷ ποιεῖν τὸ κακὸν λυπεῖται· ὁ γὰρ λυπούμενος δοκεῖ τινα διδόναι δίκην ὧν ἀμαρτάνει, καὶ διὰ τοῦτο ἤττον κακίζεται· ὁ ἄρα ἀτόποις ἀκολουθῶν ἐπιθυμίαις μᾶλλον κακίζεται δικαίως ἢ ὁ θυμούμενος· χειρόν ἄρα κακὸν ἢ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀκρασία τῆς τοῦ θυμοῦ· οἷς γὰρ ὀργίζεσθαι δικαιοτέρον, ταῦτ' ἀδικώτερα. Ὅτι μὲν οὖν αἰσχίων ἢ τῆς ἐπιθυμίας ἀκρασία τῆς τοῦ θυμοῦ, καὶ ὅτι ἐστὶν ἡ ἐγκράτεια καὶ ἀκρασία περὶ ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς σωματικὰς, ὅηλον ἐκ τῶν εἰρημίων.

(Scripsi :<sup>a</sup> οὕτω] cod. οὔτω. —<sup>b</sup> οὐκέτι] cod. οὐκ ἐτι. —<sup>c</sup> ζώοις] cod. ζώοις. —<sup>d</sup> πύκα περ] ex Iliad. lib. XIV, 217; vulgo πύκαπερ. —<sup>e</sup> ἀκρασία ἐστὶ] vulgo ἀκρασία ἐστὶ. —)

#### Κεφ. ια'.

Τίσι διαφέρουσι ἀλλήλων ἐγκράτεια καὶ καρτερία, καὶ σωφροσύνη καὶ αἱ ἀντικείμεναι κακίαι.

\*\* Νῦν δὲ ἔτι θεωρήσωμεν τὰς διαφορὰς σωφροσύνης, καὶ ἐγκρατείας, καὶ καρτερίας, καὶ τῶν ἀντικειμένων ταύταις, ἀκολασίας, ἀκρασίας καὶ μαλακίας. Τῶν γὰρ σωματικῶν ἡδονῶν αἱ μὲν εἰσιν ἀνθρωπικαί, αἱ δὲ θηριώδεις, αἱ δὲ νοσηματώδεις· ἀνθρωπικαὶ μὲν τοιαῦται, οἷαι τέρπειν φύσει τὸν ἄνθρωπον, τοσαῦται, ὅσαις χαίρει ἄνθρωπος ἢ ἀγαθὸς ἢ κακὸς τὴν ἀνθρωπίνην κακίαν· οἷον ἐπὶ πλοῦτῳ, ἢ δόξῃ, ἢ τροφῇ, ἢ γάμῳ· ὁ γὰρ ἡδόμενος καὶ διώκων, ἢ ὡς δεῖ, ἢ ἑλλείπων, ἢ ὑπερβάλλων τὸν λόγον, οὐ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὁ τοιοῦτος ἤδεται τὴν ἀνθρωπικὴν ἡδονήν· θηριώδεις δὲ αἱ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης ἐκπίπτουσαι κατὰ τὴν ποιότητα, καὶ κατὰ τὴν ποσότητα· καὶ αἱ ὑπερβολαὶ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἡδονῶν, ὅταν ὑπερβάλλωσιν ἑαυτάς, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὄρων ἐκτὸς γένηνται, θηριώδεις εἰσὶ· νοσηματώδεις δὲ αἱ διὰ νόσον, ἢ μανίαν ὑπερβάλλουσαι τὴν ἀνθρωπίνην ἡδονήν, καὶ αἱ παρὰ φύσιν· καὶ ὅπως, καθὼς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διήρηται περὶ τῆς θηριώδους ἡδονῆς, περὶ ταύτας τὰς ἡδονὰς παραπλήσια εἰσιν ἕξεις.

modo ac dolose et occulte concupiscunt : ac propterea dolose quoque ipsi et furtim ad res desiderabiles feruntur : unde et Homerus Venerem dolosam appellat, ideoque ei acu pictum cingulum tribuunt, cupiditatum varietatem indicantes : et illud :

*blandiloquentia scilicet, quæ furtim surripit mentem*  
[etiam prudentium,

huc spectat. Quare si injustior ejusmodi cupiditas est, etiam sædior cupiditatis quam iræ incontinentia habetur : proprieque incontinentia quoque intemperantia est, quæ proprie vitiositas dicitur.

Præterea eorum qui absurdis obtemperant voluptatibus nemo dolet : at omnis homo iratus dolet : jam vero vituperatur magis qui rebus improbe factis lætatur, quam qui dolet : quia is qui dolet aliquam delicti sui pœnam dare videtur, et idcirco minus objurgatur : quapropter qui absurdis voluptatibus obtemperat, justius quam qui succenset vituperatur : majus ergo malum cupiditatis quam iræ incontinentia est : propter quæ enim justius irascimur, ea injustiora sunt. Turpiorem igitur cupiditatem esse, quam iræ incontinentiam, ac præterea tam continentiam quam incontinentiam in cupiditatibus et corporis voluptatibus cerni, ex iis quæ diximus intelligitur.

#### Cap. XI.

Quomodo continentia et patientia, temperantia item et opposita vitia inter se differant.

Jam vero etiam temperantiæ et continentis, item patientis et quæ his altera ex parte respondent, intemperantiæ, incontinentis et mollitiei discrimina videamus. Nam corporis voluptates aliæ humanæ, aliæ ferinæ, aliæ morbosæ sunt : et humanæ tales quidem, ut natura delectent hominem, lot vero quot sunt quibus lætatur homo vel bonus vel vitiositatis humanæ respectu malus : quales sunt divitiæ, gloria, cibus aut nuptiæ : qui enim iis gaudet easque consecatur, vel ut oportet, vel minus, aut etiam magis quam oportet, dummodo rectam rationem non naturam suam excedat, talis humana voluptate delectatur : ferinæ vero, quæ humanam naturam qualitate sua et quantitate excedunt : quare et humanarum voluptatum excessus, quum se ipsæ superant, et humanos terminos egrediuntur, ferini sunt : morbosæ autem, quæ ob morbum aliquem aut insaniam humanam voluptatem superant, et quæ præter naturam sunt : omninoque, ut supra, quum de ferina egimus voluptate, distinximus, similes quoque in his voluptatibus sunt habitus.

\* Ἐτι οὐδεὶς ὀργίζει κτλ. — \*\* Αὐτῶν δὲ τούτων τὰς διαφορὰς κτλ.

\* Ἄλλ' ἡ σωφροσύνη καὶ ἀκολασία περὶ τὰς ἀνθρωπικὰς μόνον εἶσι. Διὸ καὶ τὰ θηρία οὐ λέγομεν σώφρονα, οὐδὲ ἀκόλαστα, εἰ μὴ που κατὰ μεταφορὰν, καὶ οὐ κυρίως· καὶ τότε δὲ λέγομεν σώφρονα, ἢ ἀκόλαστα θηρία, συγκρίνοντας πρὸς ἄλληλα· ἔχουσι γὰρ τινα διαφορὰν περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς· καὶ τὰ μὲν μᾶλλον χαίρουσι τοῖς τοιούτοις, τὰ δὲ ἤττον, κυρίως δὲ οὐ λέγονται ἀκόλαστα ἢ σώφρονα, ὅτι οὐδαμῶς ἔχουσι λόγον, ἀλλὰ πάντα ἡ φύσεως ταύτης ἀφίστηκεν, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων.

\*\* Διὰ τοῦτο καὶ ἔλαττον κακὸν ἡ θηριότης τῆς ἀνθρωπίνης κακίας, ἢ καὶ φοβερώτερον. Ἡ μὲν γὰρ ἀνθρωπίνη κακία τὸ βελτιστόν τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ διαφθείρει, δῆλον ὅτι τὸν λόγον, ἡ δὲ θηριότης οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἔχει λόγον· ὥσπερ καὶ τὸ ἀψυχον κακὸν ἔλαττον τοῦ ἐμψύχου κακοῦ· τὸ γὰρ κακὸν τὸ ἔχον ἀρχὴν, ἥτις αὐτὸ κινεῖ, βλαβερώτερον τοῦ μὴ ἔχοντος· τὸ γὰρ ἀκίνητον κακὸν ἀνεκτότερον τοῦ κινουμένου κακοῦ, καθ' ὅσον· ἔλαττον δύναται δρᾶν· ὥσπερ οὖν τὸ ἐμψυχον κακὸν χεῖρον τοῦ ἀψύχου, ὅτι ἔχει ἀρχὴν ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν, ἥτις αὐτὸ κινεῖ, οὕτω καὶ τὸ λογικόν, ὅτι τοῦ ἀλόγου μᾶλλον ἀρχὴν ἔχει, βλαβερώτερον καὶ χεῖρον· μυριοπλάσια γὰρ ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον ἔχώμεθα δὲ τῶν προκειμένων.

\*\*\* Ἔστι μὲν οὖν περὶ ἕκαστον γένος τῶν προσηρημένων ἰδίαι τις ἕξις. Περὶ δὲ τὰς ἀνθρωπικὰς ἡδονὰς καὶ λύπας ἐστὶ μὲν ἡ σωφροσύνη, ὡς προσηρηται, ἐστὶ δὲ ἡ ἐγκράτεια, καὶ ἡ καρτερία, καὶ αἱ ἀντικείμεναι ταῦται· λέγου δὲ ἀνθρωπικὰς ἡδονὰς καὶ λύπας, περὶ αἷς ἡ σωφροσύνη, ὅσαι ἀφῆ καὶ γέυσει προσήκουσι. Τούτων δὲ οἱ μὲν ἠττώνται μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί, καὶ πρὸς αὐτὰς φέρονται, ὡς ὀλίγοι μοχθηροί· οἱ δὲ κρατοῦσιν οὖν οἱ πολλοὶ ἠττώνται. Ἐπεὶ δὲ λύπαι εἰσι καὶ ἡδοναὶ ὧν ἠττώνται καὶ κρατοῦσιν, οἱ μὲν τῶν ἡδονῶν κρατοῦντες ἐγκρατεῖς εἰσι, ἢ καὶ οἱ ἠττώμενοι ἀκρατεῖς, οἱ δὲ τῶν λυπηρῶν κρατοῦντες, ὥστε μὴ κινεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, καρτερικοί, καὶ οἱ ἠττώμενοι καὶ ῥαδίως ὑπ' αὐτῶν κινούμενοι, μαλακοί· τὰ πλεῖστα δὲ οἱ ἄνθρωποι οὕτε καρτερικοὶ εἰσιν οὕτε μαλακοί, ἀλλὰ μεταξὺ, εἰ καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ῥέπουσι μᾶλλον· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἕξεων ἔχει· πάλιν δὲ διοριστέον περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον.

\*\*\*\* Ἐπεὶ γὰρ αἱ μὲν τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαι εἰσιν, αἱ δὲ οὐκ, ἢ ἐβρίθη δὲ περὶ αὐτῶν πρότερον τίνες ἡδοναὶ καὶ μέγρι τίνος ἀναγκαῖαι εἰσιν· αἱ δὲ ὑπερβολαὶ οὐκ εἰσιν ἀναγκαῖαι, οὐδὲ ἐλλείψεις, ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἐπιθυμίαι καὶ αἱ λύπαι ἔχουσιν· ὁ μὲν τὰς ὑπερβολὰς διώκων τῶν ἡδονῶν, καὶ ἡ τὰς φύσει μεγάλας αἰετῶν ἡδονὰς, ἢ τὰς φύσει μετρίας ὑπερβαλλόντως ζητῶν, οὐχ ἔλκόμενος βιαιῶς πρὸς αὐτῶν, ἀλλὰ μετὰ

At in humanis temperantia tantum et intemperantia versatur. Quapropter et feras nec temperantes neque intemperantes dicimus, nisi forte figurate, non autem proprie. ac tum feras inter se comparatas temperantes aut intemperantes appellamus. nam et illæ, quantum ad corporis voluptates, aliquo modo inter se differunt: siquidem aliæ magis, aliæ minus talibus gaudent, proprie autem neque intemperantes nec temperantes nominantur, quia nequaquam ratione sunt præditæ, sed omnino ab hac natura desciverunt, sicut homines insani.

Quamobrem minus quoque malum feritas est, quam vitiositas humana, alioquin etiam terribilior. Quippe humana vitiositas id quod in homine optimum est corrumpit, rationem videlicet, feritas vero minime: nec enim habet rationem: sicut et inanimatum malum animato malo minus est malum: namque malum illud quod habet principium, cujus pulsu agitur, damnosius est eo quod principio caret: siquidem immotum malum moto malo tanto tolerabilius habetur, quanto minus efficere potest: quemadmodum ergo malum animatum inanimato malo pejus est, quia principium in se a quo movetur, ipsum nempe animum, habet: sic etiam id quod ratione est præditum, quia magis quam id quod ratione caret principium habet, damnosius et pejus est: infinitis certe partibus plura mala intulerit homo improbus quam fera. Et hæc quidem hactenus: sed reliqua, quæ nobis proposita sunt, persequamur.

In singulis ergo, quæ supra commemoravimus, generibus singuli quoque sunt habitus. In voluptatibus autem humanis et doloribus temperantia, ut diximus, item continentia et patientia versatur, et quæ his oppositæ sunt: humanas vero voluptates eas voco et dolores, in quibus temperantia cernitur, quæ sub tactum et gustatum cadunt. Ab his autem alii magis vincuntur, quam vulgus, et ad eas feruntur, sicut pauci improbi: alii vero eas superant, a quibus vulgus superatur. Sed quum dolores sint et voluptates a quibus superantur et quas superant, qui voluptates superant continentes, qui ab iis superantur, incontinentes sunt: qui vero ita res molestas vincunt, ut iis non moveantur, patientes et qui vincuntur facilię iis moventur, molles appellantur: plerumque tamen neque patientes neque molles sunt homines, sed in medio horum, quamvis ad pejorem partem magis vergant: eodemque modo et in aliis habitibus se res habet: sed de iis rursus accuratius disputandum erit.

Nam quoniam voluptates aliæ necessariæ sunt, aliæ non necessariæ: (jam ante enim quæ et quatenus necessariæ sint voluptates diximus:) earum vero neque nimium neque parum sunt necessaria, eodemque modo cupiditates quoque et dolores se habent: qui voluptates immoderatas sequitur, et aut eas quæ natura magnæ sunt semper requirit, aut quæ natura sunt mediocres supra modum petit, ita tamen, ut haudquaquam vio-

\* Τούτων δὲ περὶ τὰς πρώτας σωφροσύνη κτλ. — \*\* Ἐλαττον δὲ θηριότης κτλ. — \*\*\* Cap. 7. περὶ δὲ τὰς δι' ἀφῆ καὶ γεύσεως κτλ. — \*\*\*\* Ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαι εἰσιν κτλ.

προαιρέσεως ἐπ' αὐτὰς τρέγων, οὐ δι' ἄλλο τι, ἰ δόξαν, φέρε εἰπεῖν, ἢ κέρδος, ἀλλὰ αὐτὰς δι' ἑαυτάς, ἀκόλαστος· τὸν τοιοῦτον γὰρ ἀνάγκη μὴ μεταμέλεισθαι μετὰ τὴν ἡδονήν, καὶ διὰ τοῦτο ἀνίατος εἶναι· ὁ γὰρ ἀμεταμέλητος ἀνίατος· τοιοῦτος δὲ ὁ ἀκόλαστος· ὁ δὲ ἔλαττον τοῦ δέοντος τὰ τοιαῦτα ζητῶν, ὁ ἐκ διαμέτρου ἀντικείμενος, ὅς ἐστιν ἀναίσθητος· ὁ δὲ μέσος ὁ σώφρων ἐστίν. Οὐ μόνον δὲ ὁ διώκων τὰς σωματικὰς ἡδονάς, ὅν εἰρηται τρόπον, ἀκόλαστος ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ὁ φεύγων τὰς σωματικὰς λύπας, οὐχ ἠτῶμενος αὐτῶν, ἀλλὰ προαιρούμενος ὁμοίως ἀκόλαστος ἐστίν. Ἰῶν δὲ ἀπροαιρέτως ἐπὶ τὰ ἡδέα φερομένων, ὁ μὲν φέρεται διὰ τὴν ἡδονήν, ὁ δὲ ἵνα φύγη τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας λύπην· ὥστε διαφέρουσιν οὗτοι ἀλλήλων, ἐστὶ δὲ ὁ μὲν διὰ τὸ φεύγειν τὴν λύπην τὰ ἡδέα διώκων, μαλακός, ὁ δὲ δι' ἡδονὴν ἀκρατής. Ἀντίκειται δὲ ὁ μὲν ἀκρατής τῷ ἐγκρατεῖ, ὁ δὲ καρτερικός τῷ μαλακῷ· ἡ μὲν γὰρ καρτερία ἐστὶν ἐν τῷ ἀντέχειν, ἢ δὲ ἐγκράτεια ἐν τῷ κρατεῖν· ἔττον δὲ τὸ ἀντέχειν τοῦ κρατεῖν, ὥσπερ καὶ τοῦ μὴ ἠτῆσθαι τὸ νικᾶν· διὸ βέλτιον καὶ αἰρετώτερον ἢ ἐγκράτεια τῆς καρτερίας· βέλτιον γὰρ νικᾶν ἢ μὴ ἠτῆσθαι. Φαίνεται δὲ ὅτι καὶ ἡ ἀκολασία χείρων τῆς ἀκρασίας ἐστίν. Φανερόν γὰρ πᾶσιν ὡς χείρων ἐστὶν ὁ διώκων τὴν ἡδονὴν προαιρούμενος, καὶ ἢ μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἡρέμα καὶ οὐ τυραννοῦμενος, τοῦ ὑπὸ σφοδρωτάτων ἢ ἐπιθυμιῶν τυραννομένου· ἐστὶ δὲ ὁ μὲν πρῶτος ὁ ἀκόλαστος, ὁ δὲ δεύτερος ὁ ἀκρατής· ὥστε ἡ ἀκολασία χείρων τῆς ἀκρασίας ἐστίν. Ὁ μὲν οὖν ἐγκρατής καὶ καρτερικός οὕτω διαφέρουσιν, καὶ οὕτως αἰρετώτερον ἐγκράτεια καρτερίας, καὶ ἀκρασία ἀκολασίας ἀνεκτότερον.

(Scripsi : \* πάντα ] vulgo πάντα. — <sup>b</sup> δῆλον ὅτι ] vulgo δηλονότι. — <sup>c</sup> καθ' ὅσον ] vulgo καθόσον. — <sup>d</sup> ἂν κακὰ ποιήσειεν ] ex Aristotele ; cod. Andronici ἂν ποιήσειεν. — \* λυπαί εἰσι ] cod. λύπαι. — <sup>e</sup> ἐγκρατεῖς εἰσι ] cod. ἐγκρατεῖς εἰτι. — <sup>f</sup> βραδύς ] cod. βραδύς. — <sup>h</sup> αἱ δὲ οὐκ ] vulgo αἱ δὲ οὐκ. — <sup>i</sup> ἄλλο τι ] vulgo ἄλλο τι. — <sup>k</sup> σφοδρωτάτων ] cod. σφοδρωτάτων. —)

Κεφ. ιβ'.

Τίς ἡ συγγνωστὴ ἀκρασία καὶ μαλακία.

\* Ἐτι δὲ διοριστέον περὶ αὐτῶν. Ἐγκρατής μὲν οὖν ἐστὶν ὁ κρατῶν τῶν ἐπιθυμιῶν, καρτερικός δὲ ἐστὶν ὁ ἀντέγων πρὸς αὐτάς καὶ μὴ ἠτῶμενος· ὁ δὲ χαυνούμενος πρὸς αὐτὰς οἱ πολλοὶ ἀντιτείνουσι καὶ δύνανται φέρειν, οὗτος μαλακός καὶ τρυφῶν· καὶ γὰρ ἡ τρυφή μαλακία τίς ἐστίν. Ὁς οὖν \* ἔλκει τὸ ἱμάτιον, ἵνα μὴ πονήσῃ τὴν ἀπὸ τοῦ αἵρειν λύπην, καὶ μιμούμενος τὸν ἐκλελυμένον ὑπὸ νόσου, οὐκ οἰεταί ἀθλιός εἶναι, ἀθλίω ὁμοίος ὢν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ

lenter illis trahatur, sed consulto ad eas ipse tendat, neque propter aliud quidquam, verbi causa gloriam vel lucrum, sed ipsas propter se petit, is est intemperans : talem enim necesse est nunquam expletæ suæ voluptatis pœnitere, ideoque insanabilem esse : quem enim factorum suorum non pœnitel, is insanabilis est : talis autem habetur intemperans : qui vero minus quam decet res jucundas consecatur, is est qui directe opponitur, quem stupidum vocant : medius autem est temperans. Neque vero solum qui corporis, quemadmodum dictum est, voluptates sequitur, est intemperans, sed etiam qui dolores corporis fugit, non quod iis vincatur, sed quia ita vivere statuit, similiter intemperans est. Eorum autem qui inconsulto ad res jucundas tendunt, alii delectationis causa id faciunt, alii ut fugiant dolorem e cupiditate nascentem : itaque hi inter se differunt, cœterum qui fugiens dolorem ad res jucundas tendit, mollis, qui vero delectationis causa hoc facit, incontinens vocatur. Porro incontinens continenti, patiens molli opponitur : etenim in resistendo patientia, in superando autem continentia cernitur : aliud autem resistere est ac superare, sicut aliud vincere et non vinci : quæræ et melior et præferenda patientiæ est continentia, siquidem præstat vincere, quam non vinci. Pejor autem quam incontinentia videtur esse intemperantia. Omnibus quippe manifestum est, deteriorem esse eum qui consulto, et vel sine cupiditate, vel quiete neque ulla vi coactus voluptatem sequitur, quam qui maxima cupiditatum vi cogitur : prior autem horum intemperans, posterior incontinens est : quamobrem intemperantia deterior quam incontinentia est. Continens ergo et patiens hoc modo differunt, et hæ sunt causæ, propter quas præferenda patientiæ sit continentia, incontinentia vero tolerabilior quam intemperantia habeatur

Cap. XII.

Quæ incontinentia et mollities excusabilis sit.

Sed de iis insuper disputandum erit. Est ergo continens qui superat cupiditates, patiens vero qui resistit iis nec superatur : qui autem insolescit iis quibus plerique obsistunt et quæ ferre possunt, is mollis ac delicatus est : quædam enim mollities sunt deliciæ. Talis igitur est qui vestem trahit, ne quid in ea attollenda laboris suscipiat ac doloris et quem imitetur hominem gravi morbo affectum, miserum se esse non arbitratur, qui tamen misero similis sit : eodemque modo de conti-

\* Ὁ δὲ ἐλλείπων πρὸς αὐτὰς οἱ πολλοὶ καὶ ἀντιτείνουσι κτλ.

ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας ἐστίν. Εἰσι γὰρ ἡδοναὶ καὶ λύπαι <sup>δ</sup> οὕτω μεγάλαι καὶ σφοδραὶ, ὥστε τὸν ἡττώμενον αὐτῶν συγγνώμης τινὸς ἀξιοῦσθαι· τὸ γὰρ τοιούτων ἡττᾶσθαι οὐδὲν θαυμαστόν· ὡσπερ Φιλοκτήτης, ὃν εἰσήγαγεν ἐν τοῖς ποιήμασι Θεοδέκτης ὁ ποιητὴς πιπληγμένον ὑπὸ ὄρεως, καὶ μέχρι τινὸς κρατοῦντα τῆς λύπης, εἶτα ἀναβοήσαντα· ἢ ὃν εἰσάγει Καρκίνος <sup>ε</sup> ὁ ποιητὴς Κερκύονα ἐπὶ τῇ ὕβρει τῆς θυγατρὸς Ἀλόπης καρτεροῦντα μέχρι τινός, εἶτα ἡττηθέντα τῆς ἀληθδόνος· ὡσπερ οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα ἀθρόον ἐκαγχάζουσιν, ὅπερ ὁ Ξενοφάντος ἐποίησεν· οὐ τοῦτο τοίνυν ἐστὶ θαυμαστόν τὸ ἡττηθῆναι οὕτω σφοδροτάτων παθῶν· ἀλλ' εἰ τις ἡττᾶται πρὸς ἃς οἱ πολλοὶ δύνανται ἀντέχειν ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ μὴ δύναται ἀντιτείνειν, μὴ διὰ φύσιν τινὰ τοῦ γένους, ὡσπερ οἱ Σκυθῶν βασιλεῖς φύσει εἰσὶ μαλακοί, ἢ ὡσπερ τὸ θῆλυ φύσει ἐστὶ τοῦ ἀρρένης μαλακώτερον, ἢ διὰ νόσον, ἀλλ' ὁ διὰ πονηρὰν ἔξιν καὶ μοχθηρίαν, ὁ τοιούτους ἀσύγγνωστος. Ἔστι δὲ καὶ ὁ σφόδρα χρώμενος ταῖς παιδιᾶς μαλακός, εἰ καὶ δοκεῖ ἀκολαστος εἶναι· οἱ γὰρ τὴν ἀνεσιν σφόδρα ζητοῦντές εἰσιν οἱ μαλακοί· ἢ δὲ παιδιὰ ἀνεσίς τις καὶ ἀνάπαυσις ἐστὶ· καὶ ὁ σφόδρα χρώμενος παιδιᾶς υπερβάλλει κατὰ τινὰ ἀνεσιν, καὶ παιδιώδης καλεῖται.

(Scripsi : <sup>α</sup> δς οὖν ] cod. δς οὐχ. — <sup>δ</sup> λύπαι ] cod. λύπαι. — <sup>ε</sup> Καρκίνος ] cum codd. cf. Herodiani ἐπιτομὴ τῆς καθολικῆς προσωδίας pag. 74, 19 ed. Schmidt; nec tamen damnanda scriptura Καρκίνος, quia penultima in carminibus corripitur.)

## Κεφ. ιγ'.

Περὶ τῶν εἰδῶν τῆς ἀκρασίας· καὶ ὅτι χεῖρον κακὸν ἢ ἀκολασία τῆς ἀκρασίας.

\* Τῆς δὲ ἀκρασίας δύο εἰσιν εἶδη· καὶ τὸ μὲν προπέτεια, τὸ δὲ ἀσθένεια καλεῖται. Οἱ μὲν γὰρ προβουλεύσασμενοι μὴ συγχωρῆσαι τῷ πάθει, εἶτα ἡττηθέντες αὐτοῦ, τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν εἰσιν ἀκρατεῖς· οἱ δὲ μὴ προβουλεύσασμενοι, ἀλλ' εὐθύς προσβαλόντος <sup>α</sup> ἡττηθέντες, τὴν προπετῆ ἀκρασίαν εἰσιν ἀκρατεῖς· ἐνιοὶ γὰρ προαισθόμενοι, καὶ προῖδόντες, καὶ προεγείραντες ἑαυτοῦς, καὶ τὸν λογισμὸν, οὐχ ἡττῶνται ὑπὸ τοῦ πάθους, ὡσπερ τὰ προτριβέντα καὶ προγαργαλισθέντα μέλη οὐ γαργαλίζονται. Μάλιστα δὲ οἱ δεῖεις καὶ μελαγχολικοὶ τὴν προπετῆ ἀκρασίαν εἰσιν ἀκρατεῖς· οἱ μὲν δεῖεις διὰ τὴν ταχυτῆτα <sup>δ</sup> οὐκ ἀναμένουσι τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου κρίσιν· οἱ δὲ μελαγχολικοί, διὰ τὸ σφόδρα φανταστικοὶ εἶναι καὶ ἀκολουθεῖν τῇ φαντασίᾳ· διὸ σφοδρότερος κινουῦνται μὴ ἐπιστρέφόμενοι πρὸς τὸν λόγον.

\* Ἀκρασίας δὲ τὸ μὲν προπέτεια, τὸ δὲ ἀσθένεια κτλ.

nentia et incontinentia sentiendum est. Sunt enim voluptates et dolores tam magni tamque vehementes, ut qui iis superetur, venia dignus videatur : quippe talibus aliquem vinci, non est mirandum : qualis est Philoctetes, quem Theodectes poeta in carminibus a serpente percussum induxit, qui quum aliquamdiu dolori suo imperasset, postea clamorem sustulit : aut ille Cercyon, quem Carcinus poeta in filiæ Alopes injuria aliquamdiu tacentem, deinde dolore victum inducit : ut qui risum comprimere conantes cachinnum tollunt, quod Xenophanto accidit : quocirca non hoc est mirandum, si tam vehementibus affectibus superentur, sed si quis illis quibus plerique possunt resistere et voluptatibus et doloribus vincatur, neque possit contra niti, non ob generis naturam quandam, quemadmodum Scytharum reges natura sunt molles, aut ut feminæ natura molliores sunt maribus, aut ob morbum, sed propter malum habitum et improbitatem, talis venia indignus est. Atque etiam is qui ludo et joco magnopere oblectatur, mollis est, quamvis intemperans esse videatur : qui enim animi remissionem nimium sequuntur, sunt molles : est autem ludus remissio quædam animorum et requies : et qui nimium ludo indulget, remissionis quendam modum excedit, et ludibundus vocatur.

## Cap. XIII.

De incontinentiæ formis : majus item malum esse intemperantiam quam incontinentiam.

Incontinentiæ autem duæ sunt species, quarum altera temeritas, altera imbecillitas vocatur. Qui enim ante apud animum suum statuerant, non cedere affectui, et tamen postea eo superantur, iis causa incontinentiæ est imbecillitas : qui vero ne prius quidem ratione bene subducta primo statim animi impetu superantur, temeraria incontinentia laborant : nam nonnulli quum præsen-serunt ac providerunt, seque ipsos et rationem diu ante expergefecerunt, non superantur affectu, sicut corporis membra, quæ quum ante fricuimus ac titillavimus, postea non amplius titillantur. Maxime autem qui in iram præcipites et melancholici sunt, temeraria incontinentia laborant : et in iram quidem præcipites, quia propter festinationem rationis judicium non exspectant, melancholici vero, quia ad imagines concipiendas perquam apti sunt et imaginationem sequuntur : ideoque vehementius etiam moventur, quoniam rationem non respiciunt.

\* Πᾶς δὲ ἀκρατὴς καὶ μεταμελητικός ἐστι, καθὼς εἴρηται τῆς γὰρ ἐπιθυμίας σεσθησίας, ὃ λόγος ὑγιαίνων συνορᾷ τὴν ἀτοπίαν τοῦ πάθους, ᾧ ἔπεται μετάνοια. Ὁ δὲ ἀκόλαστος ἀμεταμελητός· ὃ γὰρ λόγος αὐτῷ οὐχ ὑγιαίνει· καὶ διὰ τοῦτο κατιδεῖν τὸ αἰσχρὸν οὐ δύναται. Καὶ διὰ τοῦτο ὃ μὲν ἀκρατὴς ἰατός ἐστιν, ὃ δὲ ἀκόλαστος ἀνίατος. Οὐ γὰρ, ὡς περ εἴπομεν ἐν οἷς πρότερον ἐζητοῦμεν περὶ αὐτῶν, οὕτω καὶ ἔχει· εἴρηται γὰρ ὡς τις ἐνδοξος λόγος γυμνάζει τὸ ζήτημα· τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦτό ἐστιν. Ἔοικε γὰρ ἢ μὲν ἀκολασία ὑδέρῳ καὶ φθίσει, ἢ συνεχῶς τὸν νοσοῦντα λυπεῖ, ἢ δὲ ἀκρασία τοῖς ἐπιληπτικοῖς, ἃ διαλιμπάνοντα οὐ συνεχῶς ἐνοχλοῦσιν· ἢ μὲν γὰρ ἀκολασία συνεχῆς πονηρία ἐστίν· αἶε γὰρ ἀκόλαστος αἰεταὶ δεῖν ἀκολασταίνε·ν ὃ δὲ ἀκρατὴς οὐκ αἶε, ἀλλ' ἔταν<sup>ο</sup> σφοδραῖς περιπέτῃς ἐπιθυμίαις. Καὶ ἄλλως δὲ ἕτερον τὸ γένος ἀκολασίας καὶ ἀκρασίας· ἢ μὲν γὰρ ἀκολασία λανθάνει οὔσα αἰσχρά, ἢ δὲ ἀκρασία οὐ λανθάνει· οἶδε γὰρ ὃ ἀκρατὴς ὅτι αἰσχρὸν τῷ πάθει συγχωρῆσαι· ἢ μὲν οὖν ἀκολασία χεῖρων ἐκατέρου εἶδους τῆς ἀκρασίας.

\*\* Αὐτῶν δὲ τῶν τῆς ἀκρασίας εἰδῶν ἡ ἀσθένεια χεῖρων τῆς προπετείας. Οἱ γὰρ τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν ἀκρατεῖς ὑπ' ἐλάττωτος πάθους ἡττώνται, οἱ δὲ τὴν προπετῆ ἀκρασίαν, ὑπὸ μειζόντος· οἷς γὰρ δυνατόν καὶ βουλεύσασθαι, φανερόν ἐστι οὐ σφοδρῶς πολεμεῖ τὸ πάθος· οἱ δὲ προπετεῖς, δι' ὧν οὐ δύνανται βουλεύσασθαι δῆλοί εἰσιν ὑπὸ μεγάλων ἐπιθυμιῶν βιαζόμενοι· καὶ ἄλλως δὲ αἰσχροτέρων ἡττηθῆναι προβουλευσαμένων, ὡς περ ὀπλισαμένων, ἢ ἀπροβουλεύτους· ὅμοιοι γὰρ ἐστὶν ὃ κατὰ τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν ἀκρατὴς τοῖς ταχέως μεθυσκομένοις, καὶ ὑπὸ ὀλίγου οἴνου καὶ ἐλάττωτος ἢ ὡς οἱ πολλοί.

\*\*\* Ὅτι μὲν οὖν κακία ἐστὶν ἡ ἀκρασία, φανερόν, πλὴν οὐχ ἀπλῶς κακία, ὅσα ἡ ἀκολασία, ἀλλὰ πη<sup>δ</sup> καθ' ὅσον<sup>ο</sup> μὲν γὰρ προαιρεῖται πως τὸ κακὸν ἐν τῷ πάθει ὧν, κακία ἐστὶ, καθ' ὅσον δὲ οὐ πάντῃ<sup>ε</sup> οἰεταὶ δεῖν διώκειν τὸ πάθος, οὐκ ἔστι κακία· καὶ ἐστὶν ὁμοία τοῖς Μιλησίοις, οὗς Δημόδοκος ἔφη σκώπτων, Μιλησίοι ἀσύνητοι μὲν οὐκ εἰσίν, δρῶσι δὲ οἷα<sup>β</sup> περ<sup>ο</sup> οἱ ἀσύνητοι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἀκρατεῖς ἀκόλαστοι μὲν οὐκ εἰσὶ, δρῶσι δὲ τὰ τῶν ἀκολάστων.

\*\*\*\* Ἐπει δὲ ὃ μὲν ἀκρατὴς διώκει τὰς σωματικὰς ἡδονὰς παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, οὐ πεπεισμένος ὅτι εἰσὶν ἀγαθαὶ καὶ δεῖν διώκειν, ὃ δὲ ἀκόλαστος πέπεισται ὡς δεῖ διώκειν, ὃ μὲν ἀκρατὴς ἀμετάπειστος ἐστὶν, ὃ δὲ ἀκόλαστος οὐ. Τὴν γὰρ ἀρχὴν τῶν πράξεων, ἥτις ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ τέλος ὃ ἔνεκα, ἢ μὲν ἀρετῇ σώζει, ἢ δὲ μοχθηρίᾳ φθείρει· καὶ γὰρ διὰ μὲν τῆς ἀρετῆς ἀφικνούμεθα εἰς τὸ ἀγαθόν, διὰ δὲ τῆς μοχθηρίας ἀποχωροῦμεν αὐτοῦ· τὸ δὲ τοιοῦτον τέλος οὐ διὰ

Omnem autem hominem incontinentem, ut supra diximus, facinorum suorum facile poenitet : nempe restincto cupiditatum ardore, sana ratio perspicit absurditatem affectus, quem sequitur poenitentia. At intemperantem nullius rei poeniet : nam quia ratio illi non est sana, idcirco turpitudinem etiam animadvertere nequit. Quocirca incontinens quidem sanabilis est, sed intemperans insanabilis. Neque enim, quemadmodum in superiore de his quaestione diximus, ita se res habet : quippe id quod probabile erat exercitationis causa et disputandi gratia dictum est : sed ipsa res ita se habet. Similis enim intemperantia aquae intercuti est et tibi, quae assidue ægrum fatigat, incontinentia vero morbis comitialibus, qui aliquod tempus intermittunt, neque continenter molesti sunt : perpetua enim improbitas intemperantia est : quippe semper intemperanter vivendum esse putat intemperans : at incontinens non semper, sed quum vehementioribus tantum cupiditatibus inflammatur. Aliud denique intemperantiæ, aliud incontinentiæ genus est : nimirum latet intemperantiæ turpitudine, incontinentiæ non item : nam incontinens scit turpe esse, affectui suo cedere : quare intemperantia scelerior est utraque incontinentiæ specie.

Quod vero ad ipsas incontinentiæ species attinet, foedior temeritate est imbecillitas. Qui enim imbecilla incontinentia laborant, minore affectu, qui temeraria vero, majore superantur : eos nempe, quibus deliberare adhuc licet, manifestum est non ita vehementer perturbatione incitari : temerarii autem hoc ipso quod deliberare non possunt, se magnis animi motibus agi ostendunt : præterea turpius est, post deliberationem tanquam armatos superari, quam sine deliberatione vinci : qui enim imbecilla laborat incontinentia, iis qui facile et exigua vini copia, aut minore certe, quam plerique, inebriantur, similis est.

Vitium ergo incontinentiam esse manifestum est, verum non simpliciter, qualis intemperantia habetur, sed quodammodo : quatenus enim quamdiu in perturbatione illa versatur, consulto malum facit, est vitium, quatenus vero non omnino sequendam esse putat illam perturbationem, non est vitium : quare similis est Milesiis, quos perstringit Demodocus ita scribens : Milesii non sunt illi quidem stulti, sed tamen eadem faciunt quæ stulti : eodem modo incontinentes non sunt illi quidem intemperantes, sed ea quæ intemperantes faciunt.

Quum ergo incontinens corporis voluptates præter rectam rationem sequatur, non quod persuaserit sibi bonas eas et sequendas esse, intemperans vero sequendas eas esse sibi persuaserit, incontinens facile de sententia deducitur, intemperans non item. Actionum quippe principium, ipsum nimirum bonum finemque cuius gratia suscipiuntur, conservat virtus, corrumpit improbitas : per virtutem scilicet ad bonum pervenimus, improbitate vero ab eo recedimus : finis autem ejusmodi non

\* Cap. 8. Ἔστι δὲ ὃ μὲν ἀκόλαστος, ὡς περ ἐλέχθη κτλ. — \*\* Αὐτῶν δὲ τούτων βελτίους κτλ. — \*\*\* Ὅτι μὲν οὖν κακία κτλ. — \*\*\*\* Ἐπει δ' ὃ μὲν τοιοῦτός ἐστιν, κτλ.

λόγου καὶ ἀποδείξεως γινώσκεται, ὡς περ οὐδὲ αἱ ἀρχαὶ τῶν μαθημάτων ἀποδείξει γινώσκονται· ἀλλὰ ἀρετὴ τίς ἐστὶ φυσικὴ, ἢ ἐθιστή, τὸ ὄρθην δόξαν εἶναι περὶ τοῦ τέλους. Ἡ γὰρ φύσει, ἢ ἀπὸ ἀγαθοῦ ἔθους ἢ τοιαύτη ἡμῖν περιγίνεται γινώσις. Ὁ μὲν οὖν εἰδὼς τὸ ἀγαθόν, ὃ δεῖ ποιῆσθαι τέλος τῶν πράξεων, καὶ πράττων ἅ πρὸς αὐτὸ φέρει, σώφρων· ὃ δὲ τὸ κακὸν ὑποτιθέμενος τέλος καὶ πρὸς ἐκεῖνο τάττων τὰς ἡδονὰς ἀκόλαστος.

\* Ὁς δὲ ὑποτίθεται μὲν ἀγαθὸν τέλος, καὶ πρὸς τοῦτο τάττειν τὰς ἑαυτοῦ πράξεις οἶεται δεῖν, ἐξίσταται δὲ διὰ πάθος τοῦ ὀρθοῦ λόγου, οὐχ ὥστε νομίσαι δεόν εἶναι διώκειν τὰς τοιαύτας ἡδονὰς, ἀλλ' ὥστε μόνον περὶ τὰς πράξεις ἐξαμαρτάνειν, ὃ τοιοῦτος οὔτε σώφρων ἂν εἴη, οὔτε ἀκόλαστος· ἀλλὰ τοῦ μὲν σώφρονος χείρων διὰ τὰς πράξεις, τοῦ δὲ ἀκόλαστου βελτίων, διὰ τὸν λόγον. Ὁ μὲν γὰρ πῆ φαῦλος, ὃ δὲ ἀκόλαστος ἀπλῶς. Τῷ δὲ ἀκρατεῖ ἄλλος ἐναντίος, ὃ ἐγκρατής, ὃς οὐκ ἐξίσταται τοῦ λογισμοῦ διὰ τὸ πάθος· ὅθεν φανερόν, ὅτι ἡ μὲν ἐγκρατεία σπουδαία ἐξίς ἐστίν, ἢ δὲ ἀκρασία φαύλη.

(Scripsi : \* προσβαλόντος] cod. προσβάλλοντος. — <sup>b</sup> ταχυτήτα] cf. Herodiani ἐπιτομὴ τῆς καθολικῆς προσωδίας pag. 30, 2 ed. Schmidt; cod. ταχύτητα. — <sup>c</sup> δταν σφοδραῖς περιπέση] cod. δτε σφοδραῖς περιπέση. — <sup>d</sup> ἀλλά πη] cod. ἀλλά πη. — <sup>e</sup> καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — <sup>f</sup> καθ' ὅσον δὲ οὐ πάντη] cod. καθόσον δὲ οὐ πάντη. — <sup>g</sup> οἷά περ] cod. οἷα περ. — <sup>h</sup> πῆ] cod. πῆ. — )

## Κεφ. ιδ'.

Τίς ὁ καθ' αὐτὸ ἐγκρατής, καὶ τίς ὁ κατὰ συμβεθικός.

\*\* Ζητητέον δὲ κάκεινο, \* ὅπερ ἠπορήθη πρότερον· πότερον ὁποιοῦν προαιρέσει ἐμμένων οὗτος ἐγκρατής ἐστίν, ἢ ὃ τῆ ὀρθῆ, καὶ περὶ τοῦ ἀκρατοῦς ὁμοίως. Κατὰ συμβεθικός μὲν οὖν ἐγκρατής λέγεται ὃ ἐμμένων ὁποιοῦν προαιρέσει, καθ' αὐτὸ δὲ ἐγκρατής, ὃ ἐμμένων τῆ ὀρθῆ προαιρέσει καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ καὶ ἀκρατής ὁμοίως κατὰ συμβεθικός, ὃ μὴ ἐμμένων ὁποιοῦν δόξῃ, καθ' αὐτὸ δὲ ὃ μὴ ἐμμένων τῆ ὀρθῆ. Καὶ γὰρ εἴ τις ζητεῖ καὶ αἰρεῖται τι οὐκ αὐτὸ δι' ἑαυτό, ἀλλὰ δι' ἄλλο, αὐτὸ μὲν κατὰ συμβεθικός ζητεῖ, οὐ δὲ ἐνεκα τοῦτο ζητεῖ, ἐκεῖνο ζητεῖ καθ' αὐτό· ὃ γὰρ διὰ δόξαν χρήματα ζητῶν κατὰ συμβεθικός μὲν τὰ χρήματα ζητεῖ, καθ' αὐτὸ δὲ τὴν δόξαν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τούτων συμβαίνει· ὃ μὲν γὰρ τῆ ἀγαθῆ δόξῃ ἐμμένων καὶ τῆ ὀρθῆ προαιρέσει αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν αἰρεῖται, διότι ἀγαθόν· ὥστε καθ' αὐτὸ ἐγκρατής ἐστίν· ὃ δὲ ἐμμένων τῆ μὴ ὀρθῆ προαιρέσει καὶ τῆ ψευδεῖ δόξῃ, ἐμμένει διὰ τὸ νομίζειν ὅτι ἀγαθόν ἐστίν ὃ αἰρεῖται· νομίζει δὲ ὅτι ἐστίν ἐν αὐτῷ τοῦ ἀγα-

ratione et demonstratione cognoscitur, sicut nec mathematicorum principia demonstratione cognoscuntur : sed virtus quaedam aut naturalis aut ex consuetudine adscita est, de fine recte sentire. Namque aut natura aut bona consuetudine talis cognitio nobis contingit. Quamobrem qui bonum, quod tanquam finem actionum nobis proponere debemus, et noverit, et quæ eo tendunt, egerit, is temperans vocatur : qui vero pro fine sibi proponit malum, eoque voluptates suas refert, intemperans dicitur.

At qui bonum finem sibi proponit, eoque actiones suas referendas putat, et tamen nihilominus a recta ratione perturbatione quadam abstrahitur, non ut oportere aliquem consecrari hujusmodi voluptates existimet, sed ut in ipsis tantum peccet actionibus, talis nec temperans dici nec intemperans poterit : verum et temperante deterior propter actiones, et intemperante melior propter rationem est. Alter enim aliquatenus, intemperans vero simpliciter est malus. Incontinenti autem alius opponitur, continens nimirum, qui nulla perturbatione a sana ratione abstrahitur : unde patet, et honestum habitum continentiam, et malum habitum esse incontinentiam.

## Cap. XIV.

Quis sit continens per se et quis per accidens.

Sed et illud quærendum est de quo prius dubitavimus, utrum qui in quolibet proposito permanet, sit continens, an qui in recto tantum consilio perstat, et similiter de incontinente. Per accidens ergo continens is dicitur qui in quolibet proposito permanet, per se vero qui in recto tantum consilio et vera ratione perstat : eodemque modo incontinens per accidens, qui in quavis opinione non perseverat, per se vero qui in recta sententia non manet. Nam si quis consecratur et expetit aliquid non per se ipsum, sed alterius causa, hoc quidem per accidens, illud vero cujus gratia id petit, per se petit : qui enim gloriæ causa pecuniam quærit, per accidens quidem pecuniam, per se autem gloriam quærit. Idem porro in his quoque usu venit : nimirum qui in bona opinione et recto consilio perstat, ipsum quia bonum est, expetit bonum : quamobrem per se est continens : qui vero in consilio non recto et in falsa opinione perseverat, idcirco quia bonum arbitratur esse id quod expetit, perseverat : id autem arbitratur, quia obscurum

\* Σώφρων μὲν οὖν ὃ τοιοῦτος, κτλ. — \*\* Cap. 9. πότερον οὖν ἐγκρατής ἐστίν κτλ.

θοῦ τι ἀμυδρὸν ἔχον· δι' ὃ ἔχεται τῆς μὴ ὀρθῆς προαιρέσεως καὶ τῆς ψευδοῦς δόξης, ὡς ὀρθῆς καὶ ἀληθοῦς. Ἐπεὶ τοίνυν οὐ δι' ἑαυτὰ αἰρεῖται ἢ αἰρεῖται καὶ οἷς ἐμμένει, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαθόν, οὐ καθ' αὐτὸ ἐγκρατής ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀντικειμένων ἔχει· πῶς ἂν μὲν ἀκρατής ὁ μὴ ἐμμένων ὁποιοῦν δόξη, ἀπλῶς δὲ ὁ μὴ ἐμμένων τῇ ὀρθῇ· τὸ γὰρ ἀπλῶς καὶ τὸ καθ' αὐτὸ ταῦτόν ἐστιν.

(Scripsi : \* κακείνο ] cod. κακείνο. — ὁ πῶς ] cod. πῶς. —)

## Κεφ. ιε'.

Ἵτι οἱ ἰσχυρογνώμονες καὶ ἰδιογνώμονες οὐκ εἰσὶν ἐγκρατεῖς.

\* Οἱ δὲ καλούμενοι ἰσχυρογνώμονες ἐμμένουσι μὲν δόξη τινί, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἀγαθῇ προαιρέσει, ἐγκρατεῖς δὲ οὐκ εἰσὶν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἄσσοι εἰκόασι τοῖς ἐλευθερίοις, καὶ οἱ θρασεῖς τοῖς ἀνδρείοις, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι τοῖς ἐγκρατέσι· καὶ εἰσὶν ἄοιον δύσπειστοί τινες, καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι. Καθ' ὅσον μὲν οὖν ἐμμενετικοὶ εἰσὶν, εἰκόασι τοῖς ἐγκρατέσιν· ἀλλ' οἱ μὲν ἐγκρατεῖς μεταβάλλονται ὑπὸ λόγου τινός καὶ πειθοῦς, οἱ δὲ ἰσχυρογνώμονες ὑπὸ μὲν λόγου οὐ μεταβάλλονται, ὑπὸ δὲ ἐπιθυμίας καὶ ἡδονῶν πολλοὶ τούτων ἄγονται. Εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες καὶ οἱ ἰδιογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς, καὶ οἱ ἄγροικοι· οἱ μὲν ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοι, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ ἀρχὰς θῆναι πεισθῆναι δυνατόν· οἱ δὲ ἰδιογνώμονες διὰ ἡδονὴν καὶ λύπην οὐ μεταπαίθονται· ἡδοναὶ γὰρ μὴ ἡττώμενοι τῶν πείθειν ἐπιχειρούντων, καὶ λυποῦνται ἐὰν ἄκυρα γένωνται τὰ αὐτῶν ὥσπερ ψήφισματα· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον εἰκόασι ὁ τοῖς ἀκρατέσιν οἱ ἰδιογνώμονες ἢ τοῖς ἐγκρατέσιν· οὐ γὰρ λόγῳ, ἀλλὰ πάθεισιν ἀκολουθοῦσιν, ὥσπερ ἐκείνοι.

\*\* Εἰσὶ δὲ τινες, οἱ ἐμμένουσι τοῖς δεδογμένοις ἀληθείσιν, ἢ οὐκ ἐμμένουσι τοῖς ψευδέσι δι' ἡδονὴν, οἱ οὐκ εἰσὶ φαῦλοι, ὅτι διὰ ἡδονὴν ἐπαινετὴν ἐμμένουσιν ἢ οὐκ ἐμμένουσιν. Ὡσπερ δὲ Νεοπτολεμος ἐποίησεν· οὐ γὰρ ἐνέμεινεν οἷς συνέθετο τῷ Ὀδυσσεῖ, καὶ οὐκ ἠπάτησε τὸν Φιλοκλήτην ψευσάμενος, δι' ἡδονὴν καλὴν καὶ οὐ φαύλην· οὐ γὰρ ὁ δι' ἡδονὴν τι ποιῶν ἀπλῶς, ἀκόλαστος, ἢ φαῦλος ἢ ἀκρατής, ἀλλ' ὁ δι' αἰσχρὰν ἡδονὴν, οὗτος ψέγεται.

Scripsi : \* καὶ εἰσὶν ] cod καὶ εἰσὶν. — ὁ εἰκόασι ] cod. εἰκόασιν. —)

## Κεφ. ις'.

Περὶ τῆς ἀκρατείας, πῶς ἔχει πρὸς τὴν σωφροσύνην καὶ τίνα τρόπον ὁ ἀκρατής δοκεῖ φρόνιμος ἐνίοτε εἶναι.

\*\*\* Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐγκράτεια ἐξίς ἐστιν ἐπαινετὴ, μεσότης

\* Εἰσὶ δὲ τινες οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ κτλ. — \*\* Εἰσὶ δὲ τινες, οἱ τοῖς δόξασιν κτλ. — \*\*\* Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τις καὶ τοιοῦτος, κτλ.

aliquid boni vestigium in eo apparet : ideoque consilium non rectum et falsam opinionem tanquam rectam et veram amplectitur. Quoniam ergo non per se expellit quae expellit et in quibus perstat, sed propter bonum illud, non per se, sed per accidens est continens. Similiter et in oppositis se res habet : quodammodo enim incontinens, qui in qualibet opinione non permanet, simpliciter vero qui in recta non perseverat : simpliciter enim et per se idem valet.

## Cap. XV.

Eos quos pertinaces vocant et qui suam tantum sententiam tinentur, non esse continentes.

Quos vero pertinaces vocant, si quidem in opinione aliqua perseverant, et nonnunquam in consilio vero bonoque perstant, sed continentes non sunt : verum quemadmodum prodigi liberalibus sunt similes, et audaces fortibus, eodem modo hi quoque continentibus : suntque sicut illi quibus difficulter aliquid persuadetur quique non facile de sententia deducuntur. Quatenus ergo in sententia manent, similes sunt continentibus : at continentes ratione et persuasione mutantur, nulla vero ratione pertinaces mutantur, multi autem eorum cupiditate et voluptatibus trahuntur. Sunt autem pertinaces et propriis quibusdam sententiis quasi addicti et consecrati, et indocti et agrestes : alii quidem indocti et agrestes, quia principia ad persuadendum accommodata ignorant : alii vero propriis quibusdam sententiis quasi addicti propter voluptatem ac dolorem sententiam non mutant : hoc ipso enim quod persuadere aliquid conantibus non succumbant, delectantur, contraque dolent, si ipsorum veluti decreta rescindantur : ideoque homines propriis sententiis addicti incontinentibus similiores sunt quam continentibus : non enim rationem, sed affectus sequuntur ut illi.

Sunt autem nonnulli, qui in veris sententiis suis manent, aut in falsis opinionibus non perseverant, idque delectationis causa, qui non sunt improbi, quia laudabilis delectationis causa aut perseverant aut non perseverant. Sicut Neoptolemus fecit : neque enim perstitit in iis quae Ulixi pollicitus erat, neque Philocteten mendacio fefellit, idque non prava voluptate inductus, sed honesta : neque enim qui simpliciter propter voluptatem aliquid facit, intemperans improbusve est aut incontinens dicendus, sed qui propter turpem voluptatem, is demum vituperatur.

## Cap. XVI.

De incontinentia, quomodo ad temperantiam se habeat : et quo pacto qui incontinens est prudens aliquando esse videatur.

Quum autem continentia habitus laude dignus sit,



ἀν εἴη δύο κακιῶν, ὧν τῆς μὲν ἐλαττωθήσεται, τὴν δὲ ὑπερβαλεῖ· ἡ μὲν οὖν ἀκρασία ὑπερβάλλει τὴν ἐγκράτειαν, ἡ δὲ ἄλλοιπυσα ἕξι ἀνώνυμος· ἐστὶ δὲ καθ' ἣν τινες ἡδοναίαις ταῖς σωματικαῖς ἡδοναῖς ἐλαττον τοῦ δέοντος· οἱ καὶ αὐτοὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου διαμαρτάνουσιν. Ὁ μὲν γὰρ ἀκρατὴς οὐκ ἐμμένει τῷ ὀρθῷ λόγῳ, διὰ τὸ μᾶλλον, ἢ προσήκει, χαιρῆν ταῖς ἡδοναῖς, ὁ δὲ ἄλλοιπων παρὰ τὸν ὀρθὸν ποιεῖ λόγον, διὰ τὸ ἐλαττον, ἢ δεῖ, τὰ ἡδέα ζητεῖν· ὁ δὲ ἐγκρατὴς ἐμμένει τῷ ὀρθῷ λόγῳ, καὶ οὐκ ἐξίσταται αὐτοῦ, οὔτε διὰ μικρὰν ἡδονήν, οὔτε διὰ μεγάλην. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐγκράτεια τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, ἀνάγκη τὰς παρ' ἐκότερα ἕξις φαύλας εἶναι, καὶ τῇ ἐγκρατεῖα ἐναντίας· ἀλλ' ὅτι ἡ ἄλλοιπυσα ἕξις ἀνώνυμος καὶ ἄλγιστα συμβαίνει· σπάνιοι γὰρ οἱ ἦντο τοῦ δέοντος χαίροντες ταῖς σωματικαῖς ἡδοναῖς· διὰ τοῦτο μόνη ἡ ἀκρασία δοκεῖ ἐναντία εἶναι, ὅτι ἡ ἡλιθιότης ὀλιγάκις εὐρίσκειται.

\* Σώφρων δὲ ὁ ἐγκρατὴς λέγεται, καὶ ὁ ἀκρατὴς ἀκόλαστος, καὶ τὸ ἀνάπλιν καθ' ὁμοιότητα· πολλὰ γὰρ ὀνομάζομεν ἐν ὀνόματι διὰ τινὰ ὁμοιότητα. Καὶ γὰρ περὶ τὰ αὐτὰ ἐστὶν ὁ σώφρων καὶ ὁ ἐγκρατὴς, καὶ παρὰ τὸν λόγον οὐδὲν ποιοῦσιν ἀμφοτέρω, εἰ καὶ τῷ σώφρονι μὲν αἱ ἐπιθυμίαι οὐ πολεμοῦσι, τῷ ἐγκρατεῖ δὲ πολεμοῦσι· καὶ ὁ μὲν σώφρων οὐδὲ ἡδεται παρὰ τὸν λόγον, ὁ δὲ ἐγκρατὴς ἡδεται μὲν, οὐκ ἀγεται δὲ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν· καὶ ὁ ἀκόλαστος δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς ὁμοίως ὅμοιοι<sup>α</sup> μὲν εἰσι, καθ' ὅσον<sup>β</sup> τῶν αὐτῶν ἡδονῶν ἡττῶνται· διαφέρουσι δὲ, ὅτι ὁ μὲν ἀκόλαστος οἴεται δεῖν διώκειν τὰς ἡδονάς, ὁ δὲ ἀκρατὴς οὐ.

\*\* Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τινὰς ἀκρατεῖς φρονίμους ὀνομάζουσι καθ' ὁμοιότητά τινὰ πρὸς τὴν φρόνησιν· τινὲς γὰρ τῶν ἀκρατῶν δεινοὶ εἰσιν· ἡ δὲ δεινότης ἔοικε τῇ φρονήσει· καὶ γὰρ οἱ δεινοὶ κατὰ τὴν γνῶσιν τοῦ δέοντος εὐλοκασί τοῖς φρονίμοις· ἀλλ' οἱ μὲν γινώσκουσι μόνον τὸ δέον, οὐ προαιροῦνται δὲ πράττειν, οὐδὲ πράττουσιν· οἱ δὲ φρόνιμοι γινώσκοντες τὸ δέον καὶ πράττουσι· καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν φρόνιμος σπουδαῖός ἐστιν· ἀκρατὴς δὲ κἂν<sup>α</sup> δεινός ἦ, φαῦλός ἐστι καὶ ψέγεται.

\*\*\* Καὶ γὰρ εἰ καὶ γινώσκει τὸ δέον, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ὁ φρόνιμος ἐνεργεῖα θεωρῶν καὶ χρώμενος τῇ ἐπιστήμῃ, ἀλλὰ καθάπερ εἰρηται, ὡς ὁ καθεύδων καὶ οἰνωμένος. Διὰ ταύτην δὲ τὴν ὁμοιότητα ὁ δεινὸς ἀκρατὴς φρόνιμος ὀνομάζεται, καὶ ἔοικε φρονίμῳ· ἐπεὶ καὶ ὁ ἀπλῶς ἀκρατὴς οὐ πονηρὸς καθάπαξ, ἀλλ' ἡμιπῶνός τις· οὐδὲ ἀδικός· οὐ γὰρ ἐπίβουλος· ἐπεὶ γὰρ ἐκὼν ποιεῖ τὰ φαῦλα, καὶ εἰδὼς ὅτι φαῦλα, καὶ ὅτι εἰς φαῦλον φέρουσι τέλος, καὶ ὅτι δεῖ τὰ βελτίω ποιεῖν, κατὰ τι μὲν πονηρὸς, κατὰ τι δὲ οὐ πονηρὸς· ἡ μὲν γὰρ πρᾶξις πονηρά, ἡ δὲ κρίσις ἐπιεικής· ἡ δὲ

palet duorum vitiorum medium esse, quorum altero superabitur, alterum superabit : incontinentia ergo superat continentiam, qui vero inferior est habitus nomine vacat : is autem est, quo minus quam oportet corporis voluptatibus homines serviunt : qui et ipsi a recta ratione aberrant. Incontiens enim in recta ratione non permanet, quia magis quam decet voluptatibus delectatur, qui vero deficit, præter rectam rationem et ipse facit, quoniam minus quam oportet sequitur iucunda : continens autem in recta ratione persistit, neque ab ea aut propter parvam voluptatem aut propter magnam discedit.

Quum vero continentia et laudanda et honesta sit, necesse est eos qui utrinque sunt habitus, improbos esse et cum continentia pugnare : sed quia inferior habitus nomine vacat raroque usu venit : rari enim sunt qui minus quam oportet corporis voluptatibus serviunt : idcirco sola contraria videtur esse incontinentia, propterea quod raro reperitur stultitia.

Temperans autem etiam qui continens est, et intemperans qui est incontinens, item contra e similitudine dicitur : quippe multa ob similitudinem quandam eodem nomine appellantur. Etenim in iisdem et temperans versatur et continens, neque præter rationem quidquam ambo faciunt, quamvis temperanti quidem non adversentur, continenti vero adversentur cupiditates suæ : et præter rationem quidem non delectatur temperans, continens autem delectatur, sed non trahitur voluptatibus : eodemque modo, quatenus iisdem voluptatibus superantur, similes inter se sunt intemperans et incontinens : hoc tamen differunt, quod petendas esse voluptates putat intemperans, non putat incontinens.

Sed eadem ratione a prudentiæ quadam similitudine incontinentes aliquos prudentes denominant : quidam enim incontinentes sunt sollertes : sollertia autem similis est prudentiæ : nimirum sollertes cognitione ejus quod decet prudentibus similes sunt : at illi id quod decet moverunt tantum, sed id neque agere statuunt, neque agunt : contra prudentes id quod decet tum moverunt tum agunt : ideoque prudens vir bonus est : incontinens vero, etiamsi sit sollers, improbus tamen est et reprehenditur.

Etenim quamvis norit id quod decet, tamen non ut prudens contemplationem suam ad actionem convertit et scientia utitur, sed quemadmodum dictum est, dormientis et vino onerati instar habet. Ob hanc igitur similitudinem incontinens qui simul et sollers est, tum prudens dicitur, tum prudentis similitudinem speciemque gerit : siquidem et ille qui simpliciter incontinens est, non propterea omnino improbus habetur, sed dimidia tantum ex parte malus ; neque est injustus : non enim insidiosus est : quando enim sponte mala facinora committit, sciens mala esse et ad malum finem tendere, minimeque ignorans illa quæ meliora sunt esse agenda, ex

\* Ἐπεὶ δὲ καθ' ὁμοιότητα πολλὰ λέγεται, κτλ. — \*\* Cap. 10. Οὐδ' ἄμα φρόνιμον καὶ ἀκρατῆ κτλ. — \*\*\* Οὐδὲ δὲ ὡς ὁ εἰδὼς καὶ θεωρῶν, κτλ.

τοῦ πονηροῦ περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονάς, ὅς ἐστιν ὁ ἀκόλαστος, καὶ ἡ πρῆξις πονηρά, καὶ ἡ κρίσις· ὁ δὲ περὶ τὸ ἕτερον μόνον ἀμαρτάνει· ὁ γὰρ ἀκρατὴς ἢ τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν ἐστὶν ἀκρατὴς, ἢ τὴν προπετῆ· ἀμρότεροι δὲ κατὰ τὴν πρῆξιν μόνον εἰσι πονηροί. Ὁ μὲν γὰρ προπετὴς οὐδὲ βουλευέται· ὁ δὲ ἀσθενὴς βουλευέται, ὡς οὐ δεῖ ταῖς αἰσχυραῖς ἐπιθυμίαις ἀκολουθεῖν· ὁ δὲ ἀκόλαστος κατ' ἄμφω διέφθαρται. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἀκρατὴς ἔοικε πόλει, ἢ ψηφίζεται μὲν ἅπαντα τὰ δέοντα, καὶ νόμους ἔχει σπουδαίους, καὶ ὑγιαίνει τοῦτο τὸ μέρος, χρῆται δὲ οὐδενί, ὥσπερ Ἀναξανδρίδης ἔσκωψεν·

Ἡ πόλις ἐβούλεθ' ἢ νόμων οὐδὲν μελεῖ·

ὁ δὲ ἀκόλαστος ἔοικε πόλει χρωμένη, μὲν νόμοις, πονηροῖς δὲ χρωμένη. Πᾶσα δὲ ἐγκράτεια καὶ ἀκρασία ἐστὶ περὶ τὰς ὑπερβολὰς τῆς ἕξεως τῶν πολλῶν· ὁ μὲν γὰρ ἐγκρατὴς νικᾷ ὧν οἱ πολλοὶ ἠττῶνται, ὁ δὲ ἀκρατὴς ἠττᾷται ὧν οἱ πολλοὶ κρατοῦσιν.

\* Ἔστι δὲ ἡ προπετὴς ἀκρασία, ἣν οἱ μελαγχολικοὶ ἀκρατεύονται, δυσχερεστέρα λαθῆναι τῆς ἀσθενοῦς, καθ' ἣν βουλευόνται οἱ ἀκρατεῖς καὶ οὐκ ἐμμένουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ φυσικῶς ἀκρατευόμενοι δυσιατότεροι α τῶν δι' ἔθος ἀκρατῶν· βῆρον γὰρ μετακινήσαι ἔθος ἢ φύσιν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἔθος χαλεπὸν, ὅτι ἔοικε φύσει· ὥσπερ Εὐθνος λέγει·

Φημι πολυχρόνιον μελέτην ἕμεναι, φίλε, καὶ δὴ ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

Τί μὲν οὖν ἐστὶν ἐγκράτεια, καὶ τί καρτερία, καὶ ἀκρασία, καὶ μαλακία, καὶ πῶς ἔχουσιν αἱ ἕξεις αὐταὶ πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται.

(Scripsi <sup>a</sup> ὅμοιοι] cod. ὅμοιον. — <sup>b</sup> καθ' ἔσον] membranæ καθόσον. <sup>c</sup> κἂν] cod. κἂν. — <sup>d</sup> δυσιατότεροι] cod. δυσιατώτεροι. —)

### Κεφ. ιζ'.

#### \*\* Περὶ ἡδονῆς.

Περὶ δὲ ἡδονῆς καὶ λύπης ἡδη σκοπῶμεν· ἐστὶ γὰρ οἰκεῖον καὶ προσῆκον τῷ περὶ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφοῦντι. Οὗτος γὰρ ἐστὶ τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων, καθὼς ἐν τοῖς προειρημένοις ἐφάνη· τὸ δὲ τέλος ἐστὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἀριστον, ὃ καθάπερ κανόνι διακρίνομεν τῶν πρακτῶν τὰ ἀγαθὰ τῶν φαῦλων, ἃ μὲν γὰρ πρὸς ἐκεῖνο φέρεται τὸ τέλος, ἀγαθὰ νομίζομεν, ἃ δὲ τοῦ τέλους ἀπάγει, φαῦλα. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἡδονὴ τοῖς μὲν ἀγαθὸν δοκεῖ, τοῖς δὲ φαῦλον, ἐνίοις δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τέλος τὸ ἀριστον, ἀκολουθῶν ἐστὶ τῷ πολιτικῷ ζητῆσαι περὶ αὐτῆς. Ἔτι δὲ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν τῇ περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν πραγματείᾳ· καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία περὶ τὰς ἡδονὰς ἐστὶ καὶ τὰς λύπας, ὡς εἴρηται πρό-

parte improbus est, ex parte non improbus: facinus quippe malum, iudicium vero est rectum: ejus vero qui in corporis voluptatibus improbus est, intemperantis nimirum, et actio inhonesta est et iudicium injustum: at in altero tantum genere peccat alter: incontinens nempe aut imbecilla incontinentia est incontinens, aut temeraria: ambo autem in actione duntaxat peccant. Temerarius videlicet ne deliberat quidem: imbecillus vero ita deliberat, ut putet turpibus cupiditatibus non esse suffragendum: utrobique vero corruptus est intemperans. Quamobrem incontinens similis est civitati, quæ omnia quidem quæ fieri debent decernat, legesque bonas habeat, sed nulla earum utatur, quemadmodum Anaxandrides salse dixit:

*Volebat, a qua spernitur lex, civitas.*

Contra intemperans civitati utenti quidem legibus, sed malis, similis est. Versatur autem continentia et incontinentia in eo quod multitudinis habitum excedit: nam continens superat ea quibus multitudo succumbit, incontinentens vero superatur iis, quæ vulgus superat.

Jam vero temeraria incontinentia, qua melancholici laborant, difficilior ad sanandum est, quam imbecilla, qua deliberant etiam incontinentes, sed non acquiescunt. Similiter et qui natura sunt incontinentes difficiliter sanantur quam qui consuetudine incontinenter vivunt: quippe facilius consuetudo mutatur, quam natura: propterea enim et consuetudinem mutare difficile est, quia ad naturæ similitudinem accedit, ut ait Evenus:

*Multos, quod partum est meditando, permanet annos atque in naturam tandem convertitur usus.*

Quid igitur sit continentia, quid tolerantia, item incontinentia et mollities, et quam inter se hi habitus rationem habeant, hactenus a nobis expositum est.

### Cap. XVII.

#### De voluptate.

Jam autem de voluptate et dolore videamus: quæ quidem quæstio apta et accommodata est homini de civili prudentia disputanti. Hic enim finis bonorum magister ac velut architectus est, quemadmodum e superioribus patet: finis autem est id quod bonum habetur et optimum, quo tanquam canone bona sub actionem cadentia a malis distinguimus; quæ enim ad finem illum adducunt, bona existimamus, quæ vero ab eo abducunt, mala. Quum igitur voluptas aliis bonum, aliis malum, quibusdam etiam finis ipse videatur optimum, consentaneum est virum civitatis regendæ peritum de voluptate agere. Præterea hoc necessarium est in quæstione de virtutibus et vitiiis instituta: etenim virtus et

\* Εὐιατότερα δὲ τῶν ἀκρασιῶν, κτλ. — \*\* Cap. 11. περὶ δὲ ἡδονῆς κτλ.

τερον· καὶ δέον τὸν περὶ ἀρετῶν σκοπούμενον καὶ περὶ ἡδονῆς εἰπεῖν καὶ ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν μεθ' ἡδονῆς τινες εἶναι φασί· διὸ καὶ τὸν μακάριον ὀνομάζουσι ἀπὸ τοῦ χαίρειν. Ῥητέον δὲ πρότερον ἢ τοῖς ἄλλοις περὶ τούτου δοκεῖ.

\* Τοῖς μὲν οὖν οὐδαμῶς δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι ἡ ἡδονή· οὔτε καθ' αὐτὸ οὔτε κατὰ συμβεβηκός· οὐ γὰρ νομίζουσι δύνασθαι τὸ αὐτὸ καὶ ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἡδονήν. Τοῖς δὲ φαῦλαι μὲν αἱ πλείους δοκοῦσι τῶν ἡδονῶν, ἔναι δὲ ἀγαθαί· ἄλλοις δὲ ἐδόκει, εἰ καὶ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν, ἀλλ' οὐδαμῶς ἐνδέχασθαι τὸ τέλος ἡδονῆν εἶναι. Τὰ μὲν οὖν δοκοῦντα περὶ τῆς ἡδονῆς ταῦτα ἴστι.

(Scripsi : εἶναι φασί] cod. εἶναι φασί. — )

### Κεφ. ιη'.

\*Οτι οὐδεμία ἡδονὴ ἀγαθόν.

\*\* Ῥητέον δὲ δι' ἕκαστον ἐδόκει. Οἱ μὲν οὖν λέγοντες μηδεμίαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι οὕτως ἐπεχείρουν· πᾶσα ἡδονὴ γένεσις ἔστιν εἰς φύσιν αἰσθητή· ἡ γὰρ εἰς τὴν φύσιν γένεσις τῶν φυτῶν οὐκ οὔσα αἰσθητή, ἡδονὴ οὐκ ἔστιν· εἰ τοίνυν ἡ ἡδονὴ γένεσις, ἡ δὲ γένεσις ἀτελής, τὸ δὲ ἀτελὲς οὐκ ἔστιν ἀγαθόν, ἡ ἡδονὴ ἄρα οὐκ ἔστιν ἀγαθόν· ἀγαθὸν γὰρ τὸ ἤδη γεγονός, οὐ τὸ γίνεσθαι· οὐ γὰρ ἔστιν \* ἡ γένεσις ἁμογενῆς τοῖς τέλει, εἰς ἃ τελευτᾷ· οὐ γὰρ ἡ οἰκοδομία ἁμογενῆς τῶ οἰκῶ. Ἔτι δ' σώφρων φεύγει τὰ φευκτά· σπουδαῖος γὰρ φεύγει δὲ τὰς ἡδονάς· ἡ ἡδονὴ ἄρα οὐκ ἔστιν ἀγαθόν. Ἔτι δ' φρόνιμος τὸ ἀγαθὸν διώκει· τὴν ἡδονὴν δὲ οὐ διώκει· τὸ γὰρ ἄλυπον διώκει, οὐ τὸ ἡδύ· οὐκ ἄρα ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν. Ἔτι ἐμπόδιον ἡ ἡδονὴ τῇ φρονήσει, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσω μείζων ἡ ἡδονή· οὐδεὶς γὰρ δύναται ἐν ταῖς μεγίσταις ἡδοναῖς ὦν νοῆσαι τι. Ἔτι πᾶν ἀγαθὸν τέχνης ἔργον· οὐδεμιᾶς δὲ τέχνης ἔργον ἡ ἡδονή· οὐκ ἄρα ἀγαθόν. Ἔτι τὰ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς, καὶ τὰ παιδία ἀλόγως φερόμενα· ὁ δὲ ζητεῖ τὰ ἀλόγως κινούμενα, οὐκ ἔστιν ἀγαθόν· οὐκ ἄρα ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν.

\*\*\* Ὅτι δὲ οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθὸν ἐδόκει, διὰ τὸ ἔνια τῶν ἡδέων βλαβερά εἶναι καὶ νοσώδη, καὶ ἡδονάς τινας αἰσχυράς καὶ ἐπονειδίστους.

\*\*\* Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι τὸ τέλος ἡ ἡδονή, διότι γένεσις ἔστι καὶ κίνησις τις, τὸ δὲ τέλος ἄρος, εἰς ὃν ἡ κίνησις· τὰ μὲν οὖν λεγόμενα σχεδὸν περὶ ἡδονῆς ταῦτά ἔστι. Τούτων δὲ τὸ μὲν τῶν ἡδονῶν τὰς μὲν ἀγαθὰς, τὰς δὲ φαύλας εἶναι ἀληθές· τὰ δὲ λοιπὰ ψεῦδος· καὶ πεπρατότερον ἐλέγχειν καὶ πρῶτον περὶ τοῦ πρώτου λέγωμεν.

(Scripsi \* : γὰρ ἔστιν] vulgo γὰρ ἔστιν. — )

vitiū in voluptatibus ac doloribus, ut supra dictum est, versantur : quamobrem decet hominem de virtutibus commentantem etiam de voluptate loqui : adde quod vitam beatam quidam cum voluptate copulatam esse ajunt : quapropter et beatum a gaudendo nominant. Sed prius dicendum, quæ aliis de hac re videantur.

Aliis ergo nequaquam nec per se nec per accidens bonum videtur esse voluptas : neque enim idem et bonum et voluptatem esse posse arbitrantur. Aliis rursus inhonestæ pleræque voluptates, quædam et bonæ videntur. Alii denique statuebant, etiamsi omnis voluptas bonum esset, minime tamen voluptatem finem esse posse. Atque hæc quidem aliorum de voluptate sunt opiniones.

### Cap. XVIII.

Nullam voluptatem bonum esse.

Jam vero causæ propter quas singuli hoc aut illud statuerint, explicandæ sunt. Qui ergo nullam omnino voluptatem bonum esse putabant, ita argumentabantur : omnis voluptas ad naturam ortus est qui sensu percipi possit : plantarum nempe ad naturam ortus, si non sit sensibilis, non est voluptas : si ergo voluptas est ortus, ortus autem est imperfectus, illud vero quod imperfectum habetur non est bonum, voluptas quoque non est bonum : nimirum quod jam factum est, non ipsum fieri bonum vocamus : neque enim cognatus finibus, in quos desinit, est ortus : sicut nec ejusdem generis cum ædificio est ædificatio. Insuper quæ fugienda sunt fugit vir temperans : est enim honestus : fugit autem voluptates : voluptas ergo non est bonum. Quin etiam vir prudens sequitur id quod bonum est : voluptatem autem non sequitur : nam doloris vacuitatem potius, quam voluptatem sequi solet : voluptas igitur non est bonum. Præterea prudentiæ obstat voluptas, eoque magis, quo major est voluptas : nemo videlicet qui maximis voluptatibus servit, quidquam animo agitare potest. Insuper quidquid est bonum, artis opus est : nullius autem artis opus est voluptas : voluptas igitur non est bonum. Quin etiam bestię et pueri, qui sine ratione feruntur, voluptates consecrari solent : quod vero ea quæ sine ratione feruntur expetunt, non est bonum : voluptas ergo non est bonum.

Jam vero non omnem voluptatem bonum esse idcirco censebant, quia nonnulla quæ jucunda sunt tum damnum afferrent, tum morbos gignerent et quia voluptates quædam tam turpes quam probrosæ essent.

Sed nec finem esse voluptatem, quia generatio est et motus, finis vero terminus est, ad quem tendit motus. Et hæc quidem fere sunt, quæ de voluptate dicuntur. Verum quas commemoravimus voluptates alias bonas, alias malas esse, vera opinio est : reliquæ vero et falsæ sunt et pro viribus confutandæ : ac primum quidem de primo genere agamus.

\* Τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ οὐδεμία ἡδονὴ κτλ. — \*\* Ὅλος μὲν οὖν οὐκ ἀγαθόν, κτλ. — \*\*\* Τοῦ δὲ μὴ πάσας σκοπυδαίας, κτλ. — \*\*\*\* Ὅτι δ' οὐκ ἀριστον ἡ ἡδονή, κτλ.

## Κεφ. ιθ'.

Λύσεις τῶν λόγων, περὶ ὧν ἡ ἡδονὴ δοκεῖ μὴ ἀγαθὸν εἶναι.

\* Ὅτι γὰρ οὐκ ἀνάγκη διὰ τοὺς εἰρημένους λόγους μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, μὴ δὲ τὸ ἀριστόν, ἐκ τῶνδε δῆλον. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν διχῶς λέγεται, τὸ μὲν ἀπλῶς καὶ καθ' αὐτὸ καὶ κυρίως, ὡς ἡ ἀρετὴ, τὸ δὲ οὐχ ἀπλῶς μὲν ἀγαθόν, τινὶ δὲ ἀγαθόν, ὡς τὸ λωποδουτεῖν τῷ λωποδύτῃ ἀγαθόν, ἀκόλουθόν ἐστιν ὅτι καὶ φύσις πᾶσα, καὶ ξίς, καὶ πᾶσα κίνησις, καὶ γένεσις, ἡ μὲν ἐστὶ ἀπλῶς ἀγαθή, ἡ δὲ τινι. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ. Κινήσεις γάρ, καὶ γενέσεις, καὶ ξίς αἱ μὲν φαῦλαι ἀπλῶς, αἱ δὲ τινι, καὶ τῶν φαύλων τινί· καὶ αἱ μὲν καὶ αἰ φαῦλαι τινι, αἱ δὲ κατὰ τινα τρόπον, καὶ ὀλίγον χρόνον ἀπλῶς μὲν φαῦλαι πᾶσα κακία· τινὶ δὲ φαῦλον ἢ σωφροσύνη τῷ ἀκολάστῳ, καὶ αἰ, καὶ πάντα τρόπον τινὶ δὲ φαῦλον, καὶ οὐκ αἰ, τὸ ἀκολασταίνειν τῷ ἀκρατεῖ. Τῆς γὰρ ἐπιθυμίας σθεσθείσης φαῦλον δοκεῖ, καθάπερ σὺν τῷ πάθει οὐκέτι. \* Ἐπεὶ τοίνυν πᾶσα κίνησις καὶ γένεσις οὕτω διαιρεῖται, καὶ ἡ μὲν ἀπλῶς φαύλη ἡ δὲ τινι, κινήσεις δὲ καὶ ἡδονή, φανερόν ἐστι οὐ πᾶσα ἡδονὴ φαῦλον· ἐστὶ γὰρ ἡδεσθαὶ ἐφ' οἷς δεῖ, ὅταν τις ἡδῆται<sup>b</sup> ἐπ' ἀρετῆς ἢ σοφίας, καὶ ἐστὶν ἡδεσθαὶ ἐπὶ φαύλοις, καὶ ὅπως καθὼς καθόλου διωρισάμεθα. Ἐπὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ μὲν ἐστὶν ξίς, ὥσπερ ὁ ἔχων δικαιοσύνης ἔξιν· τὸ δὲ ἐνέργεια, ὥσπερ ὁ ποιῶν· ἡ δὲ ἐνέργεια τὴν ἐλλείπουσαν ἔξιν ἀναπληροῖ τῆς ἐνεργείας, σώζεται δὲ καὶ ἡ φυσικὴ ξίς· ὥσπερ ἡ ὑγίεια ἔγκαιται μὲν, σώζεται δὲ διὰ τῶν ὑγιεινῶν σιτῶν. Αὕτη δὲ ἡ ἐνέργεια ἢ σώζουσα τὴν ἔξιν, ὁποτέραν ἂν τις εἴποι, ἡδεῖα μὲν, οὐ καθ' αὐτὸ δέ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Οὐ γὰρ αὐτὸ τὸ ἀναπληροῦν τὸ ἐνδέον τῆς ἔξως αὐτῆς ἐστὶν ἡ ἡδονή, ἀλλὰ τούτῳ ἔπεται ἡδονή· εἰ γὰρ τοῦτο ἦν ἡδονή, ἀναπλήρωσις τῆς φυσικῆς ἔξως ἢ τῆς ἐπιστήης, καὶ πᾶσα ἂν ἡδονή· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· οὐκ ἄρα τοῦτο ἐστὶν ἡδονή, γένεσις εἰς φύσιν αἰσθητή· τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἡ ἀναπλήρωσις τοῦ φυσικῶς ἐνδέοντος· καὶ οὕτω λύεται τὸ ἐπιχειρήμα τῶν συναγόντων μηδεμίαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι. Ὅτι δὲ οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀναπληρωσὶς ἐστὶ, δῆλον ἀπὸ τοῦ καὶ ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας ἡδονὰς εἶναι, τὴν δὲ τοιαύτην ἀναπλήρωσιν ἄνευ τούτων οὐκ εἶναι δύνασθαι· αἱ γὰρ ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν ἐπιστημῶν ἡδοναὶ ἄνευ ἐνδείας εἰσι καὶ λύπης. Ἐπειδὴν γὰρ ἡ μήπω παροῦσα ἐπιστήμη ἐγγίνηται τῇ ψυχῇ, ἡδονὴν μὲν ἐποίησε τῷ παρεῖναι, λύπην δὲ οὐδεμίαν ἀποῦσα δίδωσι, ἐπεὶ οὐδὲ ἐνδεία ἐστὶν ἡ ἀπουσία τῆς ἐπιστήμης· οὐ γὰρ ἦν ὅτε παρῆν ἡ ἐπιστήμη· νῦν δὲ ἀπώλετο· καὶ σωματικαὶ δὲ ἡδοναὶ εἰσιν οὕτως ἔχουσαι ἄνευ ἐνδείας καὶ λύπης. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐνδείας ὄντες τροφῆς ἡδόμεθα τρεφόμενοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὸ ἐλλείπον, ἐστὶν οἷς ἡδόμεθα· οὐ γὰρ τοῖς αὐτοῖς χαί-

## Cap. XIX.

Dissolutio argumentorum, quibus voluptatem bonum non esse probant.

Non sequi ergo ex iis quæ diximus, voluptatem aut bonum non esse aut non esse optimum, ex his patet. Quum enim bonum dupliciter dicatur, alterum simpliciter, per se et proprie, ut virtus, alterum non simpliciter, sed alicui bonum, ut grassari grassatori bonum est, inde efficitur etiam, omnem naturam et habitum, omnem item motum et ortum partim absolute, partim alicui bonum esse. Similiter et in malo se res habet. Motus enim, ortus et habitus quidam absolute mali sunt, nonnulli alicui tantum, idque cuidam malo: rursus alii semper alicui mali sunt, alii quodammodo et parumper: et absolute quidem mali habitus sunt omnia vitia: cuidam vero mala res, ut temperantia intemperanti et semper et omni modo: cuidam denique malum, sed non semper, ut incontinenti luxuriose vivere. Namque expleta cupiditate malum videtur, animi ardore quasi abreptio non item. Quum ergo omnis tum motio ita dividatur, tum generatio, sitque alia absolute mala, alia cuidam tantum, motio autem voluptas quoque sit, apparet non omnem voluptatem esse malum: potest quippe delectari aliquis rebus, quibus delectari decet, quum quis virtute vel sapientia delectatur, sicut contra fieri potest, ut rebus malis aliquis delectetur, et omnino quemadmodum universe distinximus. Præterea bonum aliud est habitus, ut qui justitiæ habitum habet: aliud est actus, ut qui facit: porro actus deficientem habitum actu suo supplet, sed et naturalis habitus conservatur: sicut sanitas inest quidem, sed tamen salubribus cibis conservatur. Actus ergo qui conservat habitum, utrocunq; dicitur modo, est jucundus, non per se tamen, sed per accidens. Neque enim in supplendo ipso habitus defectu posita est voluptas, sed eam rem sequitur voluptas: nimirum si voluptas in eo versaretur, ut defectus habitus vel naturalis vel assuetudine comparati suppleretur, omnis etiam voluptas idem efficeret: nunc vero non ita se res habet: non ergo ad naturam ortus qui sensu percipi possit, voluptas est: hoc enim defectus naturalis supplementum est: atque ita eorum argumentum confutatur, qui nullam voluptatem bonum esse colligunt. Jam vero non omnem voluptatem esse expletionem, ex eo apparet, quod etiam sine dolore et cupiditate nonnullæ sint voluptates, talis autem expletio sine his esse non possit: nam quæ e doctrinarum contemplatione capiuntur, sine defectu et dolore sunt voluptates. Nempe quum nondum adest, sed adhuc animo innascitur scientia, voluptatem quidem affert sua præsentia, sed nullum tamen dolorem absentia sua nobis facit, quoniam scientiæ absentia ne defectus quidem habetur: nec enim erat quum adest scientia: nunc vero perit: sed et corporis voluptates quædam sine defectu ac dolore tales sunt. Etenim non solum quum egemus cibo, alimento delectamur, sed etiam postquam supplevimus defectum, nonnullis cibis delectamur: nec enim iisdem quum egemus de-

\* Cap. 12 Ὅτι δ' οὐ συμβαίνει διὰ ταῦτα κτλ.

ρομεν ἐνδεεῖς ὄντες καὶ πεπληρωμένοι· ἀλλὰ πληρωθέντες μὲν ἡδόμεθα τοῖς κυρίως ἡδέσι, καὶ πᾶσιν ἡδονὴν φέροι· πρὶν δὲ πληρωθῆναι, τοῖς τυχοῦσι καὶ τοῖς ἐναντίοις πολλάκις χαίρομεν· ὅθεν φαίνεται, καὶ ὅτι τῶν ἡδονῶν αἱ μὲν εἰσιν ἀπλῶς, αἱ δὲ τισιν ὡς γὰρ ἔχουσι τὰ ἡδέα, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αἱ ἡδοναὶ αἱ ἀπὸ τούτων. Ὅτι μὲν οὖν οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀναπλήρωσις ἐστὶ φυσικὴ, δέδεικται. Καὶ μὴν οὐδὲ πᾶσα ἀναπλήρωσις ἡδονή· τῆς γὰρ υγιείας πλήρωσις, ἥτις φυσικὴ ἐστὶν ἕξις διὰ τῆς διαίτης γινομένη, οὐκ ἐστὶν ἡδέα, οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν τὴν ἡδονήν, ὅτι ἐστὶ γένεσις εἰς φύσιν αἰσθητή. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀνάγκη ἀπὸ τούτων τῶν λόγων μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν.

(Scripsi : \* οὐκέτι ] cod. οὐκ ἐτι. — <sup>b</sup> ὅταν τις ἡδῆται ] cod. ὅταν τις ἡδέται. — )

## Κεφ. κ'.

Αἰσίς τοῦ λόγου ὅθεν ἡ ἡδονὴ δοκεῖ μὴ τὸ ἀριστον εἶναι.

\* Καὶ οἱ λέγοντες δὲ τὴν ἡδονὴν μὴ εἶναι αὐτὸ τὸ τέλος τὸ ἀριστον, οὐκ ἀναγκαιῶς συλλογίζονται· εἰ γὰρ οὐ δύναται ἡ ἡδονὴ τέλος εἶναι, ἀνάγκη αἰετῆρόν τι βέλτιον αὐτῆς εἶναι, τὸ τέλος δὴλον ὅτι· \* τὸ γὰρ τέλος παντός ἐστὶ βέλτιον αὐτὸ γὰρ ἐστὶ τὸ ἀριστον καὶ τὸ βέλτιστον. Οὐκ ἀνάγκη δὲ οὐ γὰρ ἐστὶ γένεσις ἡ ἡδονή, ἵνα ἐξ ἀνάγκης βέλτιον αὐτῆς ἢ τὸ τέλος τῆς γενέσεως, οὐδὲ αἰετὴ ἐν τῇ <sup>b</sup> γένεσει θεωρεῖται, ἀλλὰ ἐνέργειά ἐστὶ καὶ τέλος· θεωρεῖται δὲ οὐκ ἐν τῇ συστάσει τῶν ἕξεων· ὅσον, φέροι εἰπεῖν, ὅταν τὰ δίκαια τις ποιῇ, καὶ τὴν ἕξιν τῆς δικαιοσύνης ἐν τῇ ψυχῇ συντιθῇ, οὕτω δίκαιος ὢν· ἀλλ' ἐν τῇ χρήσει τῆς ἕξεως, ὅταν τις δίκαιος γινόμενος ἐπειτὰ χρῆται τῇ ἕξει τῆς δικαιοσύνης. Διὰ τοῦτο οὐδὲ πάσης ἡδονῆς ἐστὶ τέλος, ἀλλ' ἐνταῦθα εἰσὶ τέλος. Καὶ γὰρ τῶν ἐνεργειῶν ὅσαι μὲν εἰς τελειώσιν ἄγουσι φύσεως, οὐκ αὐταὶ εἰσὶ τέλος, ὡσπερ ἡ καθ' ἑξὶν ἰατρικὴν ἐνέργεια τέλος ἔχει τὴν υγιείαν· ὅσαι δὲ οὐκ ἄγουσιν εἰς φυσικὴν τελειώσιν, ἀλλ' αὐταὶ εἰσιν ἡ φυσικὴ τελειώσις, δὴλον ὡς οὐκ ἔχουσιν ἄλλο τέλος, ἀλλὰ ἄλλων αὐταὶ εἰσὶ τέλη· ὡσπερ εἰ τις κατὰ τὴν τελείαν ἕξιν τῆς ἀρετῆς ἐνεργεῖ. Ἡ γὰρ τοιαύτη ἐνέργεια τέλος ἐστὶν ἄλλων, οὐκ αὐτὴ ἐστὶ πρὸς ἄλλο τεταγμένη τέλος· ὅθεν καὶ ἡ ἡδονή, ἐνέργεια οὐσα, οὐ πᾶσα τέλος ἔχει· ἐνέργεια γὰρ ἐστὶ τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως. Διὸ οὐ καλῶς ἔχει αἰσθητὴν γένεσιν εἶναι λέγειν τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ ἐνέργειαν τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως λακτέον εἶναι τὴν ἡδονήν· ἀντι δὲ τοῦ αἰσθητῆ, ἀνεμπόδιτον· καὶ ἐστὶ ἡδονὴ ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνεμπόδιτος. Δέδεικται δὲ ἐν τῷ <sup>c</sup> ιη' κεφαλαίῳ μὴ πᾶσαν ἡδονὴν γένεσιν εἶναι εἰς φύσιν· ὥστε ἑλλιπὴς ἐστὶν ὁ τοιοῦτος δρισμός· ἐτι δὲ οὐδὲ πᾶσα αἰσθητὴ ἐστὶν. Ἡ γὰρ ἐν τῷ θεωρεῖν ἡδονὴ οὐκ ἐστὶν αἰσθητὴ· ἡ δὲ ἐνέργεια καὶ

lectamur et quum expleti sumus; verum postquam expleti sumus, iis qui proprie jucundi sunt delectamur, et illi omnibus voluptatem afferunt: antequam vero expleti sumus, quibuslibet et sæpe contrariis delectamur: unde apparet, alias absolute dici, alias quibusdam esse voluptates: sicut enim ea quæ jucunda sunt, ita et quæ ex iis oriuntur voluptates se habent. Non omnem igitur voluptatem naturalem esse expletionem, demonstravimus. Atqui neque omnis expletio est voluptas: nimirum sanitatis, qui naturalis est habitus et certa quadam vivendi ratione contingit, jucunda non est expletio, quare non decet dicere, voluptatem esse ad naturam ortum qui sensu percipi possit. Quamobrem non necessario his argumentis voluptatem non esse bonum docent.

## Cap. XX.

Refutatio argumenti, quo voluptatem non esse optimam rem probant.

Sed et illi qui negant ipsam finem optimum esse voluptatem, non necessario rationem concludunt: si enim finis esse nequit voluptas, necesse est semper aliquid ea melius reperiri, finem nimirum: omnium enim optimum est finis, quia ipse eorum quæ exstant optimum et præstantissimum est. At non est necesse: nec enim generatio est voluptas, ut necessario ipsa generatione melior sit finis, neque semper in generatione consideratur, sed actus est et finis: sed neque in habitum constitutione consideratur: ut, exempli gratia, quum quis ea quæ justa sunt facit, et justitiæ habitum in animo fingit, quum tamen nondum sit justus, sed in usu potius illius habitus, quum jam justus aliquis factus ipso postea justitiæ habitu utitur. Quocirca nec omnium voluptatum est finis, sed earum nonnullæ ipsæ sunt finis. Etenim illi actus qui ad naturæ perfectionem perducunt, non ipsi sunt finis, sicut actus ad medicinalem habitum accommodatus finem habet sanitatem: eos vero qui ad naturalem perfectionem non adducunt, sed ipsi naturalis perfectio sunt, perspicuum est non alium finem habere, sed ipsos esse aliorum fines: ut si quis ad perfectum virtutis habitum accommodate aliquid efficit. Talis quippe actus finis aliorum est, non autem ipse ad alium finem refertur: quare nec omnis voluptas, licet actus sive efficacia sit, finem habet: siquidem efficacia habitus naturalis est. Quapropter non recte dicunt, voluptatem esse generationem, quæ sensu percipi possit, sed potius efficacia habitus naturalis voluptas dicenda est: pro sensibili autem rectius non impeditam vocaveris: atque ita erit voluptas non impedita habitus naturalis efficacia. Ostendimus autem in capite duodevicesimo, non omnem voluptatem ad naturam ortum esse: quamobrem imperfecta hujusmodi definitio est: præterea nec sensibilis est omnis. Voluptas videlicet quæ e contemplatione capitur non est sensibilis: actus autem

\* Ἐτι οὐκ ἀνάγκη ἑτερόν τι κατ.

τὴν γένεσιν ἔχει τὴν αἰσθητὴν· καὶ οὐδεμία ἡδονὴ ἐστίν, ἥτις οὐκ ἐστὶν ἀνεμπόδιστος· τὸ δὲ κατὰ φύσιν πᾶσαν ἔξιν περιέχει φυσικὴν τε καὶ ἠθιστὴν. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ἠθιστὴ ἔξιν κατὰ φύσιν ἐστὶ· πεφύκαμεν γὰρ πρὸς τὰς τοιαύτας ἔξεις, καὶ διὰ τοῦτο κτώμεθα· ὁ γοῦν ἐνεργῶν κατὰ τινὰ ἔξιν ἀνεμπόδιστως ἡδεται· καὶ τοῦτο ἐστὶν ἡ ἡδονή. Γένεσις δὲ ἔδοξε τισιν εἶναι ἡ ἡδονή, ὅτι ὤντο τὴν ἡδονὴν εἶναι τὸ κυρίως ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀριστον· τὸ δὲ κυρίως ἀγαθὸν ἐνέργειαν εἶναι· ἐνέργειαν δὲ καὶ γένεσιν μὴδὲν ἀλλήλων διαφέρειν. Ἐὶ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γὰρ ταῦτόν ἐστι γένεσις ἐνέργειας· γένεσις μὲν γὰρ ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος ἐπὶ τὸ εἶναι ὁδὸς τῆς ἔξεως· ἐνέργεια δὲ ἥτις ἐστὶ τὸ ἀριστον, ἡ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τῆς ἔξεως, κατ' αὐτὴν τὴν τελείαν ἔξιν ἐνέργεια.

(Scripsi : <sup>a</sup> δῆλον ὅτι.] cod. δηλονότι. — <sup>b</sup> τῆ] cod. τῆ. — <sup>c</sup> τῶ] cod. τω. —)

## Κσφ. κα'.

Λύσις τοῦ ἐπιχειρήματος, ὅθεν ἰδοκεῖ μὴ πᾶσαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· καὶ ἐτι δι' ὧν δοκεῖ φαῦλη εἶναι· καὶ ἀπόδειξις, ὅτι ἀνάγκη τὸ ἀριστον ἡδονὴν εἶναι.

\* Οὐδὲ φαῦλην δὲ εἶναι ἀνάγκη τὴν ἡδονὴν, ὅτι ἐνία ἡδέα νοσώδη.

Εἰ γὰρ τοῦτο, ἔσονται καὶ τὰ ὑγιεινὰ φαῦλα, ὅτι τινὰ ὑγιεινὰ ἐμποδῶν ἴσταται τῷ πλουτεῖν, ὅτι πολλῶν χρημάτων εἰσὶν ἀναλωτικά· ἀλλ' οὐ φαῦλα διὰ τοῦτο· οὐ γὰρ τὸ ἐναντιούμενον ὁπωσοῦν ἄλλω τινὶ ἀγαθῷ, φαῦλον· ἐπεὶ καὶ τὸ θεωρεῖν βλάπτει ποτὲ εἰς ὑγίειαν, καὶ οὐ διὰ τοῦτο φαῦλον· οὐκ ἄρα οὐδὲ ἡ ἡδονὴ φαῦλον, ὅτι τινὰ ἡδέα νοσώδη.

\*\* Καὶ μὴν οὐδὲ ὅτι ἐμποδίζουσιν εἶναι τῶν ἡδονῶν τῆ φρονήσει καὶ τῆ θεωρίᾳ, διὰ τοῦτο φαῦλον ἡ ἡδονή. Οὐ γὰρ ἡ ἡδονὴ τῆς φρονήσεως τῆ φρονήσει ἐνοχλεῖ, οὐδὲ ἡ ἡδονὴ τῆς τέχνης τῆ τέχνῃ, ἀλλὰ μάλλον αὐξεῖ ἐκάστην ἔξιν ἡ οἰκεία ἡδονή· ἀλλὰ αἱ ἐμποδίζουσαι ἡδοναὶ τὰς ἔξεις ἀλλότριαι εἰσι, καὶ ὡς μὴ προσήκουσαι ἐνοχλοῦσι· τοῦτο δὲ οὐκ ἐστὶ φαυλότητος σημεῖον, ἐπεὶ καὶ τῆ ὑγείᾳ ἡ θεωρία ἐνοχλεῖ, καθὼς εἴρηται, ὅτι οὐκ ἐστὶ προσήκουσα ἐνέργεια τῆ ὑγείᾳ· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο φαῦλον ἡ θεωρία.

\*\*\* Καὶ μὴν οὐδὲ ὅτι οὐκ ἐστὶν ἔργον τέχνης οὐδεμίαν, διὰ τοῦτο φαῦλον· οὕτω γὰρ ἂν πᾶσα ἐνέργεια φαῦλον ἂν ᾖν. Οὐδεμία γὰρ ἐνέργεια τέχνης ἐστὶν ἀποτελεσμα· ἀλλὰ τὴν μὲν δύναμιν ἡ τέχνῃ, ἡ δὲ δύναμις προάγει τὴν ἐνέργειαν· ἡ μὲν γὰρ περὶ τὴν κυβερνητικὴν τέχνην αἰτία ἐστὶ τοῦ δύνασθαι κυβερνᾶν· τὸ δὲ δύνασθαι κυβερνᾶν αἰτιὸν ἐστὶ τῆς κατὰ τὴν κυβερνητικὴν ἐνεργείας. Καίτοι καὶ ἡ ἡδονὴ γίνεται τινος τέχνης πολλῶν· ἡ γὰρ μυρεψικὴ καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ τέχναι εἰσὶν ἡδονῆς ποιητικά.

sensibilem etiam habet generationem: neque ulla est, quæ non sit libera voluptas: quum autem naturæ convenientem dicimus, omnem tum naturalem, tum assuetudine comparatum habitum complectimur. Nam et assuetudine comparatus habitus naturæ consentaneus est: quia ad ejusmodi habitus nati sumus, ideoque eos nanciscimur: qui igitur ad aliquem habitum accommodate sine ullo impedimento aliquid efficit, delectatur: atque hæc res est voluptas. Sed generatio quibusdam esse visa est voluptas, propterea quod voluptatem existimabant, id quod bonum proprie et optimum vocatur: id autem quod proprie bonum est, actum esse: sed actum et generationem nihil inter se differre. At res non ita se habet: neque enim idem est generatio quod actus: quippe generatio est habitus via ab eo quod non est ad rerum naturam confecta: actus vero, quod optimum vocamus, postquam adepti sumus habitum, ad hunc ipsum jam perfectum habitum apta efficacia.

## Cap. XXI.

Refutatio argumenti, quo non omnem voluptatem bonum esse probant: præterea cur mala videatur esse: denique necessario voluptatem summumque bonum esse ostenditur.

Sed neque malam esse voluptatem necesse est, quia jucunda quædam morborum causæ sunt. Nam si hoc ita est, erunt etiam ea quæ salubria sunt mala, quia eorum nonnulla, ne quis divitiis affluat, impediunt, propterea quod in eorum emtionem pergrandis pecunia absumitur: sed non idcirco mala sunt: neque enim quod alii alicui bono utcumque adversatur, continuo est malum, quum etiam contemplatio interdum sanitati noceat, nec tamen propterea malum sit: ergo ne voluptas quidem ideo malum est, quod jucunda quædam morbos pariunt. Sed nec quia nonnullæ voluptates prudentiam et contemplationem impediunt, idcirco malum est voluptas. Nam neque prudentiæ voluptas prudentiæ molestiam exhibet, neque artis voluptas arti molesta est, sed singulos potius habitus sua cujusque voluptas auget: itaque alienæ potius sunt, quæ habitum impediunt voluptates, et quia non sunt ei cognatæ, illum turbant: hoc autem non est pravitatis signum, siquidem etiam sanitatem contemplatio turbat, quemadmodum diximus, tanquam non conveniens sanitati actus: sed propterea contemplatio non est malum.

Sed hæc quia nullius artis opus est, idcirco malum esse sequitur: ita enim malus foret omnis actus. Nulla quippe actio artis effectus est, sed facultatem ars, facultas vero actum producit: nimirum gubernandi ars efficit gubernandi facultatem: at gubernandi facultas efficit gubernandi actionem. Quamquam sæpenumero artis alicujus voluptas est: nam ars unguentaria et coquinaria oblectationem habent.

\* Τὸ εἶναι φαύλας κτλ. — \*\* Ἐμποδίζει δὲ οὕτε φρονήσει, κτλ. — \*\*\* Τὸ δὲ τέχνης μὴ εἶναι ἔργον κτλ.

\* Ὅτι δὲ οἱ σώφρονες, καὶ οἱ φρόνιμοι φεύγουσι τὴν ἡδονήν, καὶ τὸν ἄλπου διώκουσι βίον, οἱ δὲ παῖδες καὶ τὰ θηρία διώκουσι τὰς ἡδονάς, λύεται τοῖς ἐν τῷ τῆ κεφαλῶν εἰρημένοις. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ἡδονῶν αἱ μὲν εἰσὶν ἀπλῶς ἀγαθαί, αἱ δὲ οὐχ ἀπλῶς ἀγαθαί, τὰς μὲν μὴ ἀπλῶς ἀγαθὰς τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκει, καὶ ὁ σώφρων φεύγει, καὶ κατὰ ταύτας βούλεται μόνον ἄλπου εἶναι καὶ ὁ φρόνιμος, καὶ εἴ τις σπουδαῖος τὰς μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύπης, τὰς σωματικὰς (τοιαῦται γὰρ αὐταί) καὶ τὰς τούτων ὑπερβολὰς, περὶ ἃς ἂν ὁ ἀκόλαστος στρέφεται· διὸ ὁ σώφρων φεύγει ταύτας· τὰς δὲ ἀπλῶς ἡδονὰς ὁ σώφρων καὶ ὁ φρόνιμος διώκει· αἱ εἰσὶ σώφρονες ἡδοναί· αἱ εἰσὶν αἱ τῶν ἐπαινετῶν ἔξεων ἐνέργειαι· οἷον σωφροσύνης, ἡ δικαιοσύνης, ἡ θεωρίας.

\*\* Ἐπεὶ δὲ καὶ λύπη ἡ μὲν ἐστὶν ἀγαθόν, ἡ δὲ φαῦλον καὶ φευκτόν, καὶ τῆς φευκτῆς ἡ μὲν καθ' αὐτό ἐστὶ φευκτὴ, ὡς ἡ ἐπὶ ἀρετῇ λύπη, ἡ δὲ πῆ, ὡς ἡ ἐπὶ ζημίας τινὲ λύπη, ἥτις φευκτὴ ἐστὶ κατὰ τι, ὅτι ἐμποδίζει τῇ θεωρίᾳ· φανερόν ἐστι ἀνάγκη πᾶσα τὸ ἐναντίον τῇ λύπῃ τὴν ἡδονήν, τὴν μὲν ἀπλῶς φευκτὴν εἶναι, τὴν δὲ πῆ· ἀνάγκη γὰρ τῷ ἀπλῶς κακῷ ἀπλῶς ἀγαθόν εἶναι ἐναντίον, καὶ τῷ πῆ κακῷ τὸ πῆ ἀγαθόν· οὐ γὰρ ἡ Σπενσιππου λύσει, καθ' ἣν ἐνιστάμενος λύσει ἐπιχειρεῖ τόνδε τὸν λόγον, συμβαίνει τῇ ἀληθείᾳ. Φησὶ γὰρ, ὅτι καθάπερ τὸ μείζον καὶ τὸ ἔλαττον ἐναντία ἐστὶ τῷ ἴσῳ, καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν τὰ παρ' ἑκάτερα ἐναντία, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῇ ἄλπτῃ ἀντίκειται ἡ ἡδονὴ καὶ λύπη, ἡ μὲν ὡς μείζον, ἡ δὲ λύπη ὡς ἔλαττον, καὶ ἐστὶν ἡ μὲν ἄλπτια ἀγαθόν, ἡ δὲ ἡδονή, καὶ ἡ λύπη, κακόν· οὗτος γὰρ ὁ λόγος παντελῶς ἀδοξάζει· οὐδενὶ γὰρ ἡ ἡδονὴ κακὸν δοκεῖ· οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη τὴν ἡδονὴν αὐτὴν, ὅπερ ἐστὶ κακὸν εἶναι.

\*\*\* Οὐδὲν δὲ κωλύει ἡδονὴν εἶναι τὸ ἀγαθόν καὶ τὸ ἄριστον, ὅτι ἐνταῦθα τῶν ἡδονῶν φαῦλαι· καὶ γὰρ πολλῶν φαύλων οὐσῶν ἐπιστημῶν οὐδὲν κωλύει τὸ ἄριστον εἶναι τὴν ἐπιστήμην. Ἴσως δὲ οὐ μόνον δυνατόν, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον τὴν ἡδονὴν τὸ ἄριστον εἶναι καὶ τὸ αἰρετώτατον. Εἴ γὰρ πάσης ἔξεως ἐστὶν ἐνέργεια, ἡ δὲ εὐδαιμονία καὶ τὸ ἄριστον ἐνέργειά ἐστὶν ἔξεως ἀγαθῆς, ἡ μὴ τῆς ἀρίστης ἡ πασῶν, ἀνεμπόδιστος· ἡ δὲ ἡδονὴ ἐνέργειά ἐστὶ τῆς κατὰ φύσιν ἔξεως ἀνεμπόδιστος· ἀνάγκη δὲ τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ τὸ ἄριστον, ἡδονὴν εἶναι. Καὶ οὐδὲν προσίσταται τὸ τίνας τῶν ἡδονῶν φαύλας εἶναι. Ὅτι δὲ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνάγκη ἐνέργειάν τινα εἶναι ἀνεμπόδιστον, φανερόν, δεῖ γὰρ τελείαν εἶναι· οὐδέμια δὲ ἐνέργεια ἐμποδισομένη τελεία δύναται εἶναι· διὰ τοῦτο, καθὼς ἐν τοῖς ἐμπροσθεν εἴρηται, δεῖται ὁ εὐδαιμων τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν, ἵνα μὴ ἐμποδίζηται ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ. Οἱ δὲ τὸν ἀνωμάλως βιοῦντα καὶ δυστυχίαις μεγάλαις

Jam vero quod temperantes viri et prudentes voluptatem fugiunt, vitamque potius a dolore vacuam sequuntur, pueri autem et bestiae voluptates consecantur, hoc iis quæ capite duodevicesimo dicta sunt dissolvitur. Quum enim aliae voluptates simpliciter et absolute bonæ, aliae non simpliciter bonæ sint, eas quæ non sunt simpliciter bonæ pueri et bestiae sequuntur, eas autem fugit temperans, suntque hæ solæ quibus dolore vitat: pariterque prudens et quicumque est honestus: eas, inquam, quæ cum cupiditate et dolore conjunctæ sunt, corporis videlicet (nam hæ tales sunt) earumque immoderationes, in quibus versatur intemperans: ideoque hæ temperans quoque fugit: eas vero quæ simpliciter voluptates dicuntur temperans quoque et prudens persequitur: quæ etiam temperantes sunt voluptates: neque aliud quam laudabilem habitum sunt actus: exempli gratia, temperantiæ, justitiæ aut contemplationis.

Quoniam autem et dolor, alius quidem bonus, alius vero malus est et fugiendus, rursusque fugiendus partim per se fugiendus est, ut dolor e virtute susceptus, partim quodammodo fugiendus, ut dolor e damno aut pena susceptus, qui aliquatenus fugiendus est, quia contemplationem impedit: apparet etiam id quod dolori est contrarium, voluptatem dico, necessario aliam simpliciter, aliam quodammodo fugiendam esse: necesse enim est ei quod absolute malum est, id opponi quod absolute bonum est, eique quod quodammodo malum est, id quod quodammodo est bonum: neque enim Spensippi illa dissolutio, qua instando hoc argumentum disolvere conatur, revera quadrat. Ait enim, quemadmodum majus et minus æquali sunt contraria, et in virtutibus quæ utrinque sunt inter se sunt contraria, ita voluptatem quoque et dolorem indolentiæ opponi, illam quidem ut majus, hunc vero ut minus, atque esse bonum indolentiam, malum vero voluptatem ac dolorem: hæc enim ratio omnino improbabilis est: quippe nemini malum videtur voluptas, quia nemo ipsam voluptatem idem quod malum esse dicet.

Sed nihil obstat, quominus voluptas tum bonum sit tum optimum, quia nonnullæ voluptates sunt malæ: sicut nec quum multæ malæ sint doctrinæ quidquam prohibet, quominus finis bonorum sit doctrina. Fortasse autem non solum fieri potest, sed etiam necesse est, voluptatem simul summum bonum esse simul maxime expetendum. Si enim omnis habitus est actus, beatitudo vero et id quod optimum vocatur boni habitus, aut unius optimi aut omnium non impeditus est actus: voluptas vero habitus naturæ consentanei non impeditus est actus: necesse erit beatitudinem ipsamque id quod est optimum, esse voluptatem. Neque tamen quidquam obstat, quod nonnullæ voluptates malæ sunt. Jam vero beatitudinem necessario esse actum non impeditum manifestum est, perfectam enim esse oportet: nullus autem, qui impeditur, perfectus esse potest actus: ideoque, sicut in superioribus dicebamus, externis quoque bonis eget beatus, ne ipsius actus impediatur. Qui vero homi-

\* Τὸ δὲ τὸν σώφρονα φεύγειν, κτλ. — \*\* Cap. 13. Ἀλλὰ μὴν ἐτι ἡ λύπη κτλ. — \*\*\* Ἄριστον δ' οὐδὲν κωλύει κτλ.

περιπίπτοντα εὐδαιμόνα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ἢ ἀγαθός, ἢ ἐκόντες ἢ ἀκοντες οὐδὲν λέγουσι· προσδεῖται γὰρ ὁ εὐδαιμῶν καὶ τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν· ὑγείας δὴλον ὅτι \* καὶ μακροβιότητος, καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα τῶν ἀναγκαίων, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς τύχης βροπῆς. Διὰ τοῦτο τινες ἠθήθησαν τὸν εὐτυχῆ ταυτὸν εἶναι τῷ εὐδαιμόνι, ὅτι ἀνευ εὐτυχίας οὐκ ἐνὶ καθαρῶς εὐδαιμονεῖν· οὐκ ἔστι δὲ ταυτόν. Δεῖ γὰρ σπουδαῖον εἶναι τὸν εὐδαιμόνα· οὐ πάντες δὲ εὐτυχεῖς σπουδαῖοι, καὶ βλάπτει δὲ ἐνίοτε εἰς τὴν ἀρετὴν ἢ εὐτυχία, καὶ συγγεῖ τὸν σπουδαῖον, ἂν ὑπερβάλλουσα ἢ, ἥτις οὐδὲ εὐτυχία δικαίως ἂν καλοῖτο· τὸ γὰρ εἶναι τῆς εὐτυχίας ἔστιν ἐν τῷ συμβάλλεσθαι πρὸς εὐδαιμονίαν. Ἀκολουθῶς δὲ καὶ ὁ βρος ἀπὸ τούτου λαμβάνεται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα. Διὸ \* οὐκ ἂν εὐτυχία δικαίως καλοῖτο, μὴ πρὸς εὐδαιμονίαν συμβαλλομένη· φανερόν δὲ ὅτι τὸ ἀνεμπόδιτον ἀνάγκη προσκεῖσθαι τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ εὐδαιμόνου· τοῦτο δὲ ἔστιν ἡ ἡδονή, ἐνεργεῖα ἀνεμπόδιτος. Τίς ἄρα ἡδονή ἔστιν ἡ εὐδαιμονία· ἔτι δὲ δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ θηρία καὶ ἀνθρώπους καὶ πάντα τὰ αἰσθητὰ διώκειν τὴν ἡδονήν, ὅτι τὸ ἀριστον ἡδονή ἔστι· πάντα μὲν γὰρ βροῶσιν ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἡδονήν καὶ ἀριστον, δι' ὧν εἰς αὐτὴν ἐπιέγονται.

Φῆμη δ' οὐτὶ γε πάμπαν ἀπόλλυται, ἦντινα πολλοὶ λαοὶ φημίζουσιν. <sup>h</sup>

Οὐ πάντα δὲ διώκουσι τὴν ἀρίστην ἡδονήν, ἐπεὶ οὐδὲ πάντα τὴν αὐτὴν ἔξιν ἔχει, ἢ τὴν αὐτὴν φύσιν· πάντα δὲ ἡδονὴν διώκουσιν, εἰ καὶ τὰ μὲν ἀγαθὴν, τὰ δὲ φαύλην. Ἴσως δὲ οὐδὲ διώκει οὐδὲν φαύλην ἡδονήν, οὐδὲ ζητεῖ, οὐδὲ ἐφίεται φαύλου τινός· οὐ γὰρ ἦν οἶεται ζητεῖν, καὶ ἦν ἂν εἴποι διώκειν, ταύτην διώκει, ἀλλὰ τὴν ἀρίστην διώκει πάντα· πάντα γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται φύσει, ὅτι φύσει τι θεῖον ἐγκρατεῖται πᾶσι, καὶ πρὸς τὴν ἀγαθὴν ἡδονήν καὶ κυρίως ἅπαντα φέρεται· εἰ καὶ ἡδοναὶ κυρίως δοκοῦσιν εἶναι αἱ σωματικαὶ ἡδοναί, διὰ τὸ πλειστάκις παραβάλλειν εἰς αὐτάς, καὶ πάντας μετέχειν αὐτῶν. Διὰ τὸ μόνος οὖν ταύτας γνωρίζουσιν εἶναι, ταύτας μόνος οἶονται εἶναι ἡδονάς· ἐπεὶ δὲ αὐταὶ αἱ ἡδοναὶ οὐκ ἀγαθαὶ εἰσι καὶ κυρίως, ἔλεγον μηδεμίαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι. Φανερόν δὲ ὅτι ἀνάγκη τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι.

\* Εἰ γὰρ μὴ ἔστιν ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ἐνεργεῖα, οὐ δυνατόν ἡδέως ζῆν <sup>k</sup> τὸν εὐδαιμόνα· ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη μεθ' ἡδονῆς τὸν εὐδαιμόνα ζῆν· οὐκ ἄρα δυνατόν τὴν ἡδονὴν μὴ ἀγαθὸν εἶναι. Ὅτι δὲ εἰ μεθ' ἡδονῆς ὁ εὐδαιμῶν ζῆσεται, ἀγαθὸν ἔσται ἡ ἡδονή, δῆλον ἀπὸ τοῦ τῇ εὐδαιμονίᾳ μηδὲν παραμεμῖχθαι κακόν, ἢ μὴ κυρίως <sup>l</sup> ἀγαθόν· τίνος γὰρ ἕνεκα διώκει ταύτην ὁ εὐδαιμῶν, εἴπερ μὴ ἔστιν ἀγαθόν; εἰ δὲ μῆτε ἀγαθόν, μῆτε κακόν ἡ ἡδονή, οὐδὲ ἡ λύπη εἴη ἂν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν· οὐκ ἄρα φευκτὸν ἢ λύπη· διὰ τί οὖν φεύγει αὐτὴν ὁ εὐδαιμῶν, εἴπερ μὴ

nem inæqualiter viventem magnisque calamitatibus oppressum beatum esse dicunt, si sit bonus, vel sponte vel coacti nihil dicunt : nam corporis etiam bona desiderat beatus, sanitatem videlicet et longam vitam, cæterasque res corpori necessarias, nec non fortunam, e qua rerum momenta pendent. Quocirca quidam fortunatum eundem ac beatum esse putarunt, quia sine rebus prosperis nemo perfecte beatus esse potest : non tamen idem est. Quippe honestum esse oportet beatum : atqui non omnes fortunati sunt honesti, sed obest interdum virtuti fortuna secunda, perturbatque virum honestum, si immoderata sit, quæ idcirco ne secunda quidem fortuna jure nominatur : nam secundæ fortunæ natura in eo versatur, ut ad beatitudinem prosit. Ei rei convenienter tum definitio ejus hinc sumitur, tum nomen. Quare secunda fortuna non recte nominaretur, nisi ad beatitudinem prodesset : est igitur manifestum, beati hominis actui necessario non impediti nomen addi : hoc autem, actus nimirum non impeditus, est voluptas. Aliqua igitur voluptas est beatitudo : sed ex eo quoque, quod bestię omnes et homines et sensibilia cuncta voluptatem persequuntur, apparet voluptatem esse summum bonum : omnia enim bonum esse et finem bonorum voluptatem clamant, unde etiam ad eam feruntur.

*Fama autem haud dubie non funditus interit illa, quam multi celebrant homines.*

Non omnia autem optimam consecantur voluptatem, quum in omnibus neque idem habitus, neque eadem natura insit : at omnia voluptatem persequuntur, quamvis alia bonam, alia malam. Fortasse vero nihil neque sequitur pravam voluptatem, neque consecatur, neque appetit ullum malum : neque enim quam videtur sibi consecari aut quam a se peti dixerit, hanc etiam petit, sed optimam omnia sequuntur : omnia quippe natura appetunt bonum, quia cunctis divinum quiddam innatum est, proprięque ad bonam voluptatem cuncta feruntur, etiamsi voluptates proprię corporis esse videantur, propterea quod plerumque ad eas sese applicant homines, earumque sunt omnes participes. Quia igitur hæ solæ notæ sunt, idcirco has solas putant esse voluptates : quia vero hæ voluptates non proprię etiam sunt bonæ, nullam voluptatem bonum esse dixerunt. Apparet autem necessario voluptatem esse bonum.

Si enim voluptas et actus ei conveniens non sit bonum, vir beatus jucunde vivere non poterit : atqui necesse est cum voluptate vivere eum qui beatus sit : quare fieri nequit, ut voluptas non sit bonum. Sed si vir beatus cum voluptate vivat, bonum esse voluptatem, intelligitur ex eo, quod beatitudini nihil admixtum est, quod aut malum sit aut non proprię bonum : cur enim persequitur eam vir beatus, si non est bona? quodsi nec bonum sit voluptas nec malum, ne dolor quidem aut bonum erit aut malum : ergo ne fugiendus quidem dolor est : cur igitur fugit eum vir beatus, si non est fugiendus? neque enim fugiendus sit, nisi simul est malus :

\* Φανερόν δὲ καὶ ὅτι, εἰ μὴ ἡδονὴ κτλ.



ἔστι φευκτόν; οὐ γὰρ φευκτόν εἰ μὴ κακόν· οὐ δύναται δὲ μὴ φεύγειν τὴν λύπην ὁ εὐδαίμων· ἀνάγκη γὰρ ἥδιστον εἶναι τὸν εὐδαίμονα βίον· τοῦτο δὲ οὐ δυνατόν, εἰ μὴ ἡδέϊαι εἶεν αἱ ἐνέργειαι τοῦ εὐδαίμονος· πῶς γὰρ ἂν ἥδιστος γένοιτο; εἰ δὲ μῆτε κακόν ἢ ἡδονή, μῆτε οὐκ ἀγαθόν, εἴη ἂν ἀγαθόν.

(Scripsi : \* διὸ] cod. δι' δ. — <sup>b</sup> πῆ] cod. πῆ. — <sup>c</sup> πῆ] cod. πῆ. <sup>d</sup> πῆ] cod. πῆ — \* δηλονότι] cod. δηλονότι. — <sup>e</sup> τοῦτο τινες] cod. τοῦτο τινές. — <sup>f</sup> διὸ] cod. δι' δ. — <sup>g</sup> φημίζουσιν] cum cod. Andronici; sunt autem Hesiodi versus Op. et. D. 762-763, in quibus lectio variat. <sup>h</sup> μὴ ἔστιν] vulgo μὴ ἔστιν. — <sup>i</sup> ζῆν] cod. ζῆν. — <sup>j</sup> μὴ ἔστιν] vulgo μὴ ἔστιν. —)

## Κεφ. κβ'.

Ἀπορία διὰ τί πᾶσα λύπη φευκτόν, ἐπεὶ οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν, καὶ λύσις.

\* Ἀπορήσειε δ' ἂν τις, εἰ τινὲς ἡδοναὶ ἀγαθαὶ εἰσὶ καὶ αἰρεταί, τινὲς δὲ φαῦλαι, ὥσπερ αἱ σωματικαὶ περὶ ἃς ὁ ἀκόλαστος, διὰ τί πᾶσα λύπη μοχθηρὰ ἔστι καὶ φευκτὴ· δεῖ γὰρ τὴν μὲν ἐναντίαν ταῖς ἀγαθαῖς ἡδοναῖς λύπην πονηρὰν εἶναι, τὴν δὲ ταῖς φαύλαις ἐναντίαν ἀγαθὴν· κακῶ γὰρ ἐναντίον ἀγαθόν· εἰ δὲ καὶ αὕτη ἢ λύπη πονηρὰ, δοξείεν ἂν τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ἀγαθόν εἶναι. Πρὸς δὲ ταῦτα λέγομεν, ὅτι αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ ἀγαθαὶ εἰσὶν οὕτως, ὥστε μὴ εἶναι κακαί· τὸ γὰρ μὴ κακόν ἀγαθόν ἔστι. Τοῦτο γὰρ μέχρι τίνος. Ἀγαθαὶ γὰρ εἰσὶ τόνδε τὸν τρόπον αἱ μὴ ὑπερβάλλουσι· διὰ τοῦτο αἱ λύπαι <sup>a</sup> αἱ ἐναντίαι ταύταις οὐκ εἰσὶν ἀγαθαί· ἐπεὶ γὰρ ἔξει αἱ μὲν ὑπερβάλλουσι τὸ βέλτιστον καὶ τὸ δέον, αἱ δὲ οὐχ ὑπερβάλλουσι· ὑπερβάλλουσι μὲν αἱ ἀναγκαῖαι ἔξεις, οἷον, ἡ θρεπτικὴ, καὶ αἱ ἄλλαι ἀναγκαῖαι, καὶ ὅλως αἱ σωματικαί· ἔστι γὰρ πλέον τοῦ δέοντος αὐταῖς χρῆσασθαι· οὐχ ὑπερβάλλουσι δὲ, ὅσαι ἐπιτεινόμεναι οὐχ ὑπερβάλλουσι τὸ δέον, ἀλλ' αἰεὶ ἀγαθαὶ εἰσὶν, ὥσπερ αἱ θεωρητικαὶ ἔξεις.

\*\* Ἐπεὶ δὲ αἱ ἡδοναὶ ταῖς ἔξεσιν ἀκολουθοῦσιν, ἀνάγκη καὶ τῶν ἡδονῶν τὰς μὲν ὑπερβάλλειν τὸ δέον, τὰς δὲ μὴ ὑπερβάλλειν. Ὅσαι τοίνυν ὑπερβάλλουσι τὸ δέον φαῦλαι εἰσὶ, καὶ κατὰ ταύτας ὁ ἀκόλαστος ἔστι, καὶ ὁ ἀκρατής· κατὰ τὰς δὲ ἐναντίας λύπας ἀκόλαστος οὐ περὶ τὰς ὑπερβολικὰς ἔστιν, ἀλλὰ τὰς μὲν ὑπερβαλλούσας ἡδονὰς διώκει, τὰς δὲ μικρὰς λύπας φεύγει· ὥστε φανερόν ὅτι ταῖς ὑπερβαλλούσαις ἡδοναῖς αἱ ἐν τῷ ἀκολάστῳ ἀντικείμεναι λύπαι οὐχ ὑπερβολικαὶ εἰσὶν, ἀλλὰ μέτριοι, καὶ ἃς οὐδεὶς ἂν φύγοι τῶν σπουδαίων, ὅτι οὐδὲ λύπαι εἰσὶν· ἀλλὰ τῷ διώκοντι τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἡδονῶν ἀλγεῖν ὁδοῦ τὸ μετρίως

atqui non potest non fugere dolorem vir beatus : necesse enim est jucundissimam esse viri beati vitam : quod quidem fieri nequit, nisi simul hominis beati actus jucundi sint : quomodo enim jucundissima esse posset? sin autem neque malum est voluptas, neque non bonum, sequitur bonum esse.

## Cap. XXII.

Quæritur, cur fugiendus sit omnis dolor, quum non omnis voluptas sit bona : et respondetur.

Dubitaverit autem aliquis, si quædam voluptates bonæ et expetendæ, aliæ malæ sunt, quales habentur corporis voluptates, in quibus versatur intemperans, cur omnis dolor malus ac fugiendus sit : oportet enim dolorem bonis voluptatibus contrarium malum esse, malis autem contrarium bonum : quippe malo contrarium bonum est : quodsi etiam hic dolor est malus, corporis voluptates bonæ esse videbuntur. Ad hæc igitur respondemus, ita bonas esse corporis voluptates, ut non sint malæ : nimirum quod non est malum, necessario bonum est. Aliquantenus enim hoc procedit. Hoc videlicet modo bonæ sunt, quæ non excedunt modum : ideoque dolores quæque qui his opponuntur, non sunt boni : quum enim alii habitus facultatesque excedant, alii non excedant id quod est optimum et modum : excedunt quidem necessariarum facultates, ut nutriendi facultas reliquæque necessariae, omnes denique quæ sunt corporis : magis enim quam decet uti illis potest aliquis : non sunt autem immoderati habitus et facultates, qui si intenduntur, non excedunt modum, sed semper sunt boni, velut contemplandi facultas.

Quum autem voluptates sequantur habitus, necesse est etiam alias voluptates esse quæ excedant, alias quæ non excedant modum. Quæ ergo modum excedunt, sunt malæ, in iisque intemperans versatur et incontens : quod vero ad oppositos dolores attinet, non in nimis versatur intemperans, sed incredibiles magnasque sequitur voluptates, parvos vero dolores fugit : unde apparet dolores in homine intemperante cum incredibilibus voluptatibus pugnantes, non nimios, sed mediocres esse, talesque quales nemo honestus vitet, quia ne dolores quidem sunt : sed ei qui voluptatum immoderationem sequitur, molestum videtur, modice iis et rationi convenienter

\* Cap. 14. περὶ δὲ δὴ τῶν σωματικῶν ἡδονῶν κτλ. — \*\* Πάντες γὰρ χαίρουσι κτλ.

καὶ κατὰ λόγον αὐταῖς χρῆσασθαι. Λύεται δὲ δὴ ἡ ἀπορία οὕτως· ταῖς μὲν συμμετέροις ἡδοναῖς αἱ ἀντικείμεναι λύπαι οὐκ ἀγαθαὶ εἰσὶν· αἱ γὰρ σύμμετροι σωματικαὶ ἡδοναὶ ἀγαθαί, καθ' ἕσπον οὐ κακαί· αἱ δὲ ταῖς ὑπερβαλλούσαις ἀντικείμεναι μέτριοι, καὶ οὐδὲ λύπαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ φευκταί. Ὡστε πᾶν ἀγαθὸν φευκτῶ ἔστιν ἐναντίον, καὶ αἱ φαῦλαι ἡδοναὶ ταῖς ἀγαθαῖς λύπαις εἰσὶν ἐναντία, καὶ αἱ ἀγαθαὶ ταῖς φευκταῖς.

(Scripsi : \* λύπαι] cod. λύπαι. Sic etiam cæteris locis. — <sup>b</sup> καθ' ἕσπον] cod. καθόσπον. — )

## Κεφ. κγ'.

Διὰ τί αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ τῶν θεωρητικῶν αἰρετώτεραι δοκοῦσι.

\* Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον δεῖ εἰπεῖν τὸ ἀληθές, ἀλλὰ καὶ διὰ τί δοκεῖ τὸ ἐναντίον ψεῦδος ἀληθές· τοῦτο γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὸ πιστεῦσαι τὴν ἀληθειαν· ὅταν γὰρ φανῇ ἡ αἰτία, δι' ἣν εἰκότως τὸ ψεῦδος ἀληθὲς δοκεῖ, καὶ ἡ αὐτῆς ἀπάτη ἐλαγχθῇ, πιστεύειν ποιεῖ τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον· ὥστε λεκτέον διὰ τί φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ αἰρετώτεραι τῶν κυρίως ἀγαθῶν ἡδονῶν. Πρῶτον μὲν, ὅτι ἰατρειαὶ εἰσι ταῖς λύπαις ταῖς σωματικαῖς, καὶ ταύτας βραδίως ἐκκρούουσι καὶ μεγάλας οὔσας αἱ ὑπερβάλλουσαι ἡδοναί, καὶ διὰ τοῦτο διώκονται παρὰ τὸν καιρὸν τῆς λύπης τῆς σωματικῆς, ὅτι δοκοῦσιν ἰατρειαὶ εἶναι σφοδραί, καὶ βραδίως ἀπαλλάττουσι τῆς ἐπὶ τῇ ἐνδείᾳ τῶν ἡδέων λύπης· ἔπειτα, διότι διώκονται παρὰ τῶν μὴ δυναμένων ἄλλαις ἡδοναῖς χαίρειν. Πολλοὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὑπ' αὐτῶν ζητούμενον ἀγαθὸν τι δοκεῖ καὶ αἰρετόν· οἷτινες οὐ τὰς ἐκ φύσεως ἐπιθυμίας ἐμπιπλάναι μόνον σπουδάζουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπισκευαστάς τινας ἐπιθυμίας ἐπινοοῦσι, καὶ δίψας τινὰς παρασκευάζουσιν ἑαυτοῖς, ἵνα δύνωνται διὰ παντὸς ἡδῆσθαι. Τοῦτο δέ, εἰ μὲν οὐκ ὑπερβαίνει τὸν λόγον καὶ τὸ μέτριον, οὔτε βλαβερὸν ἔστιν· αἱ γὰρ σύμμετροι ἡδοναὶ\* οὐ λυμαίνονται τῷ σώματι, καὶ ἀνεπιτιμῆτον ἔστιν· εἰ δὲ ὑπερβάλλουσι καὶ βλαβεραὶ εἰσιν αἱ διωκόμεναι ἡδοναί, φαῦλον. Ἀνεπιτιμῆτον δὲ ἔστι τὸ χρῆσθαι συμμετέροις ἡδοναῖς, ὅτι ἀνάγκη χρῆσθαι τὸν ἄνθρωπον τοῖς ἡδέσι διὰ τὴν φύσιν αἰεὶ οὔσαν ἐν πόνῳ καὶ δεομένην τινὸς ἡδονῆς, ὥσπερ ἀναπαύσεως· αἰεὶ γὰρ πονεῖ τὸ ζῶον, ὥσπερ καὶ οἱ φυσικοὶ λόγοι μαρτυροῦσι· λέγουσι γὰρ τὸ δρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν λυπηρὸν εἶναι, διὰ δὲ τὸ ἔθος οὐ τοιοῦτον δοκεῖν διὰ τοῦτο χρεῖα τῷ ἀνθρώπῳ ἡδονῆς· ὧ δὲ οὐκ εἰσὶν αἱ θεωρητικαὶ ἡδοναί, πᾶσα ἀνάγκη ταῖς σωματικαῖς χρῆσθαι· οἱ οὖν συμμετέροις χρώμενοι, καὶ ὥσπερ οὐ πρὸς τὸ διαφθεῖραι<sup>c</sup> τὸ σῶμα, οὐκ ἐπιτιμῶνται. Ὅμοιοι δὲ διώκονται αἱ ἡδοναὶ ὑπὸ τῶν νέων, καθάπερ ὑπὸ τῶν ἀκολάστων, ὅσαι εἰσὶ

uti. Solvitur ergo hoc modo questio : dolores mediocribus voluptatibus contrarii non sunt boni : mediocres enim corporis voluptates sunt bonæ, quatenus non sunt malæ : qui vero nimis sunt oppositi, sunt mediocres, ac ne dolores quidem, ideoque non fugiendi. Quamobrem omne bonum illi quod fugiendum est, opponitur, malæque voluptates bonis doloribus contrariæ sunt, sicut bonæ fugiendis.

## Cap. XXIII.

Cur corporis voluptates contemplativis magis expetendæ videantur.

Quoniam autem non solum id quod verum est, dici debet, sed etiam cur id quod contrarium est, falsum nempe, verum esse videatur : nam hoc ad fidem vero faciendam valet : quum enim causa apparuerit, cur jure verum videatur quod est falsum, ejusque opinionis vanitas convicta fuerit, majorem vero fidem conciliat : idcirco exponendum etiam erit, cur corporis voluptates magis quam proprie bonæ expetendæ videantur. Primum quidem, quia corporis dolorum medicamenta sunt eosque quamvis magni sint immoderatæ voluptates facile discutunt, ideoque ipso corporis dolorum tempore appetuntur, quia violenta esse remedia videntur, facileque liberant dolore e defectu voluptatum orto : deinde quia ab illis appetuntur, qui aliis delectari voluptatibus non possunt. Multi autem sunt tales : ideoque id quod ab illis quæritur bonum videtur esse et expetendum : multi, inquam, qui non tantum naturales cupiditates explere student, sed etiam artificiosas quasdam excogitant, et sitim sibi quærunatque arcessunt, ut semper summa voluptate perfiri queant. Quod quidem, si rationem et modum non excedit, neque damnosum est : mediocres enim voluptates non nocent corpori, neque ulla objurgatione dignum est : sin modum excedant et noceant eæ quas appetimus voluptates, malum id est ac vitiosum. Mediocribus quippe voluptatibus se dedere res est minime reprehendenda, quia propter naturam suam quæ assiduis molestiis conflictatur, aliqua voluptate, tanquam quiete uti homo cogit : perpetuo enim labore defatigatur animal, ut etiam libri de natura confecti testantur : in quibus scriptum est, videre et audire molestum esse, sed quotidiana consuetudine fieri, ut molestum non videatur : quocirca aliqua homini opus est voluptate : qui vero contemplativis voluptatibus caret, eum necesse est corporis voluptatibus frui : quare qui modice iis utuntur, atque ita ut corpori suo non noceant, non reprehenduntur. Similiter autem voluptates ab adolescentibus appetuntur, atque ab intemperantibus, quæ ad alendi facultatem spectant, quia natura eos

\* Ἐπεὶ δ' οὐ μόνον δεῖ τὸ ἀληθές εἰπεῖν κτλ.

περὶ τὸ θρεπτικόν, τῆς φύσεως κινούσης, ἵνα αὐξηθῶσι, καὶ διάκεινται ὡσπερ οἱ οἰνωμένοι· ἐσθίοντες γὰρ αἶμα καὶ πίνοντες, καὶ ὑπνώττοντες ἀκμαιοτάτην ἔχουσι τὴν περὶ ταῦτα ἐπιθυμίαν, ὡσπερ ἔχειναι τὴν δίψαν. Διὰ τοῦτο ἡ νεότης ἡδύ ἐστιν, ὅτι μετ' ἐπιθυμίας αἶμα τῶν ἀναγκαίων ἀπτεται. Τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ οἱ μελαγχολικοὶ τὴν φύσιν αἶμα ἐν ὀρέξει εἰσι σφοδρᾶ, καὶ δέονται αἶμα θεραπείας· δάκνεται γὰρ αὐτοῖς αἶμα τὸ σῶμα διὰ τὴν κρασιν. Οἱ μὲν οὖν ζητοῦντες τὰς ἡδονὰς οὗτοί εἰσι, καὶ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ζητοῦσι καθ' ἑαυτοῦ δὲ πᾶσα ἡδονὴ σωματικῆ ζητεῖται ἵνα ἐκβάλλῃ λύπην σωματικὴν· ἐκκρούει γὰρ ἡδονὴ λύπην, οὐ μόνον ἡ ἀντικειμένη αὐτῇ, οἷον ἡ ἐπὶ τῶν θρεπτικῶν ἡδονὴ τὴν ἐπὶ τῶν θρεπτικῶν λύπην, ἀλλὰ καὶ ἑτέρα τις, ἐὰν ἦ ἰσχυρά. Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν αἶμα σωματικαὶ ἡδοναὶ διώκονται, καὶ ἐντεῦθεν ἀκόλαστοι καὶ φαῦλοι γίνονται.

\* Αἶμα δὲ ἡδοναὶ αἶμα θεωρητικαί, ὧν οὐ προηγείται λύπη· οὐ γὰρ, ὡσπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶν, πρὶν ἡσθῆναι, λυπούμεθα· αἶμα δὲ τοιαῦται οὐκ ὑπερβάλλουσι τὸ δέον· οὐδ' ἐστι θεωρητικαὶ πλέον ἢ προσήκεν· ἀλλὰ αἶμα ἐπαινεταὶ αἶμα εἰσιν· ὅτι τὰ κατ' αὐτὰς ἡδέα φύσει εἰσιν ἡδέα, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. Λέγω δὲ κατὰ συμβεβηκός ἡδέα, τὰ ἰατροῦντα τὰς σωματικὰς ἐνδείας καὶ λύπας, ὡσπερ τὰ σιτία· ἰατροῦει γὰρ τὴν φύσιν τοῦ παινῶντος νοσοῦσαν τοῦτο τὸ μέρος, καὶ εἰσάγει τὸ ἐλλεῖπον, ἐπειδὴν κατὰ τὸ ἕτερον μέρος οὐκ ἐνδείης ἦ, οὐδὲ νοσῆ· λέγω δὲ τὸ θρεπτικόν· ἀλλ' ἔχη τε αὐτὸ καὶ ὑγιαίνῃ κατ' αὐτό, καὶ ἐνεργῆ, τοῦτ' ἐστὶν ὀρέγηται. Κατὰ συμβεβηκός γὰρ τὰ τοιαῦτα ἡδέα ἐστίν, ὅτι διὰ τὴν ἰατροῦειαν συμβαίνει αὐτοῖς ἡδέαις εἶναι· φύσει δὲ ἡδέα οὐ τὰ ἀναπληροῦντα τὴν ἐνδειαν τῆς φύσεως, ἀλλὰ τὰ ποιοῦντα πράξιν αὐτῆς οἷα ἐστὶ τὰ θεωρητά· τελειοῦσι γὰρ τῆς ψυχῆς τὴν ἐνεργειαν.

\*\* Ὅτι δὲ οὐκ ἐσμὲν ἀπλοῖ, οὐδὲ μόνῃ ζῶμεν τῇ ψυχῇ, διὰ τοῦτο οὐκ αἶμα ταῦτα ἡδέα ἡμῖν ἐστίν, ἐπει ὅτι οὐδὲ τὰ κατὰ συμβεβηκός ἡδέα αἶμα ζητοῦμεν, ἀλλὰ νῦν μὲν ταῦτα, νῦν δὲ ἕτερα. Ὅταν μὲν γὰρ πρὸς τὸ σῶμα βλέπωμεν, τοῖς σωματικοῖς χαίρομεν, ἐπειδὴν δὲ ὑπὲρ τοῦτο ἴδωμεν, τὰ φύσει ἡδέα ζητοῦμεν· αἶμα γὰρ τῆς ψυχῆς ἡδοναὶ ταῖς σωματικαῖς μάχονται, καὶ οἷς ἡ ψυχὴ πράττουσα χαίρει, ταῦτα τῶν σωματικῶν παρὰ φύσιν· ὁπόταν δὲ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρετὴν μελέτης τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα ἀκολουθήσῃ, τῆνικαῦτα οἷς ἐνεργούσα ἡδεται ἡ ψυχὴ, οὐκ ἡδεται μὲν τὸ σῶμα καθ' ὅσον αἶμα οὐκ εἰσὶν αἰσθητά, οὐκ ἀλγεῖ δέ.

\*\*\* Διὰ τοῦτο καὶ οἷς ἐστὶν ἡ φύσις καθάπερ ἀπλῆ, ἡ αὐτὴ πράξις αἶμα ἡδίστη ἐστίν· ὁ γὰρ θεὸς αἶμα μίαν καὶ ἀπλῆν χαίρει ἡδονῆν· καίτοι ἀκίνητός ἐστι, καὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο μὴ ἔχειν ἡδονήν. Ἡ γὰρ ἡδονὴ ἐνεργεῖα ἐστίν· ἡ δὲ ἐνεργεῖα κινήσεως δοκεῖ μόνον εἶναι,

impellit, ut crescant, et vinosorum instar afficiuntur : edendo enim semper et bibendo ac dormiendo acerrima harum rerum cupiditate ardent, sicut illi siti cruciantur. Quamobrem jucunda est adolescentia, propterea quod cum cupiditate semper res necessarias aggreditur. Pariterque homines natura melancholici semper acri cupiditate flagrant, ac perpetua curatione egent : corpus enim eorum assidue vellicatur ac mordetur propter temperationem. Hi ergo sunt qui voluptates consectantur, et hæ sunt causæ cur eas consectentur : omnino autem omnis voluptas corporis ad depellendum corporis dolorem quæritur : dolorem enim depellit voluptas, non modo contraria illi, verbi causa voluptas quam quis e vi altrice capit, dolorem e vi altrice captum, sed etiam alia, si vehemens fuerit. Ob hanc causam corporis voluptates appetuntur, et hinc intemperantes improbique evadunt.

Contemplativæ vero voluptates, quas dolor non præcedit : non enim in his, ut in corporis voluptatibus, ante oblectationem dolemus : tales ergo nunquam modum excedunt : neque enim quisquam plus quam oportet contemplari potest : sed semper laudabiles sunt : quoniam quæ in iis sunt jucunda, natura sunt jucunda, et non per accidens. Voco autem per accidens jucunda, quæ corporis defectui ac dolori medentur, sicut cibi : illi enim esurientis naturæ hac ex parte ægrotanti medentur ac defectum suppleunt, quum in altera parte neque viribus deficitur, neque ægrotat : intelligo nempe vim altricem : sed et habet eam, et illa vi valet atque agit, hoc est appetit. Nimirum per accidens talia sunt jucunda, quia curatione quam adhibent illis contingit, ut jucunda sint : natura autem jucunda sunt, non quæ defectum naturæ suppleunt, sed quæ ejus actionem eliciunt atque expromunt : qualia sunt spectativa, quia mentis agitationem perficiunt.

Quia vero neque simplices sumus, neque sola mente vivimus, idcirco non semper eadem nobis sunt jucunda, quandoquidem etiam non semper quæ per accidens jucunda sunt quærimus, sed modo hæc, modo illa. Quum enim magis ad corpus inclinamus, rebus corporeis quoque delectamur, quum vero animus altius se effert, quæ natura jucunda sunt appetimus : animi quippe voluptates cum corporis voluptatibus pugnant ; quibusque actionibus delectatur animus, hæ præter corporis naturam sunt : quando vero virtuti ita studemus, ut animum sequatur corpus, tum iis quidem quibus animus delectatur actibus non delectatur corpus, quatenus sensibus non percipiuntur, sed non dolet.

Quamobrem quibus natura omnino simplex est, his eadem etiam actio semper jucundissima est : deus enim una semper et simplici potitur voluptate : atqui suo loco non movetur, ideoque nulla videtur perfrui voluptate. Voluptas enim actus est : solius autem motus videtur

\* Αἶμα δ' ἀνευ λύπης οὐκ ἔχουσιν κτλ. — \*\* Οὐκ αἶμα δ' οὐδὲν ἡδύ κτλ. — \*\*\* Ἐπει αἶμα τοῦ ἡ φύσις κτλ.

ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἔστι γὰρ καὶ ἀκίνησις ἐνέργεια, καὶ ἡ ἡδονὴ μᾶλλον ἐν ἡρεμίᾳ ἔστιν, ἢ ἐν κινήσει.

\* Ἡ δὲ μεταβολὴ πάντων γλυκύτατον, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐ τῇ ἀρίστη καὶ ἀγαθῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ συνθέτῳ, διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς καὶ τὴν πονηρίαν· ὥσπερ γὰρ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος εὐμετάβολος, οὕτω καὶ ἡ πονηρὰ φύσις αἰεὶ δεῖται μεταβολῆς· οὐ γὰρ ἀπλῆ οὐδὲ ἐπισιχῆς. Περὶ μὲν οὖν ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας, καὶ περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης καὶ τί ἐστὶν ἕκαστον αὐτῶν, καὶ πῶς τὰ μὲν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, εἴρηται· λοιπὸν δὲ περὶ φιλίας ἐροῦμεν.

(Scripsi : <sup>a</sup> ἡδοναί ] cod. ἡδοναί sine accentu.

— <sup>b</sup> ζῶον ] cod. ζῶον. — <sup>c</sup> ὥσπερ οὐ πρὸς τὸ διαφθεῖραι τὸ σῶμα ] cod. ὥσπερ οὐκ ἐοὶ διαφθεῖραι τὸ σῶμα. — <sup>d</sup> ἐπαινεται εἰσιν ] cod. ἐπαινεται εἰσιν. — <sup>e</sup> νοσῆ ] cod. νοσεῖ. — <sup>f</sup> τε ] cod. τῆ. — <sup>g</sup> ἐπεὶ ] cod. ἐπεὶ sine accentu. — <sup>h</sup> καθ' ἕσπον ] cod. καθόσον. —

esse actus, quum non sit : nam et immobilitas aliquis est actus, magisque in quiete quam in motu est voluptas. Mutatio autem rerum omnium jucundissima est, ut ait poeta, non optimas quidem aut bonas naturæ, sed compositas, idque propter imbecillitatem ejus et improbitatem : quemadmodum enim homo vitiosus ingenio mobili ac mutabili est : sic etiam mala et vitiosa natura mutationem semper desiderat : non enim simplex neque bona est. De continentia igitur et incontinentia, de voluptate ac dolore tum quid sit eorum unumquidque, tum quomodo eorum alia bona alia mala sint, dictum est : restat, ut de amicitia dicamus.

\* Μεταβολὴ δὲ πάντων κτλ.

# ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

## ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

#### ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΩΟΝ.

#### Κεφ. α'.

#### Περὶ φιλίας.

\* Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἀκολουθὸν ἐστὶ διελε-  
θεῖν. Ἔστι γὰρ ἡ φιλία ἀρετὴ τις, ἣ ἐπιτεταμένη ἀρε-  
τῇ. Καὶ γὰρ ἡ μεταξὺ δυσκολίας καὶ κολακείας ἀρε-  
τῆ, προσλαβοῦσα τὸ στέργειν, φιλία ἐστίν· ὡς ἐν τῷ  
ἡ κεφαλαίῳ τοῦ δ' βιβλίου εἴρηται· καὶ ἐπιτεταμένη δὲ τῇ  
τελείᾳ ἀρετῇ. Ἡ γὰρ ἀληθὴς φιλία, ὡς αὐτίκα εἴρη-  
σεται, ἐν τοῖς σπουδαίοις μόνοις εὐρίσκειται. Διὰ  
ταῦτα ἐν τῇ περὶ τῶν ἀρετῶν πραγματείᾳ ἀκολουθὸν  
ἐστὶ καὶ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ἐπεὶ καὶ ἀναγκασιότατόν  
ἐστὶν εἰς τὸν βίον. Ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν εἰκοίτο  
ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα· καὶ γὰρ τοῖς πλου-  
τοῦσι, καὶ ἀρχαῖς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ  
μάλιστα χρεῖα\* εἶναι φίλων. Τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύ-  
της εὐδαιμονίας, μὴ δυναμένου εὐεργετῆν; οὐκ εὐε-  
ργοῦσι δὲ μὴ ἔχοντες φίλους· ἡ γὰρ μάλιστα γινο-  
μένη εὐεργεσία καὶ ἐπαινουμένη πρὸς τοὺς φίλους  
ἐστίν· ἢ πῶς ἂν δ' εὐδαιμων ἐν τῇ εὐδαιμονίᾳ διαμείναι\*  
καὶ σώζοιτο ἄνευ φίλων; ὅσῳ γὰρ μείζων ἡ εὐδαιμο-  
νία, τοσούτω καὶ ἐπιστραφετέρα. Οὐ μόνον δὲ εὐ-  
δαιμόσι χρεῖα φίλων, ἀλλὰ καὶ δυστυχέσι καὶ πένησι·  
μόνην γὰρ ὄντα πάντες καταφυγὴν εἶναι τοὺς φί-  
λους. Οὐ μόνον δὲ τύχη, ἀλλὰ καὶ ἡλικία πάσῃ λυσι-  
τελής ἐστὶν ἡ φιλία· οἱ γὰρ φίλοι νέους μὲν εἰς τὸν ὀρ-  
θὸν ὁδηγοῦσι λόγον, ἵνα μὴ δι' ἀπειρίαν τοῦ ἀγαθοῦ  
διαμαρτάνωσι, πρεσβυτέρους δὲ θεραπεύουσι, καὶ τὸ  
ἐλλείπον τῆς πράξεως διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἀσθένει-  
αν αὐτοὶ ἀναπληροῦσι· τῶν δὲ ἐν ἀκμῇ ταῖς ἀγα-  
θαῖς πράξεις προστιθέασιν, καὶ βελτίω ποιοῦσι τὰ  
ἔργα,

Σὺν τε ὁ δ' ἐρχομένου·

καὶ γὰρ μετὰ τῶν φίλων καὶ νοῆσαι καὶ πράξει δυνα-  
τώτεροι γινόμεθα, καὶ φύσει δὲ πρόσεστιν ἡμῖν ἡ φι-  
λία. Φύσει γὰρ τὸ γεννῶν φιλεῖ τὸ γεννώμενον· καὶ  
οὐκ ἐν ἀνθρώποις μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐν ὀρνέοις,  
καὶ ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ζώων·<sup>c</sup> καὶ οὐκ ἐν γεννῶντι  
μόνον καὶ γεννώμενῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἑτερογενέσι  
πρὸς ἀλληλα, μάλιστα δὲ πάντων ἐν τοῖς ἀνθρώποις·  
διὰ τοῦτο τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν, ὡς ἀνθρώ-

\* Lib. VIII. cap. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας κτλ.

# ANDRONICI RHODII

## ETHICORUM NICOMACHEORUM

### PARAPHRASIS

#### LIBER OCTAVUS.

#### Cap. I.

#### De amicitia.

His autem expositis reliquum est, ut de amicitia dis-  
seramus. Est enim amicitia aut virtus, aut sequitur vir-  
tutem. Ea quippe quæ inter morositatem et adulationem  
est virtus, adjuncto amore fiet amicitia : quemadmodum  
octavo libri quarti capite dictum est a nobis, et perfe-  
ctam sequitur virtutem. Vera enim amicitia, sicut statim  
dicetur, in honestis tantum viris inest. Quamobrem in  
nostra de virtutibus disputatione consentaneum est nos  
etiam de ea exponere, quoniam vel ad vitam agendam  
res est maxime necessaria. Nam sine amicis nemo vivere  
velit, etiamsi ceterorum honorum omnium copia circum-  
fluat : nimirum etiam iis qui divitiis, imperiis et potentia  
instructi atque ornati sunt, amicis opus esse maxime vi-  
detur. Quid enim prodest talis felicitas iis, qui de aliis  
bene mereri non possunt? At in neminem beneficia con-  
ferunt qui amicos non habent : quæ enim maxime locum  
habet et laudabilis est beneficentia, ea in amicos confer-  
tur : aut qua ratione homo felix sine amicis in felicitate  
permaneat et incolumis servetur? quanto enim major fel-  
licitas, tanto etiam periculosior est. At non modo felices,  
sed miseri quoque et pauperes amicis opus habent :  
omnes enim unicum perfugium amicos esse putant. Ne-  
que vero omni tantum fortunæ, sed etiam ætati amici-  
tia conducit : namque amici adolescentulos ad sanitatem  
perducunt, ne propter boni ignorantem peccent, senes  
autem colunt, eorumque actionis defectum ex ætatis  
imbecillitate ortum ipsi suppleant : eorum denique qui  
integerrima ætate florent bonas actiones juvant, et me-  
liora negotia faciunt, ut in proverbio est :

*Duobus quippe simul euntibus etiam alter altero plus videt :*

cum amicis enim melius singula et excogitare possumus  
et agere, sed et natura nobis inest amicitia. Natura enim  
ita comparatum est, ut omnis parens prolem suam dili-  
gat : quod non modo in hominibus, sed in avibus quo-  
que et plerisque animalibus locum habet : nec in pa-  
rente tantum et prole, sed etiam in iis qui propinqua  
cognitione conjuncti sunt, omnium maxime vero in ho-  
minibus : ideoque hominum amantes tanquam huma-

πινόν τι ποιούντας. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις, ὡς οἰκείον ἅπας ἀνθρώπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον· οἷ τε ἄ γὰρ ἐπὶ χώρας μένοντες σὺν ἡδονῇ τὸν πλανώμενον ὑποδέχονται καὶ θεραπεύουσιν, ὃ τε ὁ πλανώμενος, εἰ συντύχοι μόνον ἀνθρώποις, μάλιστα χαίρει. Καὶ τὰς πόλεις ἢ φίλα συνέστησε τὴν ἀρχὴν καὶ αἰεὶ συνέχει· καὶ οἱ καθιστάντες τὰς πόλεις νομοθεταὶ μᾶλλον τῆς φιλίας φροντίζουσιν, ἢ τῆς δικαιοσύνης· καὶ γὰρ διὰ τὴν ὁμόνοιαν ἢ δικαιοσύνη ζητεῖται· ἢ δὲ ὁμόνοια ὁμοίων τί ἐστι τῆς φιλίας, ἢ δὲ στάσις ὁμοία ἐστὶ τῆς ἔχθρας, ἣν αἰεὶ τῆς πόλεως ἀπελαύνειν σπουδάζουσιν οἱ νομοθεταί. Ἄλλως τε, φίλων μὲν ὄντων πρὸς ἀλλήλους τῶν πολιτῶν, οὐ χρεία τῆς πόλεως δικαιοσύνης, δικαίων δὲ ὄντων, φιλίας χρεία· βέλτιον γὰρ μετὰ ταύτης ὁμοιοῦσιν, ἢ μετὰ τῆς δικαιοσύνης. Ἔτι δὲ τὸ μάλιστα δίκαιον φιλικὸν εἶναι δοκεῖ· καὶ γὰρ ἐπειδὴν τις περὶ τὸν πλησίον πάντα τὰ δίκαια διασώζει, κἂν ἑ αὐτόν τι δέη ζημιωθῆναι, φίλος ἐστίν· ὥστε μᾶλλον ζητεῖται ἢ φίλια ἢ ἢ δικαιοσύνη παρὰ τῶν νομοθετῶν, καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι πρὸς τὸ καλῶς ὁμοιοῦσιν δύνασθαι. Οὐ μόνον δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ πρὸς ἄλλο φέρει ἀγαθόν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καλόν ἐστι καὶ ἐπαινετόν· τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν, ἢ τε πολυφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἐν εἶναι· καὶ ἐνίοι φασὶ μηδὲν διαφέρειν τὸν φίλον τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἀντίκρυ εἶναι.

(Scripti : \* χρεία ] ex Aristotele; cod. χρεῖαν. — \* διαμείναι ] cod. διαμείνη — <sup>b</sup> σὺν τε ] ex Iliad. X. 224; cod. σύντε. — <sup>c</sup> ζῶων ] cod. ζῶων. — <sup>d</sup> οἷ τε ] cod. οἷτε. — <sup>e</sup> ὃ τε ] vulgo ὃ, τε. — <sup>f</sup> κἂν ] vulgo κἂν. — )

## Κεφ. β'.

Τίς ἡ φιλία, καὶ ὅτι τρία αὐτῆς ἐστὶν εἶδη.

\* Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ φιλία· διαπορεῖται δὲ περὶ αὐτῆς οὐκ ὀλίγα. Πότερον ὁμοιότης ἐστὶν ἡ φιλία, καὶ οἱ ὁμοιοὶ φίλοι, ἢ ἐναντιότης, καὶ οἱ ἔχοντες ἐναντίοι. Οἱ μὲν γὰρ ὁμοιότητα τιθέασιν αὐτήν, καὶ τοὺς ὁμοίους φίλους· ὅθεν τὸν ὁμοῖόν φασιν ὡς τὸν ὁμοῖον, καὶ κολοῖον ποτὶ κολοῖον, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οἱ δὲ ἐναντίους φίλους φασὶν εἶναι, καὶ τὸν λόγον εἰς τὸ καθολικώτερον καὶ φυσικώτερον ἀνάγουσιν, Εὐριπίδης μὲν φάσκων,

Ἐρᾶν μὲν ὁμβροῦ γαῖαν ἐξηρανθεῖσαν,  
Ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν ἢ πληρούμενον  
Ἄμβροῦ, πεσεῖν εἰς γαῖαν·

Ἡράκλειτος ἢ δὲ λέγων τὸ ἀντίξουν συμφέρον εἶναι, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι· ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις ἀποφαίνεται περὶ τῆς φιλίας μετὰ πολλῶν ἄλλων καὶ ὁ

\* Διαμφισθητεῖται δὲ περὶ αὐτῆς κτλ.

num quid facientes laudare consuevimus. Cernere licet etiam in peregrinationibus, quam sit omnis homo homini accommodatum quiddam atque amicum : qui enim in terra sua manent libenter peregrinantem excipiunt et colunt, et qui peregrinatur, si occurrat modo hominibus, vehementer lætatur. Sed et civitates initio amicitia constituit et semper conservat : et qui respublicas constituerunt legum latores majorem amicitia quam justitia rationem habent : concordia quippe causa justitia quaeritur : concordia autem similis est amicitia, sicut seditio ad inimicitia similitudinem accedit, quam semper a civitate arcere student legum latores. Adde quod ne opus quidem civitati justitia est, si amici inter se sint cives, contra vero licet sint justii, amicitia tamen opus est : cum hac enim quam cum justitia concordius vivunt. Quin etiam quod justissimum est ad amicitias jungendas accommodatissimum videtur : quum quis enim jura omnia observat in alio, neque quidquam praetermittit, ac ne paenam quidem si mereatur, is tamen amicus erit : quomobrem amicitia magis quam justitia a legum laboribus expetitur, estque ea ad veram concordiam omnino necessaria. Neque tantum necessaria est et ad aliud bonum confert, sed etiam ipsa per se pulchra et laudabilis est : nam amicorum studiosos laudamus, et amicorum multitudo videtur una ex praclaris esse rebus : nonnulli quoque nihil a viro bono differre amicam arbitrantur, sed plane eundem esse.

## Cap. II.

Quae sit amicitia : item tres ejus species esse.

Talis ergo amicitia est : sunt autem de illa disputantibus haud pauca, de quibus dubitatur. Ac primum quidem, utrum similitudo sit amicitia, similesque sint amici, an contrarietas et contrarii qui amicitiam cum aliquo gerunt. Alii enim eam similitudinem esse statuunt, et similes amicos : ex quo proverbialia nata sunt, semper similem ad similem, et graculum ad graculum, et caetera hujus generis : alii vero contrarios amicos esse affirmant, totamque rem magis universe spectatam ad naturales rationes referunt, ut Euripides, quum ait :

Amat quidem imbrem terra, quum siccum solum,  
Amat quoque excelsum imbribus caelum grave,  
Agitante Venere in gremia terrae labier :

et Heraclitus quum ait, contrarium utile esse, et ex diversis pulcherrimum concentum existere, et ex contentione omnia oriri : his contrariam de amicitia sententiam cum aliis multis Empedocles dicit, affirmans simile ejus

Ἐμπεδοκλῆς, ὁ λέγων τὸ ὁμοίον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. Τὸ μὲν οὖν ἀνάγειν τὸν λόγον εἰς καθολικούς τινας καὶ φυσικούς λόγους, καὶ ζητεῖν ἀπλῶς πῶς τὰ ἐναντία τῶν ἐναντιῶν ἐφίεται, καὶ τὰ ὁμοία τῶν ὁμοίων, οὐκ ἔστιν οἰκίον τῆς παρούσης σκέψεως.

\* Ἐπισκεψώμεθα δὲ ὅσα μόνης ἔχεται τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὅσα εἰς ἡθῆ φέρει καὶ πάθη· ταῦτα γὰρ ὅλη ἐστὶ τῆ παρούση πραγματεία. Ζητητέον τοίνυν πότερον ἐν πᾶσι γίνεται ἢ ἐν μὲν τοῖς ἀγαθοῖς γίνεται, ἐν δὲ τοῖς μοχθηροῖς οὐχ ὅσον τε γενέσθαι· καὶ πότερον πολλὰ εἶδη φιλίας, ἢ ἐν οὐ γὰρ, διότι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥττον ἢ φιλία, διὰ τοῦτο ἐν εἶδος αὐτῆς ἐστίν· ἐπιδέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον, καὶ τὰ ἕτερα τῶ εἶδει· ἢ ἄ γὰρ οὐσία καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἕτερα ὄντα τῶ εἶδει τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον ἐπιδέχονται· οὐ γὰρ ὁμοίως εἰσὶν ὄντα· ὥστε οἱ διὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον οἰόμενοι ἐν εἶδος φιλίας εἶναι, οὐχ ἱκανῶς πεπιστεύκασι σημεῖον. Παρὶ τούτων δὲ ἐν τοῖς ἐμπροσθεν εἰρηται.

\*\* Τὰ μὲν οὖν ζητούμενα ταῦτα· φανερὰ δ' ἂν γένοιτο, εἰ φανερὸς γένοιτο ὁ περὶ τοῦ φιλητοῦ λόγος· οὐ γὰρ πάντα φιλοῦμεν, ἀλλ' ὅσα πέφυκε φιλεῖσθαι, ἃ ἐστὶ τὰ φιλητά· φιλητά δὲ ἐστὶ ταῦτα, τὸ ἀγαθόν, τὸ ἡδύ, τὸ χρήσιμον· τὸ μὲν οὖν ἀγαθόν, καὶ τὸ ἡδύ, δι' ἑαυτοῦ φιλεῖται, τὸ δὲ χρήσιμον φιλεῖται ἢ διὰ τὸ ἀγαθόν, ἢ διὰ τὴν ἡδονήν.

\*\*\* Χρήσιμον γὰρ ἐστὶ, δι' οὗ γίνεται ἢ ἀγαθόν, ἢ ἡδονή· ὥστε τὸ μὲν ἀγαθόν καὶ ἡδονή, ὡς τέλη εἰσι φιλητά· τὸ δὲ χρήσιμον ὡς πρὸς τὸ τέλος ταττόμενον.

\*\*\*\* Σκεψώμεθα δὲ πῶς τὸ ἀγαθόν φιλητόν ἐστι· πότερον τὸ ἀπλῶς ἀγαθόν, ἢ τὸ φιλοῦντι ἀγαθόν· ἐνίοτε γὰρ διαφέρει ταῦτα ἀλλήλων, καὶ ἄλλο μὲν ἐστὶ τὸ ἀπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθόν, ἄλλο δὲ τισι δοκεῖ ἀγαθόν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἡδύ διαφέρει, τὸ ἀπλῶς ἡδύ, καὶ τό τισιν ἡδύ· πότερον γοῦν φιλητά ἐστίν; ἢ δῆλον ὅτι τὰ δοκοῦντα ἡδέα καὶ ἀγαθὰ φιλητά ἐστίν; ὁμοίως δὲ καὶ χρήσιμα φιλητά ἐστίν, ἢ πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα καὶ ἀγαθὰ φέρει· καὶ οὐ πάντα τὰ δοκοῦντα ἡδέα καὶ ἀγαθὰ, ἀλλ' ἢ δοκεῖ αὐτοῖς ἡδέα εἶναι καὶ ἀγαθὰ καὶ χρήσιμα, ταῦτα φιλητά.

\*\*\*\*\* Ὅστε ἀπλῶς μὲν φιλητόν τὸ ἀγαθόν ἐστὶ· τισὶ δὲ φιλητόν τό τισιν ἀγαθόν· φαινόμενον δὲ φιλητόν, τὸ δοκοῦν τισιν ἀγαθόν εἶναι· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἡδύ, καὶ τὸ χρήσιμον.

\*\*\*\*\* Τριῶν δὲ ὄντων τῶν φιλητῶν, δι' ἃ ἢ φιλησις γίνεται, οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς φιλοῦμένοις ἤδη καὶ φιλία γίνεται· φιλοῦμεν γὰρ καὶ τὰ ἀψυχα διὰ τι τούτων τῶν τριῶν φιλητῶν· ἀλλ' οὐ φιλία τὸ τοιοῦτον· φιλία μὲν γὰρ ἐστίν, ὅταν τις φιλῶν ἀντιφιλητῆται, καὶ βούληται τῶ φιλοῦμένῳ τὰ ἀγαθὰ, καὶ αὐτῶ βουλομένην

quod simile aliis est desiderio teneri. Altius igitur repetere rem atque ad universalia præcepta et physicas rationes referre, item simpliciter quærere, quomodo tum contraria appetant contraria, tum similia concupiscant similia, a præsentī quæstione alienum est.

Videamus autem illa quæ humanæ tantum naturæ convenient, et ea quidem humana, quæ ad mores et affectus pertinent: hæc enim tanquam materia præsentī commentationi subjecta est. Quamobrem quærendum est, utrum inter omnes, an inter bonos tantum amicitia sit, inter malos vero ne esse quidem possit: item sintne multæ amicitia species, an una duntaxat: non enim, quia amplificationem et deminutionem recipit amicitia, idcirco una ejus species est: siquidem recipiunt amplificationem et deminutionem etiam res specie differentes: substantia quippe et accidens, quæ specie diversa sunt, tamen id quod magis et minus est recipiunt: neque enim quum sint, eodem tamen modo sunt: itaque qui propterea quod amplificationem et deminutionem amicitia recipiat unam tantum ejus speciem esse putant, non satis firmo nituntur argumento. Quæ igitur vulgo quærantur, hæc sunt: eaque plana fient, si prius quid sit amabile et omnem de eo sermonem perspexerimus: neque enim omnia amamus, sed quæ amari solent, nempe ea quæ amabilia sunt: amabilia autem habentur hæc, bonum, jucundum, utile: horum vero bonum et jucundum per se amatur, utile autem vel boni vel voluptatis causa amatur.

Utile enim est, quo aut aliquod bonum aut voluptas comparatur: itaque bonum et voluptas tanquam fines sunt amabilia: at utile tanquam id quod ad finem refertur.

Videamus autem quomodo bonum sit amabile: utrum quod simpliciter, an quod amanti est bonum: nonnunquam enim hæc inter se differunt, estque aliud quod simpliciter et proprie bonum dicimus, aliud quod nonnullis tale videtur: eodemque modo differt et jucundum, quia aliud est simpliciter jucundum, aliud quod quibusdam est jucundum: utra igitur sunt amabilia? an manifestum est, ea quæ jucunda et bona videntur, esse amabilia? similiter et utilia illa, quæ ad ea quæ jucunda videntur et bona, perducunt, amabilia judicantur: non tamen omnia, quæ jucunda et bona videntur, sed quæ illis jucunda et bona et utilia videntur esse, hæc sunt amabilia.

Quamobrem absolute quidem amabile est bonum: quibusdam vero amabile, quod quibusdam est bonum: denique specie amabile, quod quibusdam bonum videtur esse: similiter jucundum quoque et utile.

Quum autem tria sint amabilia, quorum causa amatio exoritur, non in omnibus tamen quæ amamus etiam amicitia aut amor nascitur: nam et inanima diligimus propter unum ex his tribus amabilibus: nec tamen tale quid amicitia vocatur: est enim amicitia, quum amans redamatur, atque amato omnia bona optat, qui et ipse

\* Ὅσα δ' ἐστὶν ἀνθρωπικά κτλ. — \*\* Cap. 2. Τάχα δ' ἂν γένοιτο φανερόν κτλ. — \*\*\* Δόξειε δ' ἂν χρήσιμον. — \*\*\*\* Πότερον οὖν τάχαθον φιλοῦσι κτλ. — \*\*\*\*\* Φιλεῖ δὲ ἕκαστος κτλ. — \*\*\*\*\* Τριῶν δ' ὄντων δι' ἃ φιλοῦσιν κτλ.

τῶ φιλοῦντι τὰ ἀγαθὰ· ὁ δὲ φιλῶν, φέρε εἰπεῖν, οἶνον, οὔτε παρ' αὐτοῦ ἀντιφιλεῖται, οὔτε τῶ οἴνω βούλεται τὰ ἀγαθὰ· γελοῖον γάρ· ἀλλ' εἴπερ σώζεσθαι βούλεται αὐτόν, οὐκ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ οἴνου, ἀλλὰ δι' ἑαυτόν, ἵνα αὐτὸς ἔχη· τῶ δὲ φίλῳ βουλόμεθα τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ ἕνεκα· διὰ τοῦτο ἢ πρὸς τὰ ἀψυχα φιλῆσις οὐκ ἔστι φιλία.

\* Ἐτι δὲ οὐδὲ εἴ τις ἀνθρώπον φιλοῖη καὶ βούλοιτο αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ, τὸ τοιοῦτον ἀνάγκη φιλίαν εἶναι· δεῖ γάρ καὶ ἀντιφιλεῖσθαι ὁμοίως· εἰ δὲ μὴ, οὐ φίλος ἐστίν, ἀλλ' εὐνοῦς τις λέγεται.

\*\* Συμβαίνει δὲ τινὰς λαθάνοντας ἀλλήλους φιλεῖν ὑπολαβόντας ἀγαθοῦς τινὰς, καὶ χρησίμους εἶναι, καὶ ἐπιεικῆς, καὶ βούλεσθαι ἀλλήλοις τὰ ἀγαθὰ· τοῦτους δὲ κυρίως μὲν φίλους οὐκ ἂν τις εἴποι, ὅτι οὐκ ἴσασι φιλοῦμενοι, οὐδὲ ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους· εὐνοῦς δὲ ἀλλήλοις εἶποι τις ἂν· οὔτε τῶν ἢ τῶν ἀψύχων φιλῆσις φιλία ἐστίν, οὔτε ἢ τῶν ἀνθρώπων, ὅταν τινὸς ἑλλείπη τῶν εἰρημένων. Ἄλλὰ φιλία ἐστίν, ὅταν ἀλλήλοις εὐνοῶσιν, ἢ διὰ τὸ ἀγαθόν, ἢ διὰ τὸ ἡδύ, ἢ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ βούλωνται ἀλλήλοις τὰ ἀγαθὰ, καὶ οὐ λαθάνουσιν ἀλλήλους φιλοῦντες.

\*\*\* Ὅτι ἂν μὲν οὖν ἐστι φιλία εἴρηται· φανερόν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι καὶ τρία εἶδη φιλίας· ἐπεὶ γὰρ τρία ἐστὶ τὰ δι' ἃ γίνεται ἡ φιλία, τὸ ἡδύ, τὸ ἀγαθόν, τὸ χρήσιμον, καὶ διαφέρουσι ταῦτα ἀλλήλων τῷ εἶδει, ἰσαριθμῶς τοῖς φιλητοῖς καὶ ἡ φιλία. Καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν φιλητῶν δυνατὸν φιλίαν γενέσθαι, ἥτοι φιλῆσιν μὴ λαθάνουσιν, καὶ ἀντιφιλήσιν.

\*\*\*\* Ἐτι δὲ καὶ βούλησιν ἀλλήλοις τῶν ἀγαθῶν καθ' ἑσὸν· γὰρ τι φιλοῦμεν, βουλόμεθα ἕκασιν τὸ ἀγαθόν. Τρία ἄρα εἶδη φιλίας, κατὰ τὸ ἀγαθόν, κατὰ τὸ ἡδύ, καὶ κατὰ τὸ χρήσιμον.

(Scripsi : \* οὐρανόν] cod. οὐρανόν. Cæterum horum versuum initium citatur etiam Magn. Mor. II, 11 et Eudem. VII, 1. Integros servant Athenæus XIII p. 599 et omisso auctoris nomine Stobæus Ecl. Phys. I p. 268. Conf. fragm. fab. inc. apud Wagnerum p. 826 et Phil. Græc. Fragm. vol. II p. LXII Ἐρᾶ μὲν ὄμβρου γὰρ ὅτι ἂν ξηρὸν πέδον Ἄκαρπον αὐχμῶν νοτίδος ἐνδεῶς ἔχη· Ἐρᾶ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανός, πληρούμενος ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαίαν, Ἄφροδίτης πόσις. Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταυτὸν δύο, Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα· κάκτρεφουσ' ἄμα, Ὅθεν βρότειον ζῆ τε καὶ θάλλει γένος. — ὁ Ἡράκλειτος] Cf. Plato Conviv. p. 187 τὸ ἐν γὰρ φησι διαφερόμενον αὐτὸ ἀπὸ τῶν ζυμφερέσθαι. Sextus Empiricus Pyrh. Hypot. I c. 29 § 210 p. 53 ed. Fabric. τάναντία περὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν. Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 318. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς] Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 10

vicissim omnia bona amanti optat : qui vero, exempli gratia, vinum amat, neque vicissim ab eo amatur, neque quidquam boni optat vino : quippe id ridiculum est : nam si conservari vult vinum, non vini causa id vult, sed sua, ut nimirum ipse fruatur : amico autem bona ipsius causa optamus : ideoque amor quo inanima prosequimur, non est amicitia.

Præterea neque si quis hominem amet, eique bona omnia exoptet, continuo id amicitiam esse necesse est : nam eodem modo eum redamari oportet : quod nisi fiat, non amicus, sed benevolus vocatur.

Fit quoque interdum, ut quidam occulte inter se ament, quum bonos se mutuo et utiles et honestos probosque viros esse judicant, sibi que invicem propterea bona omnia exoptent : quos tamen proprie amicos non dixeris, quia amari se non intelligunt et mutuum hanc ignorant benevolentiam : quos propterea melius benevolos aliquis vocet : quocirca neque inanimorum amor amicitia est, neque amor erga homines, quando aliquid eorum quæ jam diximus ei deest. Verum amicitia vocatur, quando mutua se benevolentia complectuntur, aut propter bonum, aut ob jucundum, aut propter utile aliquid, et sibi invicem bona omnia exoptant, scientes mutuum ipsorum esse amorem.

Quid ergo sit amicitia, jam diximus : tres autem esse amicitia species e præcedentibus quoque apparet : quum enim tria sint, propter quæ amicitia contrahitur, jucundum, bonum et utile, atque hæc singula specie inter se differant, totidem simul, quot sunt amabilia, diversæ amicitia species sunt. Pro singulis enim amabilibus amicitia, aut amatio non occulta et mutuus amor esse potest.

Sed et mutua benevolentia invicem sibi bona exoptantium in his omnibus locum habet : quatenus enim aliquid diligimus, bonum ei optamus. Sunt igitur tres amicitia species a bono, jucundo et utili ortæ.

\* Τούς δὲ βουλομένους κτλ. — \*\* Ἡ προσθετίον τὸ μὴ λαθάνουσιν κτλ. — \*\*\* Cap. 3. Διαφέρει δὲ ταῦτα ἀλλήλων κτλ. — \*\*\*\* Οἱ δὲ φιλοῦντες κτλ.



Empedocli. Carm. vs. 338-339 ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσεν, ὄξυ δ' ἐπ' ὄξυ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ. —<sup>a</sup> ἡ] cod. ἡ. —<sup>o</sup> δ, τι] cod. δτι. —<sup>ε</sup> καθ' ἑσόν] cod. καθόσον. —

## Κεφ. γ'.

Περὶ τῆς διὰ τὸ χρησίμον φιλίας, καὶ τῆς διὰ τὴν ἡδονὴν ὅτι ἀτελεῖς εἰσὶν αἱ τοιαῦται φιλίαι.

\* Ζητητέον δὲ περὶ ἐκάστου εἶδους. Οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρησίμον φιλοῦντες ἀλλήλους οὐκ αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἀλλήλους φιλοῦσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαθόν, ἢ τὸ ἡδύ, πρὸς δὲ χρησιμοί εἰσι, καὶ φιλοῦσιν ἕως ἂν ἐρχηταί τι αὐτοῖς παρ' ἀλλήλων ἀγαθόν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δι' ἡδονὴν ἀλλήλους φιλοῦντες, οὐ καθ' ἑαυτοὺς φιλοῦσιν· οὐ γὰρ ἀπλῶς ὅτι ἡδεῖς εἰσὶ διὰ τοῦτο φιλοῦσιν, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς ἡδεῖς εἰσιν, εἰ γὰρ ἄλλοις ἡδεῖς ἦσαν, οὐκ ἂν ἐφίλου· οἱ τε<sup>a</sup> δὲ διὰ τὸ χρησίμον φιλοῦντες, καὶ οἱ διὰ τὸ ἡδύ, οὐκ ἀπλῶς διὰ τὸ ἀγαθόν ἢ τὸ ἡδύ στέργουσι, καὶ οὐ διότι ὁ φιλούμενος αὐτὸς τοιοῦτός ἐστι διὰ τοῦτο φιλοῦσιν, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς ἡδύς ἐστι καὶ χρησίμος. Ὡστε δὴλον, ὅτι αἱ φιλίαι αὗται κατὰ συμβεβηκός εἰσιν· οὐ διὰ τοῦτο γὰρ φιλεῖται ὁ φιλούμενος, ὅτι τοιόσδε τις ἐστὶν αὐτός, ἀλλὰ διότι πορίζει ὁ μὲν ἀγαθόν, ὁ δὲ ἡδονήν. Καὶ εὐδιάλυτοι δὲ εἰσιν αἱ τοιαῦται φιλίαι· οἱ γὰρ ἡδεῖς καὶ χρησιμοὶ οὐκ αἰεὶ εἰσιν ἡδεῖς καὶ χρησιμοὶ· ἄλλοτε γὰρ ἄλλοις ἡδόμεθα, καὶ ἄλλοτε ἄλλο ἐστὶ<sup>b</sup> τὸ χρησίμον.

\*\* Μὴ παραμένοντος οὖν τοῦ αἰτίου τῆς φιλίας καὶ αὐτῆ οὐ δύναται παραμένειν, ἀλλὰ διαλύεται, ὡς οὔσα πρὸς ἐκείνη, καὶ ταῦτα ἔχουσα τέλη. Ἡ δὲ τοιαύτη φιλία ἢ εὐμετάβολος μάλιστα δοκεῖ γίνεσθαι ἐν τοῖς πρεσβύταις· οὐ γὰρ τὸ ἡδύ οἱ τηλικούτοι διώκουσιν, οὔτε σφόδρα, οὔτε συνεχῶς· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐλλείπουσι τῆς καθ' ἡδονὴν φιλίας, τὸ ὠφέλιμον δὲ αἰεὶ μόνον ζητοῦντες, κατὰ τὸ χρησίμον εἰσι φίλοι. Καὶ οὐχ οἱ πρεσβύται<sup>c</sup> μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν νέων ὅσοι οὐ τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον ζητοῦσιν· οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐδὲ πάνυ συζῶσι μετ' ἀλλήλων· ἐνίοτε γὰρ οὐδὲ ἡδονταὶ ἀλλήλοις· τῆνικαῦτα γὰρ ἡδονταὶ ἀλλήλοις, ὅτε ὠφελίμοι γίνονται, ἢ ἐλπίδας παρέχουσιν ὠφελείας, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον οὐκέτι·<sup>d</sup> οὐκ ὄντες δὲ ἀλλήλοις ἡδεῖς οὐδὲ δύναται συνοικεῖν. Τοιαύτην δὲ φασὶν εἶναι καὶ τὴν ξενικὴν φιλίαν· καὶ αὕτη γὰρ διὰ τὸ χρησίμον συνέστηκεν.

\*\*\* Ἡ δὲ φιλία τῶν νέων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δι' ἡδονὴν ἐστὶ. Κατὰ πάθος γὰρ οὔτοι ζῶσι, καὶ μάλιστα διώκουσι τὸ ἡδύ, καὶ οὐ τὴν μέλλουσαν ὠφελίαν, ἀλλὰ τὴν παροῦσαν ἡδονήν· αἰσθησεὶ γὰρ μάλιστα ζῶντες τῷ παρόντι χαίρουσι, καὶ ὅ τὴν αἰσθησὶν θέλει. Τῆς ἡλικίας δὲ μεταπιπτούσης καὶ τὰ ἡδέα γί-

## Cap. III.

De ea, quæ aut utilitatis, aut voluptatis causa instituitur, amicitia; easque amicitias imperfectas esse.

Sed de unaquaque specie quærendum est. Qui ergo utilitatis causa se mutuo diligunt, non ipsorum causa inter se amant, sed propter bonum aut jucundum, ad quam rem illi prodesse videntur, amantque donec alter ab altero aliquid boni acceperit: eodemque modo qui voluptatis causa inter se amant, non per se amant: neque enim quod simpliciter jucundi sint, idcirco eos amant, sed quia ipsis jucundi sunt; si enim aliis jucundi essent, eos non amarent: ergo et illi qui utilitatis et qui voluptatis causa amant, non simpliciter ob bonum et jucundum diligunt, nec quod homo qui amatur ipse talis sit, propterea amant, sed quia ipsis jucundus atque utilis est. Unde apparet, tantum per accidens has amicitias esse: neque enim qui amatur, ideo amatur, quod talis sit ipse, sed quia aliquid præbet, ille utilitatem, hic voluptatem. Sed et facile tales amicitie dirimuntur: namque homines jucundi et utiles non semper sunt jucundi et utiles: alias enim alii delectamur et alias aliud utile est.

Quum amicitie igitur causa non permaneat, ipsa quoque amicitia permanere nequit, sed dissolvitur, utpote quæ eo spectet eumque finem habeat. Talis autem amicitia quæ facile mutatur in senibus potissimum inesse videtur: namque homines ætate provecti id quod jucundum est neque vehementer neque crebro sequuntur: ideoque minus idonei sunt ad contrahendam eam quæ voluptatis causa instituitur amicitiam; quia enim id tantum quod e re sua est, quærunt, idcirco quoque propter emolumentum suum amici sunt. At non solum senes, sed etiam juvenes illi qui non voluptatem, sed utilitatem spectant: tales enim omnino ne commercium quidem cum aliis habent: interdum enim ne mutuo quidem sibi grati sunt: nimirum tum demum grati sunt, quum utiles quoque esse possunt, aut aliquam saltem utilitatis spem præbent, alias vero non item: quum vero sibi mutuo non sint jucundi, ne vivere quidem una possunt. Talem autem etiam hospitalem amicitiam esse ajunt: nam et hæc commodi alicujus causa contrahitur.

At vero juvenum amicitia voluptatis causa plerumque contrahitur. Nam affectibus isti in vita obtemperant: maximeque id quod jucundum est, nec futuram utilitatem, sed præsentem voluptatem sequuntur: nimirum quum sensu potissimum vivant, semper præsentibus gaudent, et id quod delectat sensum, amplectuntur. Sed in flexu ætatis

\* Οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρησίμον κτλ. — \*\* Τὸ δὲ χρησίμον οὐ διαμένει κτλ. — \*\*\* Ἡ δὲ τῶν νέων φιλία κτλ.

νεταί ἑτέρα· διὸ ταχέως γίνονται φίλοι καὶ παύονται· μεταπίπτοντος γὰρ τοῦ ἡδέος καὶ ἡ φιλία μεταπίπτει· μεταπίπτει δὲ τὸ τοιοῦτον ἡδὺ ταχέως, ὥστε καὶ ἡ φιλία. Καὶ ἐρωτικοὶ δὲ οἱ νέοι κατὰ πάθος καὶ ἡδονὴν ζῶντες· τὸ γὰρ πλείστον τῆς ἐρωτικῆς κατὰ πάθος καὶ ἡδονὴν· διὸ φιλοῦσι, καὶ ταχέως παύονται φιλοῦντες, πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας μεταπίπτοντες, ὅτι οὐ λογισμῶ καὶ κρίσει τινὶ φιλοῦσιν, ἀλλὰ πάθει φερόμενοι. Συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν ὅσοι βούλονται ἀλλήλοισι· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς φιλίας αὐτοῖς γίνεται, καὶ ἡ ἡδονὴ τὴν συνοίκησιν ἀπαιτεῖ. Ἡ μὲν οὖν καθ' ἡδονὴν καὶ κατὰ τὸ χρησίμου φιλία τοιαύτη ἐστίν, ἀτελής, καὶ οὐ καθ' αὐτό, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός.

(Scripsi : <sup>a</sup> οὐ τε ] cod. οὔτε. — <sup>b</sup> ἄλλο ἐστὶ ] cod. ἄλλο ἐστὶ. — <sup>c</sup> πρᾶξεται ] vulgo πρᾶξεται. <sup>d</sup> οὐκέτι ] cod. οὐκ ἐτι. —)

## Κεφ. δ'.

Περὶ τῆς διὰ τὸ ἀγαθὸν φιλίας, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ τελεία φιλία.

\* Ἡ δὲ διὰ τὸ ἀγαθὸν φιλία ἡ τῶν ἀγαθῶν καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων <sup>a</sup> τελεία ἐστὶ καὶ καθ' αὐτό. Βούλονται γὰρ ἀλλήλοισι ὅσοι τὰ ἀγαθὰ, ὅτι αὐτοὶ ἀγαθοὶ εἰσιν, οὐ δὲ ἄλλο, ἀλλὰ καθ' ἑαυτούς· οἱ δὲ βουλόμενοι τὰ ἀγαθὰ τοῖς φίλοις οὐχ ἑαυτῶν ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν φίλων, ὅσοι εἰσιν οἱ μάλιστα φίλοι· δι' αὐτούς γὰρ τοὺς φίλους φιλοῦσι, καὶ βούλονται αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ, καὶ οὐ δι' ἄλλο καὶ κατὰ συμβεβηκός· ἡ τοιαύτη δὲ φιλία καὶ βεβαία ἐστὶ καὶ μόνιμος· διαμένει γὰρ ἕως ἂν ἀγαθοὶ ᾖσιν οἱ φίλοι καὶ σπουδαῖοι, καὶ ἀγαθοῖς χαίρωσιν· ἡ γὰρ ἀρετὴ μόνιμὸν ἐστὶ· καὶ ἔστιν ἐκάτερος αὐτῶν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀπλῶς ἀγαθός, καὶ τῷ φίλῳ ἀγαθός· οἱ γὰρ ἀγαθοὶ καὶ καθ' ἑαυτούς ἀγαθοὶ εἰσι καὶ ἀλλήλοισι. Ὁμοίως δὲ καὶ ὠφέλιμοι εἰσι καὶ ἡδεῖς· οἱ γὰρ καθ' ἑαυτούς καὶ ἀπλῶς ἀγαθοὶ καὶ ἀλλήλοισι ἡδεῖς εἰσιν. Ἐκαστος γὰρ χαίρει ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι, καὶ διὰ τοῦτο ἡδέεται καὶ ταῖς τῶν ἄλλων, ὅταν ὁμοίαι ᾖσι ταῖς αὐτοῦ πράξεσιν, ἢ αἰ αὐταί· αἱ δὲ τῶν σπουδαίων καὶ ἀγαθῶν πράξεις αἱ αὐταὶ καὶ ὁμοίαι εἰσιν· ὥστε φανερόν, ὅτι οἱ σπουδαῖοι ἡδεῖς εἰσι καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοισι. Διὰ τοῦτο ἡ τοιαύτη φιλία μόνιμος ἐστίν. Ἄ γὰρ ἰδίαι αἱ ἄλλαι ἔχουσι φιλίαι, καὶ ᾧ ἐστὶ χρεῖα τοῖς φίλοις, ταῦτα πάντα μόνῃ αὐτῇ ἡ φιλία συνεληφεν ἐν ἑαυτῇ· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἔχει, καὶ τὸ ἡδύ, καὶ τὸ χρησίμου· τῷ γὰρ ἀγαθῷ καὶ τὸ ἡδύ ἐπιταί καὶ τὸ ὠφέλιμον· καὶ ἔστι τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν οὐ καθ' ἑαυτὸ μόνον ἀγαθόν, ἀλλὰ καὶ τῷ φιλοῦντι· καὶ ἡδύ καὶ ὠφέλιμον ὁμοίως, οὐ καθ' ἑαυτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ φιλοῦντι· καὶ ἡ ὁμοιότης δὲ ποιεῖ

etiam jucunda mutantur : quamobrem celeriter et fiunt amici et esse desinunt : mutato enim illo quod iis jucundum est, amicitia quoque eorum mutatur : talis autem voluptas cito immutatur, ideoque et amicitia. Quin etiam ad amorem proclives sunt juvenes, utpote qui affectibus et voluptati in vita serviant : maxima enim rei amatoris pars ex affectu et voluptate constat : amant igitur, citoque amandi finem faciunt, ita ut sæpe uno eodemque die voluntatem mutant, quia non ratione aliqua amant et judicio, sed prout animi impetu abripiuntur. Hi autem totos dies una traducere vitæque societate conjungi volunt : hinc enim amicitia ipsi ducitur exordium, sed voluptas contubernium etiam postulat. Quæ igitur voluptatis aut utilitatis causa instituitur amicitia talis est, hoc est, imperfecta, neque per se, sed per accidens tantum.

## Cap. IV.

De ea quæ boni causa contrahitur amicitia, eamque esse perfectam.

Quæ vero boni causa contrahitur, si bonorum est virorum et virtute similium, per se est et perfecta amicitia. Hi enim sibi mutuo bona optant, quia ipsi sunt boni, et boni quidem per se, non ob aliud : qui vero bona amicis, non sua sed ipsorum causa optant, hi maxime sunt amici : amicorum enim causa amicos diligunt iisque bona precantur, non ob aliud et per accidens : talis autem et firma et stabilis est amicitia : quippe manet, dum boni probique sunt amici, et dum bonis hominibus delectantur : stabilis enim virtus : estque uterque eorum et per se simpliciter absoluteque bonus, et amico talis : nimirum boni et per se boni sunt et invicem boni. Eodemque modo utiles quoque sunt et jucundi : qui enim simpliciter et per se boni sunt, etiam sibi mutuo jucundi sunt. Nempe suæ cuique actiones placent, ideoque etiam aliorum actionibus delectatur, quum aut similes sunt actionibus suis aut eadem : bonorum vero proborumque virorum eadem aut similes sunt actiones : unde apparet, probos viros et sibi et inter se jucundos esse. Quamobrem stabilis hujusmodi amicitia est. Quæ enim peculiariter reliquæ amicitia habent, quibusque indigent amici, hæc omnia sola hæc amicitia in se continet : nam et bonum et jucundum habet et utile : bono quippe et jucundum adjunctum esse patet et utile : estque hujusmodi bonum non per se tantum bonum, sed etiam ei qui amat : similiterque et jucundum et utile non per se tantum, sed etiam ei qui amat : sed et voluptatem similitudo talibus amicis affert ; et hæc amicitia plurimum tum voluptatis tum utilitatis habet. A cujus similitudine reliquæ

\* Cap. 3. Τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία κτλ.

τοῖς τοιοῦτοις φίλοις τὴν ἡδονὴν καὶ αὕτη μάλιστα ἡ φίλια τὴν ἡδονὴν ἔχει καὶ τὸ ὠφέλιμον. Καὶ καθ' ὁμοίτητα ταύτης αἱ ἄλλαι φιλῖαι ὀνομάζονται· αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ ἀρίστη φίλια· καὶ τὰ ταύτην ποιοῦντα ταῦτά ἐστι τὰ μάλιστα καὶ κυρίως φιλητά. Σπανίας δὲ εἰκὸς τοιαύτας φιλίας εἶναι· ὀλίγοι γὰρ οἱ οὕτως ἀγαθοί. Οὐ μόνον δὲ ἀρετῆς δεῖται ἡ τοιαύτη φίλια καὶ τρόπων ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ χρόνου καὶ συνηθείας κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἐστὶν εἰδῆσαι<sup>β</sup> ἀλλήλους, πρὶν τοὺς λεγομένους εἶλας συναναλῶσαι· οὐδὲ δυνατόν ἀποδέξασθαι καὶ φιλεῖν ἀλλήλους, πρὶν ἑκάτερος ἑκατέρῳ φανῆ φιλητός, καὶ αὐτὸς φιλεῖν πιστευθῆ. Οἱ δὲ ταχέως τὰ φιλικὰ ποιοῦντες πρὸς ἀλλήλους βούλονται μὲν φίλοι εἶναι, οὐκ εἰσὶ δὲ, εἰ μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ καὶ τῇ συνηθείᾳ φιλητοὶ γένοιτο ἀλλήλοις, καὶ πιστεύσαιεν φιλούμενοι. Βούλησις μὲν οὖν φιλίας τάχιστα γίνεται, φίλια δὲ οὐ· αὕτη μὲν οὖν ἡ φίλια τελεία ἐστὶ καὶ κατὰ τὸν χρόνον, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα, καθὼς εἴρηται· καὶ κατὰ πάντα τὰ φιλητά γίνεται. Καὶ ὁμοίως ἐστὶν ἑκατέρῳ παρ' ἑκατέρου, ὅπερ δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν· καὶ γὰρ ὁμοιοὶ εἰσὶν ἑκάτεροι ὄντες σπουδαῖοι, καὶ ὁμοίως εἰσὶν ἡδεῖς ἀλλήλοις καὶ φιλητοί.

(Scripsi : \* ὁμοίων] ex Aristotele; Andronici codd. ὁμοίως. — <sup>β</sup> εἰδῆσαι] cum codd. ut apud Aristotelem, [Theophrastum Charact. proœm. paucosque alios. ° συναναλῶσαι] ex Aristotele; codd. συναλῶσαι. —)

## Κεφ. ε'.

\*Ὅτι αἱ ἀτελεῖς φιλῖαι καθ' ὁμοίτητα τῆς τελείας φιλίας λέγονται.

\* Ἡ δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν φίλια, καὶ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον ὁμοίωμα ταύτης ἔχουσι τῆς φιλίας. Τὸ γὰρ κυρίως ἡδὴ καὶ χρήσιμον τὸ ἀγαθὸν ἐστὶ· \* καὶ ἡδεῖς καὶ χρήσιμοι μάλιστα ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί. Καὶ ἐν τούτοις δὲ τοῖς καθ' ὁμοίτητα λεγομένοις αἱ φιλῖαι παραμένουσιν, ὅταν τὸ αὐτὸ ἀλλήλοις παρέχωσιν· οἷον, εἰ χρήσιμός ἐστιν ἑκάτερος ἑκατέρῳ, ἢ ἡδύς, καὶ ὁ μὲν χρήσιμός ἐστιν, ὁ δὲ ἡδύς. Οὐ μόνον δὲ δεῖ τὸ αὐτὸ παρέχειν ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, εἰ γὰρ μέλλουσιν ἐν τῇ φίλιᾳ παραμένειν· οἷον, εἰ παρέχουσιν ἀλλήλοις ἡδονὴν, ἀπὸ τῶν αὐτῶν παρέχουσι τρόπων· ὥσπερ οἱ εὐτραπέλοιοι τῇ εὐτραπέλιᾳ χαριζόμενοι ἀλλήλοις, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐραστῆς καὶ ἐρώμενος· οὗτοι γὰρ ἡδονὴν μὲν παρέχουσιν ἀλλήλοις, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ὁ μὲν ἐραστῆς ἡδεται τῇ ὄψει τοῦ ἐρωμένου, ὁ δὲ θεραπευόμενος ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ· ληγούσης δὲ τῆς ὥρας ἐνίσταται καὶ ἡ φίλια λήγει· ἡ γὰρ ἡδονὴ δι' ἣν ἡ φίλια παύεται· οὕτε γὰρ ἐραστῆς ἡδεται τῇ ὄψει τοῦ ἐρωμένου, οὕτε ὁ ἐρώμενος θεραπεύεται·

\* Cap. 4. Ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδὴ κτλ.

quoque amicitiae denominantur : hæc videlicet præstantissima amicitia est : et quæ eam conciliant, maxime proprieque amabilia sunt. Probabile autem est tales amicitias esse raras ; siquidem pauci ita boni sunt. Neque vero solum virtute bonisque moribus, sed tempore etiam et consuetudine ejusmodi amicitia indiget : fieri enim non potest, ut quis alterum, quod proverbii loco dici solet, recte noverit, priusquam illos quos vocant salis modios simul ederint : sicut nec fieri potest, ut alter amplectatur alterum, aut amet, nisi uterque alteri dignus amore videatur, et ipse amore incensus existimetur. Qui vero cito amicorum inter se officiis funguntur, volunt quidem amici esse, sed tamen non sunt, nisi forte longo tempore et consuetudine digni videantur qui inter se ament, et amari se credant. Amicitia igitur conciliandæ voluntas celeriter illa quidem suscipitur, sed non statim amicitia nascitur : hæc ergo et tempore et reliquis rebus perfecta et cumulata, ut diximus, amicitia est, eaque omnibus amabilium formis constat. Eodemque modo alter ab altero accipit, quod amicis contingere debet : similes enim sunt ambo, quum uterque sit bonus, atque æque jucundus alter alteri et amabilis est.

## Cap. V.

Imperfectas amicitias e perfectæ amicitia similitudine nominari.

Quæ autem voluptatis vel utilitatis causa contrahitur amicitia, hujus amicitia formam et similitudinem habet. Proprie enim jucundum et utile est bonum : maximeque et jucundi sibi mutuo et utiles sunt boni. Et in his quidem, qui e similitudine amici nominantur, amicitia permanent, quum alter alterius beneficia similibus beneficiis pensat : verbi causa, si utilis alter alteri est, aut jucundus, vel alter utilis est, alter jucundus. Neque vero solum eandem operam alter alteri dare debet, sed etiam ex una et eadem re, siquidem manere in amicitia volunt : exempli gratia, si alter alteri voluptatem afferat, iisdem moribus afferent : sicut festivi qui festivitate sibi mutuo gratificantur, non ut amator et is quem amat : namque hi voluptatem quidem mutuo comparant, sed non eodem modo, siquidem amator gaudet aspectu ejus quem amat, homo carus contra amatoris officiis delectatur : forma porro evanescente interdum evanescit quoque amicitia : voluptas quippe propter quam amicitia est, cessat : nec enim aut facie ejus quem amat delectatur amplius ama-

πολλοὶ δὲ τῶν τοιούτων καὶ διαμένουσιν ἐν τῇ φιλίᾳ, εἴαν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἀλλήλων ἤθη στέρωσιν, ὁμοία ἔχοντες. Οἱ δὲ μὴ τὸ αὐτὸ παρέχοντες ἀλλήλοις, ἀλλ' ὁ μὲν ἡδονὴν ὁ δὲ τὸ χρήσιμον, οὔτε διαμένουσιν ἐν τῇ φιλίᾳ, καὶ ὅτε φιλοῦσιν ἀλλήλους, ἤττον φιλοῦσιν· ὅπως δὲ οἱ διὰ τὸ χρήσιμον ὄντες φίλοι, παυομένου τοῦ συμφέροντος, καὶ αὐτοὶ παύονται φιλοῦντες, καὶ διαλύονται· οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς· ταύτας μὲν οὖν τὰς φιλίας, τὴν τε διὰ τὴν ἡδονὴν, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ φαῦλους ἐνδέχεται ἔχειν, καὶ φαῦλον φίλον εἶναι, καὶ ἐπεικῆ· φιλεῖ γὰρ καὶ φαῦλος φαῦλον διὰ ταῦτα, καὶ φαῦλος ἐπεικῆ, καὶ ἐπεικῆς φαῦλον, καὶ μέσος τις ἐκότερον αὐτῶν· ἔστι γὰρ καὶ τῷ ἐπεικῆ τοῦ φαύλου χρεία πολλάκις. Δυνατὸν γὰρ ναύαρχόν τινα ἀγαθόν, ἢ στρατηγὸν ἀριστον, μὴ πάνυ τοὺς τρόπους ἀγαθὸν εἶναι, ὧν χρείαν ἔχειν τὸν σπουδαῖον οὐδὲν κωλύει. Καὶ ἡδεσθαι δὲ σπουδαῖον φαῦλοις οὐκ ἔστιν ἀδύνατον. Εἰσὶ γὰρ οἱ τοὺς μὲν τρόπους ἀπάδουσι, διαλεγόμενοι δὲ καὶ φιλοσοφοῦντες καὶ τῷ δεινοῖς τινες εἶναι τῆς ἀληθείας καταστοχαζόμενοι καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, τοῖς σπουδαίοις ἡδεῖς γίνονται· οἱ μὲν οὖν οὕτως φιλοῦμενοι οὐ δι' ἑαυτοὺς φιλοῦνται, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν ἡδονήν, ἢ διὰ τὸ χρήσιμον. Μόνον δὲ οἱ ἀγαθοὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν αὐτοὶ δι' ἑαυτοὺς φιλοῦνται, καὶ ἡ τοιαύτη φιλία ἀδιάλυτος ἔστιν, ὅτι πολλῶν δοκιμάζεται χρόνω, καὶ συνηθείᾳ τελείᾳ. Περὶ δὲ τῶν οὕτω δοκιμασθέντων οὐ βῆδιον τὰ χεῖρω πιστεῦσαι τὸν δοκιμάσαντα. Ἐν ταύτῃ δὲ ἔστι τῇ φιλίᾳ καὶ τὸ πιστεῦναι ἀλλήλους, καὶ θαρρῆν περὶ τῶν μεγίστων, καὶ τὸ μηδέποτε ἂν ἀδικῆσαι, καὶ ὅσα ἄλλα ζητεῖται παρὰ τῶν ὡς ἀληθῶς φιλεῖν ἐλομένων· ἐν δὲ ταῖς ἐτέραις οὐδὲν κωλύει καὶ διαβάλλεσθαι πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἀδικεῖν ἀλλήλους μὴ τὴν ἰσότητά σῶζοντας, καὶ τὰλλα πάσχειν. Ὅθεν οὐδὲ φίλοι εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι κυρίως, ἀλλ' ἐπεὶ εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι καὶ τοὺς τοιούτους φίλους ὀνομάζουσιν ἢ διὰ τὴν χρείαν, ὥσπερ αἱ πόλεις τοὺς συμμάχους ὀνομάζουσι φίλους, ἢ δι' ἡδονήν, ὥσπερ οἱ ἐν συνηθείᾳ παῖδες ἀλλήλους· διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς φίλους μὲν αὐτοὺς ὀνομάζομεν, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, ὥσπερ τοὺς ἀγαθοὺς· οὐ γὰρ ὁμοειδεῖς οἰόμεθα εἶναι, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα φίλους ὀνομάζομεν. Καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ εἶδη φαμέν εἶναι φιλίας. Καὶ ἔστι φιλία πρῶτως μὲν καὶ κυρίως ἡ τῶν ἀγαθῶν, ἢ ἀγαθοῖ· καθ' ὁμοιότητα δὲ αἱ λοιπαί· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἡδύ, καθὸ ἀγαθόν τί ἐστίν, ὡς ἡδὺ συνάπτει τοὺς φιληδόνους· ἀγαθὸν γὰρ τί ἐστὶ τοῖς φιληδέσι τὸ ἡδύ· καὶ ἀγαθῷ ἔοικεν, ὅτι αὐτοῖς ἀγαθὸν δοκεῖ· καὶ τὸ χρήσιμον ἀγαθὸν δοκεῖ τῷ χρωμένῳ· διὰ τοῦτο καθ' ὁμοιότητα τῆς ἀληθοῦς φιλίας αἱ τοιαῦται φιλίαι λέγονται. Μικτὴ δὲ φιλία ἀπὸ χρησίμου καὶ ἡδέος οὐ πάνυ γίνεται, ὥστε τῶν φίλων τὸν μὲν διὰ τὸ ἡδὺ φιλεῖν, τὸν δὲ διὰ τὸ χρήσιμον· τὸ γὰρ συνάπτει τοὺς φίλους κατὰ συμβεθερὸς ἔστιν ἐν αὐτοῖς· συνάπτει δὲ τοὺς

tor, aut is qui amatur amplius colitur : multi autem talium hominum in amicitia permanent, si servata consuetudine mores dilexerint, quum sint inter se moribus similes. Qui vero non idem sibi reddunt mutuo, sed alter voluptatem, alter utilitatem, non permanent in amicitia, et quum amant inter se, minus amant : omnes denique qui utilitatis causa sunt amici, cessante utilitate illa, amare quoque desinunt ac dirimuntur : non enim se mutuo amabant, sed emolumentum : ideoque ejus quæ tum voluptatis tum utilitatis causa contrahitur amicitia participes quoque esse possunt improbi, potestque et improbus simul ea re conjungi et probus : quia et improbus improbum, et improbus probum, et probus improbum interdum propterea amat, et qui medius inter hos sit, utrumque eorum : nam et probus sæpe aliqua in re eget improbo. Potest enim aliquis bonus esse navium præfectus, aut optimus exercitus dux, licet non admodum bene moratus sit, quorum tamen ope egere virum bonum nihil vetat. Quin etiam ut improbis hominibus delectetur vir probus, fieri aliquando potest. Sunt enim quidam quamvis moribus longe diversis, qui in disserendo et philosophando accurataque veri atque ipsius boni investigatione grati jucundique viris bonis evadant : qui ergo ita amantur, non per se, sed voluptatis aut utilitatis causa amantur. Soli vero boni a bonis ipsi per se amantur, atque hujusmodi amicitia indissolubilis est, quia longo tempore et perfecta consuetudine exploratur. Sed de hominibus ita probatis et spectatis non est facile ei qui probavit et spectavit deteriora credere. Hujus porro amicitia illud proprium est, ut et sibi mutuo credant amici, et de maximis rebus iisque communibus securi bonoque animo sint, caveantque sedulo, ne alteri ab altero injuria inferatur, reliquaque quæ in verorum amicorum amicitia requiruntur : quum in cæteris amicitia formis nihil obstet, quominus calumniæ interveniant et injuria tum alterum alter sublata æquitate afficiat, tum reliqua hujusmodi patiat. Quare neque proprie amici sunt tales, sed quia homines etiam illos amicos vocare solent : vel propter indigentiam, sicut civitates belli socios amicos appellant, vel voluptatis causa, sicut pueri conversantes se invicem ita vocare solent : ideo et nos eos amicos dicimus, non eo autem modo quo honos : neque enim ejusdem formæ esse putamus, sed e similitudine amicos nominamus. Quamobrem multas amicitia species esse dicimus. Estque amicitia primum et proprie honorum, qua boni sunt : ad ejus similitudinem vero cæteræ : etenim et jucundum, quatenus bonum quid est, tanquam jucundum conjungit homines voluptarios : jucundum enim bona quædam res est iis qui rebus jucundis ducuntur : ideoque bono simile est, quia bonum illis videtur : ita et utile bonum utenti videtur : quocirca e veræ amicitia similitudine tales amicitia nominantur. Mixta vero ex utili et jucundo amicitia non ferme invenitur, ita ut alter amicorum jucundum, alter utile in

φίλους τὸ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ τὰ αὐτὰ φιλεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Σωκράτης φιλεῖ τὸν Πλάτωνα, ὅτι τὸν Σωκράτην ἀμφω φιλοῦσι, καὶ τοῖς Σωκράτους ἀγαθοῖς ἀμφω χαίρουσιν· ἢ ὅτι τὴν ἡδονὴν ἀμφω φιλοῦσιν, ἢ τὸ χρήσιμον ἀμφω. Ἐπὶ δὲ τῆς μικτῆς φιλίας οὐ τῶ αὐτῷ χαίρουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἡδεῖ, ὁ δὲ τῷ χρησίμῳ· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὸ αὐτὸ φιλοῦσι· συγχαίρει γὰρ ἕκαστος ἑκατέρῳ, καὶ συνεύχεται τὰ ἀγαθὰ· οὐ δι' αὐτὸν δέ, ἀλλὰ διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδύ. Διὰ τοῦτο δὴ οὐ πάνυ ἡ τοιαύτη φιλία γίνεται, ὅτι τὸ κοινὸν κατὰ συμβεβηκὸς ἔστιν ἐν· τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἐν οὐ πάνυ συναπτει.

(Scripsi : \* ἔστι ] cod. ἔστιν. —)

### Κεφ. ζ'.

\* Ὅτι συζῆν καὶ συνεῖναι παρέχει τοῖς φίλοις τὸ ἐνεργεῖν φίλοις εἶναι.

\* Εἰς ταῦτα δὲ τὰ εἶδη τῆς φιλίας διηρημένης, οἱ μὲν φαῦλοι ἔσονται φίλοι δι' ἡδονὴν ἢ τὸ χρήσιμον, ταύτη ὁμοιοὶ ὄντες· οἱ δὲ ἀγαθοὶ δι' ἑαυτοῦς ἔσονται φίλοι· ἢ γὰρ ἀμφω ἀγαθοί, διὰ τοῦτο φιλοῦσιν ἀλλήλους· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀπλῶς φίλοι, καὶ κυρίως, καὶ καθ' αὐτό· οὗτοι δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ τῷ ὁμοιοῦσθαι τούτοις τὸ ὄνομα τῆς φιλίας ἔχουσιν.

\*\* Ὅσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν οἱ μὲν καθ' ἑξῆς, οἱ δὲ κατ' ἐνεργεῖαν ἀγαθοὶ λέγονται· οἱ μὲν γὰρ ἔξιν ἔχουσι δικαιοσύνης, οὐκ ἐνεργοῦσι δὲ κατ' αὐτήν, ὑπὸ τῶν ἔξωθεν κωλυόμενοι, οἱ δὲ ἐνεργοῦσι καὶ τὰ δίκαια, κατὰ τὴν ἑξῆς ἦν ἔλαβον τῆς δικαιοσύνης· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας συμβαίνει. Οἱ μὲν γὰρ συζῶντες ἀλλήλοις χαίρουσι τοῖς ἀλλήλων ἀγαθοῖς, καὶ πορίζουσι ἕκαστος ἑκατέρῳ τὰ δυνατὰ ἀγαθὰ· οἱ δὲ καθεύδοντες ἢ κηρωρισμένοι τοῖς τόποις οὐκ ἐνεργοῦσι μὲν πρὸς ἀλλήλους τὰ φιλικὰ· οὕτω δὲ ἔχουσιν ὥστε ἐνεργεῖν φιλικῶς.

\*\*\* Οἱ γὰρ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἀπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνεργεῖαν. Ἐὰν δὲ χρόνῳ πολλῷ ἢ ἀπουσία γένηται τῶν φίλων, δοκεῖ καὶ τῆς φιλίας γίνεσθαι λήθην· ὅθεν εἴρηται·

Πολλὰς δὲ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν.

\*\*\*\* Οἱ δὲ πρεσβῦται \* καὶ στρυφνοὶ φαίνονται ὡς οἱ οὐ δύνανται φιλικοὶ εἶναι. Βραχὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς· ὅς δὲ οὐκ ἔστιν ἡδονή, οὐδὲ συνεῖναι καὶ συνημερεῖν δυνατόν· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔλοιτο συνδιαγεῖν τῷ λυπηρῷ ἢ τῷ μὴ ἡδεῖ· φαίνεται γὰρ ὅτι ἡ φύσις φεύγει μὲν τὸ λυπηρὸν, διώκει δὲ τὸ ἡδύ· αἰεὶ· ὅς δὲ οὐ δυνατόν συνεῖναι, τούτῳ οὐκ ἐνὶ φίλον γενέσθαι· ἢ γὰρ συνήθεια καὶ τὸ συνδιαγεῖν τὰς φιλίας ποιεῖ.

amicitia spectet : nimirum id quod amicos conjungit , per accidens est in illis : quum hoc potissimum eos conjungat, quod iisdem delectetur et eadem ament. Idcirco enim Socrates amat Platonem , quia ambo amant Socratem, Socratisque bonis ambo delectantur : vel quia voluptatem amant , aut ambo id quod est utile. In mixta autem amicitia non eadem re delectantur, siquidem alter jucunditate, alter utilitate ducitur : per accidens vero eandem rem diligunt : quippe uterque cum altero gaudet et bona illi optat, non illius tamen causa, sed ob emolumentum aut delectationis causa. Quocirca non facile talis instituitur amicitia, quia commune utriusque per accidens unum est : unum autem per accidens non ferme contingit.

### Cap. VI.

Convictum et consuetudinem amicos ad jungendam acti amicitiam impellere.

Quum igitur in has species amicitia dividatur, improbi delectationis causa aut ob emolumentum amici erunt, qua in parte similes videntur : viri boni autem per se erunt amici : quatenus enim ambo sunt boni, inter se amant : illi ergo simpliciter et proprie et per se sunt amici : hi vero per accidens, et quatenus illorum similitudinem gerunt, nomen amicitiae habent.

Quemadmodum autem in virtutibus alii quidem habitu, alii vero actu boni dicuntur : alii enim habitum tantum justitiae gerunt, non agunt vero re ipsa ei congruenter, quia rebus externis impediuntur, alii vero re ipsa agunt etiam quae justa sunt, justitiae habitum quem sunt consecuti factis exprimentes : sic etiam in amicitia evenit. Qui enim una vivunt, eorum alter alterius bonis gaudet, praebetque alter alteri quae praebere possunt bona : qui vero aut dormiunt aut locorum intervallo disjuncti sunt, amicitiae muneribus non funguntur quidem illi, sed ita tamen sunt animali, ut fungi possint.

Non enim locorum intervalla amicitias simpliciter dirimunt, sed muneris functionem. Quodsi diuturna amicorum fuerit absentia, videtur etiam amicitiae obrepere oblivio : unde dici solet :

*Neglectum alloquium multos disjunctit amicos.*

Senes autem et austeri non videntur ad amicitiam idonei esse. Nam parum voluptatis in illis est : vivere autem aut versari cum eo, in quo voluptas locum non habet, nemo potest : nemo enim cum eo qui molestus ac tristis aut qui non jucundus est convictum habere vollet : videtur quippe natura fugere dolorem et jucunditatem semper sequi : cum quo vero nemo potest habere commercium, huic amicus esse non poterit : consuetudo videlicet et convictus amicitias comparat.

\* Cap. 5. Ὅσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν κτλ. — \*\* Οἱ γὰρ τόποι κτλ. — \*\*\* Ἐὰν δὲ χρόνιος κτλ. — \*\*\*\* Οὐ φαίνονται δ' οὐθ' οἱ πρεσβῦται κτλ.

\* Οἱ γὰρ ἀποδεχόμενοι ἀλλήλους, μὴ συζῶντες δέ, εὐνοί εἰσιν ἀλλήλοις μᾶλλον ἢ φίλοι.

\*\* Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων ὡς τὸ συζῆν. Οὕτε γὰρ οἱ διὰ τὸ χρήσιμον δύνανται μὴ συνοικεῖν· ἐνδεεῖς γὰρ ὄντες ἀλλήλων δέονται ἀλλήλοις χρῆσθαι, ὃ οὐ δυνατὸν ἄνευ τοῦ συνοικεῖν· οὔτε οἱ διὰ τὴν ἡδονὴν πολλῶν μᾶλλον· οὔτε οἱ κυρίως φίλοι, ὅτινές εἰσιν οἱ μακάριοι· ἀλλήλων μὲν γὰρ οὐκ εἰσιν ἐνδεεῖς, ἡδεῖς δὲ εἰσιν ἀλλήλοις. Καὶ διὰ τοῦτο μὴ συνδιάγειν ἐθέλειν, ἀμύχανον· οὐ γὰρ δὴ μόνωτας τινὰς τοὺς μακαρίους εἶναι προσήκει, ἀλλὰ ἀνάγκη μετ' ἀλλήλων εἶναι τοῖς αὐτοῖς χαίροντας. Τοῦτο δὲ τὸ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ τὴν ἑταιρικήν φιλίαν ποιεῖ τὴν τῶν νέων, ὅταν περὶ τὸ αὐτὸ σπουδάζωσι.

\*\*\* Μάλιστα μὲν οὖν ἐστὶ φιλία ἢ τῶν ἀγαθῶν, καθάπερ πολλάκις εἴρηται. Δοκεῖ γὰρ φιλητὸν μὲν καὶ αἰρετὸν τὸ ἀπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθόν, ἢ ἡδύ· ἐκάστῳ δὲ φιλητὸν καὶ αἰρετὸν τὸ αὐτῷ ἀγαθόν· ὃ δὲ ἀγαθὸς τὸν ἀγαθὸν φιλεῖ δι' ἀμφο ταῦτα· τὸ γὰρ ἀγαθὸν αὐτοῦ καὶ ἀπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθὸν ἐστὶ, καὶ τῷ φίλῳ ἀγαθὸν ἐστίν· ὥστε ὃ ἀγαθὸς φιλητός ἐστὶ, καὶ κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους· καὶ διὰ τοῦτο συζῆν ἀλλήλοις τοὺς σπουδαίους πᾶσα ἀνάγκη βούλεσθαι· χαίροντας ἀλλήλοις, καὶ ὡς ὁμοίους, καὶ ὡς ἀγαθοῖς ἀπλῶς, καὶ ὡς ἀλλήλοις ἀγαθοῖς.

(Scripsi : \* προσδύται] vulgo προσδύται. —)

### Κεφ. ζ΄.

Περὶ τῆς τε φίλας καὶ τῆς φιλήσεως.

\*\*\*\* Ἐπεὶ δὲ ἀρετὴ ἐστὶν ἡ φιλία, ἐν πάσῃ δὲ ἀρετῇ πάθος τι θεωρεῖται καὶ ἕξις, ζητητέον τί ἐστὶν ἐν τῇ φιλίᾳ πάθος, καὶ τί ἕξις. Ἔοικε τοίνυν ἡ μὲν φιλησις πάθει, ἡ δὲ φιλία ἕξει· πάθος μὲν γὰρ ἐστὶν, ὃ καὶ μὴ προαιρουμένοι συμβαίνει, ἕξις δέ, ὃ μετὰ προαιρέσεως γίνεται, καὶ καθ' ἣν μετὰ προαιρέσεως ἐνεργοῦμεν· ἡ μὲν οὖν φιλησις καὶ ἡ πρὸς τὰ ἄψυχα ἐστὶν ἀγάπη, καὶ ὅλως ὅθεν οὐκ ἐστὶν ἀντιφιλεῖσθαι· τὸ δὲ τοιοῦτον πάθος· οὐ γὰρ κρίναντες καὶ λογισάμενοι ἀγαπῶμεν οὐδὲ προαιρούμενοι, ἀλλ' ἐκείθεν κινούμενοι μόνον, ὅπερ ἐστὶ καθαρῶς πάθος· ἡ δὲ φιλία ἢ πρὸς τοὺς φιλοῦντας ἀγάπη ἐστὶ, ὃ πάθος ἐστὶ μετὰ προαιρέσεως· κρίνομεν γὰρ ὡς δεῖ φιλεῖν τὸν φιλοῦντα, καὶ κινούμεθα οὐ μόνον ἕξῳθεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τοῦ λογισμοῦ· ἡ δὲ μετὰ λογισμοῦ καὶ προαιρέσεως κίνησις, ἀφ' ἕξεως· ἐστὶν ἄρα ἡ μὲν φιλησις πάθος, ἡ δὲ φιλία ἕξις.

\*\*\*\*\* Ἐτι οἱ φίλοι βούλονται τοῖς φιλοῦμένοις τὰ ἀγαθὰ, αὐτῶν ἕνεκα, οὐ κατὰ πάθος, ἀλλὰ καθ' ἕξιν· οὐ γὰρ ἀλόγως· ἀλλὰ λογιζόμενοι τὴν αἰτίαν· τὸ δὲ βούλεσθαι τοῖς φιλοῦμένοις τὰ ἀγαθὰ ἐκείνων ἕνεκα ἐν τῷ λόγῳ

Nimirum qui inter se probati acceptique sunt, nec tamen communi vitæ consuetudine devinciuntur, benevoli magis sibi quam amici sunt.

Nihil enim est amicorum tam proprium quam vitæ societate conjungi. Nam nec illi qui utilitatis causa amici dicuntur esse non una vivere possunt : quum enim alter altero egeat, alter quoque altero uti necesse habet, quod sine consuetudinis conjunctione fieri nequit : multoque minus quos voluptas conjungit : sed nec qui proprie amici sunt, ipsi nimirum felices : licet enim alter altero non egeat, alter tamen alteri est jucundus. Quare fieri nequit, ut una vivere nolint : solitariam enim vitam hos degere non convenit, quos felices dicimus, sed omnino necesse est una vivere eos qui iisdem rebus delectantur. Hoc autem, ut iisdem rebus adolescentes gaudeant, eorum etiam sodalitatem constituit, quum eadem studiose petunt.

Maxime ergo amicitia, quemadmodum sæpius diximus, est honorum. Videtur enim amabile et expetendum esse quod absolute et proprie bonum aut jucundum est : rursusque singuli amabile judicant et expetendum, quod ipsis est bonum : vir bonus autem virum bonum ob horum utrumque diligit : bonum quippe ipsius et simpliciter proprieque, et amico est bonum : unde sequitur bonum virum utraque de causa esse amabilem : ideoque bonos viros vitæ societate conjungi velle omnino necesse est : quum alii aliis delectentur, tum ut similibus, tum ut simpliciter bonis, tum ut sibi invicem bonis.

### Cap. VII.

De amicitia et amatione.

Quum autem virtus sit amicitia, in omni autem virtute aliquis affectus cernatur et habitus, quærendum quid in amicitia affectus sit et quid habitus. Similis ergo amatio affectui est, amicitia vero habitui : affectus quippe est id, quod inconsultis etiam nobis accidit, habitus autem, quod cum consilio conjunctum est, et quo considerate agimus : amatio ergo etiam inanimorum amor est, omninoque eorum a quibus redamari nequeamus : tale quid autem affectus est : nec enim nostro iudicio et cogitate talia amamus aut consulto, sed instinctu illius tantum, quod simpliciter est affectus : amicitia vero est amor quo amicos prosequimur, qui affectus est cum consilio conjunctus : quippe judicamus amicum diligendum esse, neque solum extrinsecus, sed etiam sponte nostraque ratione movemur : ille autem qui cum ratione et consilio conjunctus est motus, ab habitu proficiscitur : unde sequitur amationem affectum, amicitiam vero esse habitum.

Præterea amici iis quos amant bona omnia exoptant, idque illorum causa, non perturbacione aliqua incitati, sed ex habitu : non enim temere, sed ita ut prius causam perpendant : exoptare autem amicis bona ipsorum

\* Οἱ δ' ἀποδεχόμενοι κτλ. — \*\* Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων κτλ. — \*\*\* Μάλιστα μὲν οὖν ἐστὶ φιλία κτλ. — \*\*\*\* Ἔοικε δ' ἡ μὲν φιλησις πάθει κτλ. — \*\*\*\*\* Καὶ φιλοῦντες τὸν φίλον κτλ.

ἔστι τῆς φιλίας· ἡ ἄρα φιλία ἕξις ἐστίν. Ἔτι φιλεῖ τις τὸν ἀγαθὸν φίλον, ὅτι αὐτῷ ἀγαθὸς ἐστίν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος γενόμενος, ἀγαθὸς γίνεται τῷ φίλῳ· ἕκαστος οὖν φιλεῖ ἕκαστον, ὡς ἀγαθὸν οἰκείον, καὶ βούλεται τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἡδύς ἐστίν ὁμοίως.

\* Καὶ ὅλως τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι· λέγεται γὰρ φιλότης ἢ ἰσότης· ταῦτα δὲ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως· ἢ δὲ προαίρεσις ἀφ' ἕξεως· ἡ ἄρα φιλία ἕξις ἐστίν· ἢ δὲ φιλίης ἀνευ προαιρέσεως οὕσα, καθαρῶς ἐστὶ πάθος.

### Κεφ. η'.

\*Οτι πολλοῖς εἶναι τελείως φίλον οὐκ ἐνδέχεται, καὶ ποῖαι τῶν ἐν ἐξουσίαις φιλίαι.

\*\* Πάντα μὲν οὖν τὰ φιλικὰ καὶ ἃ προσήκει φίλοις ἐν τῇ φιλίᾳ συμβαίνει τῶν ἀγαθῶν μόνῃ· ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς ἤττον γίνεται ἡ φιλία, ὅσῳ δυσκολώτεροί εἰσι, καὶ ἤττον ταῖς ἑμιλίαις χαίρουσιν· ἢ γὰρ ἑμιλία καὶ τὸ συνεῖναι δοκοῦσιν εἶναι φιλίας ποιητικά.

Διὰ τοῦτο νέοι μὲν ταχέως γίνονται φίλοι, πρεσβῦται \* δὲ οὐκ· οὐ γὰρ δυνατὸν φίλον γενέσθαι τινὰ ᾧ οὐ χαιρεῖ οὐδὲ ἤδεται συνών· τοῦτο δὲ ἐν τοῖς πρεσβύταις οὐ πάνυ συμβαίνει· ὀλίγον γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς. Διὰ τὰ αὐτὰ δὲ οὐδὲ οἱ στρυφνοὶ πάνυ γίνονται φίλοι, ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι εὖνοι μὲν εἰσιν ἀλλήλοις· βούλονται γὰρ ἀλλήλοις τὰ ἀγαθὰ διὰ τὴν χρείαν, καὶ λαμβάνουσι παρ' ἀλλήλων, ὧν ἕκαστος ἑκατέρου δεῖται· φίλοι δὲ οὐ πάνυ εἰσὶ, διὰ τὸ μὴ συνημερεύειν μηδὲ χαιρεῖν ἀλλήλοις· ἃ δὲ μάλιστα εἶναι δοκεῖ φιλικὰ καὶ ποιητικά φιλίας.

\*\*\* Πολλοῖς δὲ φίλον εἶναι τὸν σπουδαῖον κατὰ τὴν τελείαν φιλίαν οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἔρῃ πολλῶν ἅμα δυνατὸν. Ὑπερβολὴ γὰρ τίς ἐστὶ φιλίας ἢ τελεία φιλία. Τὸ δὲ τοιοῦτον πρὸς ἓνα πέφυκε γίνεσθαι. Τὸ γὰρ τοῖς αὐτοῖς χαιρεῖν σφόδρα, οὐ βράδιον ἐν πολλοῖς εἶναι· ἐτι δὲ οὐδὲ ἀγαθούς, καὶ σπουδαίους πολλούς εἶναι βράδιον. Ἄλλως τε τῇ τοιαύτῃ φιλίᾳ καὶ μακροῦ δεῖ χρόνου, καὶ συνηθείας, καὶ πείρας ἀκριβοῦς ἀλλήλων. Τοῦτο δὲ χαλεπὸν. Κατὰ δὲ τὰς ἄλλας φιλίας πολλοὺς ἐνδέχεται φιλεῖν· καὶ γὰρ διὰ τὸ χρήσιμον πολλοῖς ἀρέσκειν ἐνδέχεται τινά, καὶ διὰ τὴν ἡδονὴν πολλοὺς ἐφέλκεται· πολλοὶ γὰρ οἱ τούτοις χαιρόντες, καὶ διὰ ταῦτα φιλοῦντες, καὶ οὐδὲ πολλοῦ χρόνου δεόνται πρὸς τὸ πείραν λαβεῖν ἀκριβοῦς τῶν φίλων, ἀλλ' αὐτίκα διὰ τὴν χρείαν ἢ τὴν ἡδονὴν ἁμολογοῦσι φιλεῖν. Ἡ μὲν οὖν τελεία φιλία ἐστὶν ἢ διὰ τὸ ἀγαθόν· αἱ δὲ καθ' ὁμοιότητα ἢ τοῦ χρησίμου καὶ τοῦ ἡδέος.

\*\*\*\* Τῶν δὲ καθ' ὁμοιότητα ἢ τοῦ ἡδέος μᾶλλον ὁμοία ἐστὶ τῇ ἀληθινῇ φιλίᾳ, ὅταν τὰ αὐτὰ παρ' ἀλλήλων

causa res est, quæ ipsa amicitia notione continetur : habitus ergo est amicitia. Porro diligit aliquis bonum amicum, quia ipsi bonus est : quum enim vir bonus amicus fit, bonus quoque fit amico : uterque igitur alterum tanquam proprium bonum amat, simulque bona illi optat, et eodem modo jucundus est.

Denique par pari refert : nam amicitia vulgo æqualitas vocatur : hæc autem non sine consilio fiunt : consilium vero ab habitu proficiscitur : amicitia ergo habitus est : at amatio, quum sine consilio fit, merus est affectus.

### Cap. VIII.

Fieri non posse, ut quis perfecta multorum amicitia utatur, et quales eorum qui auctoritate florent amicitia sint.

Omnia igitur quæ ad amicitiam spectant et amicos decent, in sola bonorum amicitia locum habent : inter austeros autem et senes eo minus amicitia conciliatur, quo sunt difficiliores minusque hominum congressu et sermone delectantur : nam sermo et convictus ad conglutinandam amicitiam valere videntur. Itaque cito fiunt juvenes amici, senes non item : neque enim quisquam ei, quo vel non delectatur, vel cum quo non libenter conversatur, esse amicus potest : quod in senibus non facile evenit : parum enim voluptatis inest in illis. Quamobrem ne austeri quidem facile fiunt amici, sed benevoli tales potius inter se sunt : bona enim sibi mutuo optant, quibus egent, sed et alter ab altero accipit quæ desiderat : sed non admodum sunt amici, quia neque una totos dies commorantur, neque alter alterius moribus delectatur, quæ maxime amicitia convenire eamque facere videntur.

Sed perfecta cum multis amicitia nemini, qui vir bonus sit, intercedere potest, sicut fieri nequit, ut quis multarum amore uno tempore flagret. Nam nimia amicitia forma perfecta amicitia videtur. Hoc autem cum uno duntaxat suscipi patitur rerum natura. Iisdem enim vehementer delectari, vix est multorum : sicut nec bonos et probos multos reperire facile est. Adde quod in tali amicitia tum longum tempus et consuetudo, tum diligens amicorum inter se exploratio requiritur. Hoc autem difficile est. In reliquis vero amicitia multos amare possumus : etenim et utilitatis causa multis placere potest aliquis, et voluptate multos allicit : multi enim sunt qui his delectantur ac propterea amant, neque longo tempore ad amicos explorandos egent, sed statim utilitatis aut voluptatis causa se amare fatentur. Quæ ergo boni causa instituitur amicitia, est perfecta : ad hujus autem similitudinem accedit ea quæ utilitatis et voluptatis causa contrahitur.

Earum vero quæ a similitudine denominantur amicitia voluptatis causa contracta magis ad veram amicitia

\* Καὶ τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι κτλ. — \*\* Cap. 6. Ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς κτλ. — \*\*\* Πολλοῖς δ' εἶναι φίλον κατὰ τὴν τελείαν κτλ. — \*\*\*\* Τούτων δὲ μᾶλλον ὁμοίως φιλία κτλ.

τοῖς φίλοις γίνονται· καὶ χαίρωσιν <sup>b</sup> ἀλλήλοις, ἢ τοῖς αὐτοῖς. Οἷαι τῶν νέων εἰσὶν αἱ φίλαι. Καὶ γὰρ ἐν τῇ τοῦ ἡδέος φιλίᾳ μᾶλλον ἔστι τὸ ἐλευθέριον, ἢ ἐν τῇ τοῦ χρησίμου. Ἡ γὰρ τοῦ χρησίμου ἀγοραίων τινῶν ἔστι καὶ ἀνελευθέρων. Ἐτι ἡ ἀληθὴς φιλία καὶ τοῦ ἡδέος δέεται, τοῦ χρησίμου δὲ οὐδαμῶς. Οἱ γὰρ μακάριοι χρησίμων μὲν οὐ δέονται, ἡδέων δὲ συζῆν μὲν γὰρ βούλονται τισι, λυπηροῖς δὲ οὐ δύνανται συνεῖναι. Τὸ γὰρ λυπηρὸν ὀλίγον φέρουσι χρόνον. Συνεγῶς δὲ οὐδεὶς ἂν ὑπομείναι λυπούμενος, οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν δυνήσεται φέρειν οὐδεὶς, εἰ λυπηρὸν αὐτῷ εἴη. Διὰ τοῦτο τοὺς φίλους οἱ σπουδαῖοι ἡδέεις ζητοῦσιν εἶναι, ἀγαθοὺς ὄντας καὶ αὐτοῖς ἀγαθοὺς· οὕτω γὰρ αὐτοῖς ὑπάρξει ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν· ἢ ἄρα καθ' ἡδονὴν φιλία μᾶλλον ἔοικε τῇ τελείᾳ φιλίᾳ, ἢ ἡ κατὰ τὸ χρησίμου.

\* Οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις οὐ τοῖς αὐτοῖς χρῶνται φίλοις ὡς χρησίμοις καὶ ὡς ἡδέεσιν. Ἄλλοι γὰρ εἰσὶν αὐτοῖς χρήσιμοι, καὶ ἕτεροι ἡδέεις. Ἄμφο δ' οἱ αὐτοὶ οὐ πάνυ. Τὸ δ' αἰτιον, ὅτι τὸ χρησίμου, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν τῇ τελείᾳ φιλίᾳ ἔστιν, ἢ ἔστι τῶν σπουδαίων. Οἱ δὲ οὐ τοιοῦτους ζητοῦσιν. Οὔτε γὰρ τοὺς δι' ἀρετὴν ἡδέεις ζητοῦσιν, οὔτε τοὺς χρησίμους εἰς τὰ καλὰ. Ἀλλὰ τοῖς μὲν εὐτραπέλοις χρῶνται διὰ τὴν ἡδονήν, τοῖς δὲ δεινοῖς ὡς χρησίμοις, δυναμένους πρᾶξαι τὸ ἐπιτηχθέν· ταῦτα δὲ οὐ πάνυ συνέρχονται ἐν τῷ αὐτῷ. Ἡδὺς γὰρ καὶ χρησίμος ἅμα, καθὼς εἴρηται, ὁ σπουδαῖός ἐστιν, ὅς οὐ γίνεται φίλος ὑπερέχοντι, ἂν μὴ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχεται, καὶ ὑπὸ τὸν σπουδαῖον ἑαυτὸν τάττη, <sup>c</sup> καὶ κρείττονα ἑαυτοῦ ἡγῆται. <sup>d</sup> Οὕτω γὰρ ἐξισάσει ὁ σπουδαῖος τῷ κατ' ἐξουσίαν ὑπερέχοντι, ἀνάλογον ὑπερέχων καὶ ὑπερεχόμενος· ἐξισάζων δὲ ἔσται φίλος· ἂν δὲ μὴ οὕτως ἐξισάζη, οὐκ ἔσται· ἐπεὶ δὲ οἱ ἐν ἐξουσίαις οὐ πάνυ τοιοῦτοι γίνονται, διὰ τοῦτο οὐδὲ φίλοι αὐτοῖς οἱ σπουδαῖοι.

(Scripsi : πρεσβῦται δὲ οὐκ ] cod. πρεσβῦται δὲ οὐκ. — <sup>b</sup> χαίρωσιν ] cod. χαίρουσιν. — <sup>c</sup> τάττη ] cod. τάττη. — ἡγῆται ] cod. ἡγείται. —)

## Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς ἡδείας καὶ χρησίμου φιλίας, ὅτι κατὰ τι φίλαι, κατὰ τι οὐ φίλαι εἰσὶ· καὶ περὶ τῆς καθ' ὑπεροχὴν φιλίας

\*\* Πᾶσαι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι φίλαι ἐν ἰσότητι εἰσι. Τὰ γὰρ αὐτὰ τοῖς φίλοις ἐξ ἀλλήλων γίνεται, καὶ τὰ αὐτὰ βούλονται ἀλλήλοις, ἢ καὶ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀντικαταλλάττονται, ἴσον ἴσου, ὅσον ἡδονὴν ἀντὶ ὠφελείας· αἰτινες ὅτι ἥττόν εἰσι τῶν ἄλλων φίλαι καὶ ὀλιγοχρονιώτεραι, εἴρηται. Τῶν δὲ φιλιῶν αἱ διὰ τὸ χρησίμου καὶ ἡδύ, κατὰ τι μὲν δοκοῦσιν εἶναι φίλαι, κατὰ τι δὲ οὐ· καθ' ὃ μὲν γὰρ εἰσὶ τῇ τελείᾳ φιλίᾳ,

tiam accedit, quum eadem sibi mutuo præstant amici, et alter altero delectatur aut uterque eisdem. Quales juvenum amicitia sunt. Etenim in ea quæ voluptatis causa instituitur amicitia, magis quam in ea quæ ex utilitate oritur, liberalitas apparet. Namque illa quæ propter utile comparatur, circumforaneorum et illiberalium hominum est. Præterea etiam vera amicitia jucundum desiderat, utile nequaquam. Quippe beati utilibus non egent, sed jucundis : quando enim vivere cum aliquibus volunt, cum tristibus et molestis versari non possunt. Nam molestiam parumper ferunt. Perpetuo vero qui perferat molestiam nemo reperit, sed ne ipsam quidem bonum ferre quisquam poterit, si ei molestum sit. Quocirca viri boni jucundos amicos esse volunt, ut quum boni sint, sibi quoque tales sint : ita enim illis erit quidquid non deesse amicis oportet, ergo amicitia voluptatis causa contracta magis ad perfectam similitudinem accedit, quam illa quæ ob emolumentum instituitur.

Qui vero sunt auctoritate aliqua et potestate præditi, non iisdem amicis tanquam utilibus et jucundis utuntur. Alii enim illis utiles sunt, alii jucundi. Iidem autem non ferme utiles simul et jucundi habentur. Cujus rei causa est, quod utile et jucundum in perfecta amicitia inest, quæ est honorum. Illi vero tales non quærent. Neque enim homines virtutis beneficio jucundos quærent, neque eos qui ad res honestas sunt utiles. Cæterum facietis quidem voluptatis causa utuntur, solertibus vero ob emolumentum, utpote qui imperata impigre exsequi soleant : hæc autem non ferme in eodem simul reperiuntur. Jucundus enim simul et utilis, sicut diximus, est vir bonus, qui homini dignitate ac potentia præstanti non facile fit amicus, nisi ille etiam virtute superatur, ideoque tanquam bono viro se submittit, quatenus eum suo fastigio meliorem judicat. Ita enim æquabit eum qui dignitate præcellit vir bonus, si pro portione et superet et superetur : nam quum æquaverit, amicus erit, sin autem eo modo non æquaverit, non erit : quia vero homines auctoritate aliqua et potentia præditi non ferme tales sunt, idcirco ne amici quidem illis sunt viri boni.

## Cap. IX.

De jucunda et utili amicitia, eas videlicet ex parte esse amicitias, ex parte non esse : item de amicitia, quæ in excellentia cernitur.

Omnes igitur, quas commemoravimus, amicitia species in æqualitate consistunt. Eadem enim sibi mutuo præstant amici, eademque exoptant, aut alterum cum altero commutant, æquum cum æquo, verbi gratia voluptatem cum utilitate : quas quidem species et minus esse amicitias quam cæteras et minus diuturnas, jam diximus. Inter eas autem amicitias quæ ob emolumentum et quæ voluptatis causa instituuntur, ex parte

\* Οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις κτλ. — \*\* Ὅτι δὲ καὶ ἥττόν εἰσιν κτλ.



φιλαίαι εἰσί, καθ' ἃ δὲ ἀνόμοιοι εἰσι πρὸς αὐτήν, οὐκ εἰσὶ φιλαίαι. Ἐοῖκασιν μὲν γάρ, ὅτι ἡ τελεία καὶ τὸ ἀγαθὸν ἔχει, καὶ τὸ χρήσιμον· οὐκ εοῖκασιν δέ, ὅτι ἡ μὲν ἀδιάβλητος καὶ μόνιμος ἔστιν, αἱ δὲ ταχέως μεταπίπτουσι, καὶ ἄλλοις διαφέρουσι πολλοῖς. Αὗται μὲν οὖν πᾶσαι καθ' ἑμοιότητα καὶ ἰσότητά εἰσιν.

\* Ἐτερον δὲ φιλαίας εἶδος τὸ καθ' ὑπεροχὴν· οἷον πατρὶ πρὸς υἱόν, καὶ δλωρ πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρὶ τε πρὸς γυναῖκα, καὶ παντὶ ἀρχοντι πρὸς ἀρχάμενον.

\*\* Διαφέρουσι δὲ αὗται ἀλλήλων. Οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γονεῦσι τε πρὸς τέκνα, καὶ ἀρχουσι πρὸς ἀρχομένους· ἀλλ' οὐδὲ πατρὶ πρὸς υἱόν, καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα, οὐδ' ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ γυναίκῃ πρὸς ἄνδρα. Ὡστε οὐχ αἱ φιλαίαι μόνον διαφέρουσι ἐν ταῦθα, ἀλλὰ καὶ αἱ φιλήσεις πρὸς τὰς ἀντιφιλήσεις. Ἐτέρα γὰρ ἐκατέρου τούτων τῶν φίλων ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ ἔργον, καὶ ἕτερα δι' ἃ φιλοῦσι καὶ δι' ἃ φιλοῦνται. Διὰ τοῦτο καὶ αἱ φιλήσεις καὶ αἱ φιλαίαι ἕτεραι. Ἐν μὲν οὖν ταῖς προειρημέναις φιλαίαις τὸ μόνιμον ἐποιεῖ τὸ τὰ αὐτὰ ἐκατέρῳ τῶν φίλων παρ' ἐκατέρου γίνεσθαι· ἐν ταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ ὁ πατὴρ τὸν υἱόν, καὶ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα ἀπαιτῆσει.

\*\*\* Οὐ γὰρ δεῖ τὴν ἰσότητα τοὺς τοιοῦτους κατὰ ταῦτα φυλάττειν, ἀλλ' ὅταν ἐκεῖνα ἐκάτερος παρ' ἐκατέρου λαμβάνῃ ἃ δεῖ τὸν μὲν δοῦναι τὸν δὲ λαβεῖν, μόνιμος ἢ τῶν τοιοῦτων καὶ ἐπιεικὴς ἔσται φιλαία.

\*\*\*\* Καὶ τὴν φιλησιν δὲ ἀνάλογον δεῖ γίνεσθαι ἐν ταῖς καθ' ὑπεροχὴν φιλαίαις· τὸν γὰρ ἀμείνω δεῖ μᾶλλον φιλεῖσθαι ἢ φιλεῖν, καὶ τὸν ὠφελιμώτερον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἁμοίως· δεῖ γὰρ τινα γίνεσθαι καὶ ἐν τούτοις ἰσότητα· τοῦτο γὰρ τὴν φιλίαν συνέχει.

\*\*\*\*\* Γίνεται δὲ πῶς ἰσότης, ὅταν κατ' ἀξίαν ἢ φιλησιν γίνηται· καὶ τὸ δίκαιον δὲ ἐν τῇ ἰσότητι σώζεται. Ἄλλ' οὐχ ὁμοίως ἔχει τὸ ἴσον ἐν τε τοῖς δικαίοις, καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ· ἐν μὲν γὰρ τοῖς δικαίοις πρῶτως μὲν ἴσον ζητεῖται, τὸ κατ' ἀξίαν, καὶ ἀνάλογον τοῖς δεχομένοις· δευτέρως δὲ ζητεῖται τὸ κατὰ τὴν ποσότητα ἴσον· ἐὰν γὰρ κατ' ἀξίαν καὶ ἀνάλογον γίνηται ἡ διαφορῆ, δικαία ἐστί, κἂν ὁ σφόδρα τῶν ποσῶν διαφέρῃ, οὐδὲν κωλύει τὸν τοῦ δικαίου σώζεσθαι λόγον, εἰ δὲ κατὰ τὴν ποσὸν ἴση εἴη καὶ μὴ ἀνάλογον, οὐ δύναται εἶναι δικαία· ἐπὶ δὲ τῆς φιλαίας ἀνάπαλιν· τὸ γὰρ ἴσον ἐν ταύτῃ ζητεῖται, πρῶτον μὲν κατὰ τὴν ποσότητα, δευτέρως δὲ κατὰ τὸ ἀνάλογον.

\* Ἄνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν. Ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει τεκνοποιητικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν, ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαϊότερον οἰκία πόλεως, καὶ ὅσῳ κοινότερον ζῳίαις ὁ τεκνοποιία, ἢ πολιτεία. Τὸ μὲν γὰρ πᾶσι ζῳίαις ἐνεστίν, ἡ δὲ πολιτεία μόνους τοῖς ἀνθρώποις· τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζῳίαις ἐπὶ τοσοῦτον μόνον ἡ κοινωνία ἐστίν, ἐπ' ὅσον ἐνι τεκνοποιῆσαι, τοῖς δὲ ἀνθρώποις οὐ τῆς τεκνοποιίας χάριν μόνον ἡ κοινωνία ἐστίν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον· εὐθύς γὰρ διήρηται αὐτῶν τὰ ἔργα, καὶ ἄλλα τὰ ἔργα τοῦ ἀνδρός, καὶ ἕτερα γυναικός· ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. Διὰ ταῦτα καὶ τὸ χρήσιμον, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίαις εἶναι δοκεῖ εἶη δ' ἂν καὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ ἡ ἀρετὴ, εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν· ἐστὶ γὰρ ἐκατέρου ἀρετῆ· καὶ εἰ σπουδαῖος εἴη ἐκάτερος τὴν προσήκουσαν ἀρετὴν, χαίρουσιν ἂν καὶ διὰ τοῦτο ἀλλήλοις· σύνδεσμος δὲ τῇ τοιαύτῃ φιλίαις καὶ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι· διὸ θάπτον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται· τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν· τὸ δὲ κοινὸν συνέχει τὰ κοινωνοῦντα.

(Scripti \* συνωκείωται] cod. συνωκείωται. — ὁ γενόμενα] cod. γενόμενα. — ὁ φασί] cod. φασιν. — ὁ συνωκείωται] cod. συνωκείωται. — ὁ ζῳίαις] cod. ζῳίαις ut reliquis locis. —)

### Κεφ. ιζ'.

Περὶ τῶν ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίαις ἐγκλημάτων.

Πῶς δὲ συμβιβάσθαι ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ ἀδελφῷ πρὸς ἀδελφόν, καὶ ὄλκις φίλῳ πρὸς φίλον, ταῦτόν ἐστι τῶν πῶς δίκαιον. Ἔπεται γὰρ πάσῃ κοινωνία ἀναλόγως τῇ φιλίαις καὶ τὸ δίκαιον, ὅσπερ εἴρηται πολλὰκις· καὶ οὐ ταῦτόν φαίνεται εἶναι δίκαιον φίλῳ πρὸς φίλον, καὶ τὸν ὀνειδίον, ἢ τὸν ἀδελφόν, ἢ τὸν ἑταῖρον, καὶ τὸν συμφοιτητήν.

\*\* Τριῶν δὲ οὐσῶν τῶν φιλιῶν, διὰ τὸ ἀγαθόν, διὰ τὸ ἡδὺ, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ καθ' ἑκάστην τῶν μὲν ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων, τῶν δὲ καθ' ὑπεροχὴν· καὶ γὰρ γίνονται φίλοι καὶ οἱ ὅμοιοι, ἢ κατὰ τὸ ἀγαθόν,

genarum, quo etiam vitæ communitate magis inter se devincti sunt, utpote qui plurimorum inter se participes sint. Maxime vero fraterna amicitia: siquidem huic illa omnia eveniunt, quæ etiam sodalitiæ, magisque huic quam illi: ideoque si probi sint fratres et similes, magis inter se amabunt, quam sodales: quoniam propinquiores inter se sunt et similiores, et ex quo nati sunt se mutuo dilexerunt, et similibus moribus præditi sunt, quum ex hisdem sint nati, ac simili cura ac diligentia eruditi: quin etiam probatio ea quæ tempore constat major hic et firmior est. Cognatarum ergo amicitiarum maxima est fraterna: cæteræ vero ad propinquitatis portionem modificatæ sunt.

Porro quæ inter virum et uxorem amicitia est naturæ congruere videtur. Homo enim ad liberorum procreationem aptior est natura quam ad societatem civilem, quanto prior magisque necessaria civitate domus est, quantoque liberorum procreatio animantium omnium communior est, quam respublica. Altera enim res omnibus animantibus, respublica vero solis hominibus convenit: ac reliquis quidem animantibus eatenus tantum sua est communio, quatenus fetus procreare possunt, hominibus vero non tantum ad liberos procreandos sua est communio, sed etiam propter res ad vitam necessarias: statim enim divisa sunt eorum opera aliæque sunt viri, aliæ mulieris partes: inserviunt igitur alteri alteri sua in medium afferentes. Quamobrem in hac amicitia et utilitas inesse videtur et voluptas: sed inerit in ea etiam bonum et virtus, si probi fuerint: est enim utriusque virtus: ac si uterque honestus ac debita virtute præditus fuerit, idcirco alter altero lætabitur: videntur autem talis amicitia vinculum et liberi esse: quare citius dissolvuntur qui liberis carent: commune enim amorum bonum sunt liberi: quod vero commune est ea quæ consociata sunt continet.

### Cap. XVII.

De querelis in amicitia propter involuntarium contracta ortis.

Quomodo autem marito cum uxore, fratri cum fratre, amico denique sit cum amico vivendum, quærere, nihil aliud est, quam quomodo nos vivere deceat. Respondet enim omni communioni ex amicitia ratione etiam jus, ut sæpe dictum est: neque enim idem jus amico in amicem et in peregrinum, aut in fratrem, aut in sodalem et in condiscipulum videtur esse.

Quum ergo tres sint amicitia species, quæ boni, quæ voluptatis et quæ utilitatis causa instituitur, et in unaquaque alii sint pares amici, alii præstantia quadam inter se differant: nam et qui similes sunt vel boni vel

\* Ἄνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κτλ. — \*\* Cap. 13. Τριῶν δὲ οὐσῶν φιλιῶν κτλ.

ἢ κατὰ τὸ ἡδύ, ἢ κατὰ τὸ χρήσιμον · γίνονται φίλοι καὶ ἀμείνους χεῖροσι.

\* Τοὺς δὲ ἴσους μὲν κατ' ἰσότητα δεῖ φιλεῖν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἰσάζειν · τοὺς δὲ ἀνίσους ἀναλόγως τῆ<sup>b</sup> ὑπεροχῆ καὶ ἐλλείψει φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι.

\*\* Μόνῃ δὲ ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ, ἢ ταύτῃ μάλιστα, τὰ ἐγκλήματα, καὶ αἱ μέμψεις τῶν φίλων γίνονται πρὸς ἀλλήλους εἰκότως. Οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες εὖ ποιεῖν ἀλλήλους προθυμοῦνται · τοῦτο γὰρ ἀρετῆς καὶ φιλίας · πρὸς τοῦτο δὲ τῶν φίλων ἀμιλλωμένων οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα οὐδὲ μάχαι · τὸν γὰρ φιλοῦντα καὶ εὖ ποιοῦντα οὐδεὶς δυσχεραίνει· ἀλλ' ἐὰν ἢ χαρίεις, ἀμείβεται καὶ αὐτὸς εὖ ποιῶν · ὃ δὲ ταῖς εὐεργεσίαις τὸν ἕτερον υπερβάλλον, τυγχάνων οὐ ἐρίεται, οὐκ ἂν ἐγκαλοῖ τῷ φίλῳ · ἐρίεται γὰρ ἑκάτερος τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ εὖ ποιεῖν.

\*\*\* Οὐδὲ δὲ οἱ δι' ἡδονὴν φιλοῦντες πάνυ δυσχεραίνειν ἀλλήλους δύνανται. Ἄμα γὰρ ἀμφοῖν γίνεται οὐ ὀρέγονται, εἰ τῷ συνδιάζειν χεῖροσι · γελῶτος γὰρ ἂν εἴη ὃ ἐγκαλῶν τῷ μὴ τέρποντι φίλῳ, ἐξὸν ἄλλω συνδιάζοντα τέρπεσθαι · οὔτε τοίνυν ἢ<sup>c</sup> διὰ τὸ ἀγαθὸν φιλία ἐγκλήματα ἔχει καὶ μέμψεις, οὔτε ἢ δι' ἡδονῆν.

\*\*\*\* Μόνῃ δὲ ἢ διὰ τὸ χρήσιμον ἐγκληματικὴ ἔστιν. Ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις αἰετῶ πλείονος δέονται, καὶ ἕλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσήκοντος, καὶ μέμφοται, οἱ οὐχ ὅσων δέονται, τοσούτων τυγχάνουσιν, ἀξιοὶ ὄντες τυγχάνειν · οἱ γὰρ εὖ ποιοῦντες οὐ δύνανται ἐπαρκεῖν αὐτοῖς τοσαῦτα, ὅσων δέονται · αἰετῶ γὰρ οἱ εὖ πάσχοντες πλείονων δέονται, ἤπερ εὖ ποιεῖν οἱ εὐεργέται δύνανται.

\*\*\*\*\* Ἔοικε δὲ, ὅτι καθάπερ τὸ δίκαιον διττόν ἐστι, τὸ μὲν γὰρ ἀγραφον, τὸ δὲ κατὰ νόμον, οὕτω καὶ τῆς κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίας τὸ μὲν ἠθικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν. Νομικὸν μὲν χρήσιμον, ὅταν τίς τινι διδῶ, ἐπ' ᾧ λάβοι τι ῥητὸν καὶ ὀρισμένον · ἠθικὸν δὲ, ὅταν τίς τινι ὡς φίλῳ δωρῆται, κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον, ἢ πλεόν, οὐ ῥητὸν οὐδὲ ὀρισμένον · κατ' ἀμφω δὲ τὰ χρήσιμα, ταῖς φιλίαις ἐγκλήματα καὶ μέμψεις ἀκολουθοῦσι. Μάλιστα δὲ ὅταν τῶν φίλων ὃ μὲν τὸ νόμιμον χρήσιμον εἰσάγῃ, ὃ δὲ τὸ ἠθικόν · οἱ τοιοῦτοι γὰρ ταχέως διαλύονται. Εἰ γὰρ ὃ μὲν εἰς χρήματα ὠφελει, καὶ ἀξιοῖ ὁμοίως ὠφελεῖσθαι, καὶ τοσαῦτα λαβεῖν ὅσα δέδωκεν, ὃ δὲ ἄλλην τινὰ ὠφελείαν ὠφελεῖ, οὐ δύνανται ἐν τῇ φιλίᾳ μένειν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦ νομίμου χρησίου τὸ μὲν πάντα<sup>a</sup> ἀγοραῖον, τὸ δὲ ἐλευθεριώτερον · τὸ μὲν γὰρ μὴ δοῦναι εἰ μὴ αὐτίκα εἴη λαβεῖν, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, πάντῃ ἀγοραῖον · τὸ δὲ δόντα ἀναβαλέσθαι τὴν λῆψιν, ἐλευθεριώτερον. Καὶ τοῦτο δὲ καθ' ὁμολογίαν γίνεται, τί ἀντί τίνος ὀφείλει ὀρισμένον γὰρ τὸ ὀφελίμα, καὶ οὐκ ἀμφίλογον. Ἡ δὲ ἀναβολὴ τῆς κομιδῆς ἐλευθεριώτερόν πως καὶ φιλι-

voluptatis vel utilitatis causa inter se fiunt amici, ut meliores deterioribus.

Eos quidem qui inter se pares sunt æqualiter amari, et cæteris quoque omnibus exæquari oportet : sed impares ex ratione tum excellentiæ tum defectus amare et amari oportet.

In sola autem ea quæ utilitatis causa conciliatur amicitia, aut in hac certe maxime, criminationes et querelæ amicorum inter se oriuntur, nec immerito. Nam qui ob virtutem sunt amici, student alter de altero bene mereri : hoc videlicet virtutis et amicitia pro-prium est : porro de hac re certantibus amicis neque criminationes sunt neque pugnae : in eum enim qui amat et bene meretur, nemo offenso est animo : imo vero si politus et gratus sit, sua beneficentia refert gratiam : qui vero beneficiis alterum superat, quum id quod cupit assequatur, non queratur de amico : uterque enim bonum expetit et beneficia in alterum conferre.

Sed ne in amicitia quidem propter voluptatem conciliatis admodum sæpe mutuis querelis locus esse potest. Simul enim ambobus contingit id quod petunt, si convicti lætantur : ridiculus quippe videatur is qui alterum criminetur eo quod ab eo non delectetur, quum voluptatem ex alterius consortio capere ipsi liceat : quare neque quæ boni neque quæ voluptatis causa instituitur amicitia criminationibus locum dat et querelis.

Sola vero amicitia ob utilitatem constituta criminationum et querelarum plena est. Nam quum propter emolumentum alter altero utatur, semper plura desiderant, minusque quam deceat se habere arbitrantur, querunturque se tam multa non consequi, quam multis egent, quamvis digni sint qui consequantur : nimirum qui beneficia conferunt tam multa suppeditare nequeunt, quam multis egent amici : semper enim pluribus egent homines isti beneficiis affecti, quam conferre possunt beneficiorum auctores.

Videtur autem, quemadmodum jus duplex est, alterum non scriptum, alterum legitimum, sic et amicitia propter emolumentum comparatæ altera pars moralis esse, altera legitima. Et legitimum quidem emolumentum est, quum quis alteri quidpiam dat, ut aliquid accipiat, idque certum ac definitum : morale vero, quando quis alicui tanquam amico donat quidpiam, pro quo tantundem vel plus accipere vult, non certum tamen neque definitum : in utraque autem utilitatis specie criminationes et querelæ amicitiam sequuntur. Maxime vero, quum amicorum alter legitimam utilitatem, alter moralem introducit : tales enim facile dissolvuntur. Si enim alter pecuniis prosit, eodemque modo alterum prodesse sibi velit, ac tantundem accipere quantum dedit, ille vero alio modo prosit, non possunt in amicitia permanere. Rursus legitima utilitas partim plane circularia est, partim liberalior : nolle enim dare, nisi statim recipias, de manu in manum, quod ajunt, omnino est mercaturæ simile : at rerum datarum recuperationem differre, multo liberalior est. Ex pacto autem constituitur, quid pro quo debeat alter : est enim definitum minimeque controversum quod debetur. Dilatio autem acceptionis liberaliorem quodammodo et amicitiam efficit contractum : itaque apud nonnullos hujus-

\* Τοὺς ἴσους μὲν κατ' ἰσότητα κτλ. — \*\* Γίνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα κτλ. — \*\*\* Οὐ πάνυ δ' οὐδ' ἐν ταῖς κτλ. — \*\*\*\* Ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον κτλ. — \*\*\*\*\* Ἔοικε δὲ, καθάπερ τὸ δίκαιον κτλ.

κώτερον ποιεῖ τὸ συναλλάγμα· διὸ παρ' ἐνίοις τούτων οὐκ εἰσι δίκαι, οὐδὲ δικάζονται ἀλλήλοις περὶ τῶν χρεῶν, ἀλλ' ὄλονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. Ὁ δὲ κατὰ τὸ ἥθικόν χρησίμον ὠφελῶν, οὐκ ἐπὶ βητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ, δωρεῖται τι, ἢ ἄλλην τινὰ ὠφέλειαν ὠφελεῖ· κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον<sup>α</sup> ἢ πλεόν, ὡς οὐ δεδωκώς, ἀλλὰ χρήσας· μὴ λαβὼν δέ, οὐχ ὡσπερ χρήσας οὕτως ἐγκαλεῖ τῷ μὴ δόντι, ἀλλ' ὡς φίλῳ. Τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας, ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. Τὸ δὲ εὖ ποιεῖν, μὴ ἴνα ἀντιπάθῃ, καλόν· ὠφελίμον δὲ τὸ εὐεργετῆσθαι· διὰ τοῦτο τὸ μὲν ὠφέλιμον ζητοῦσι, μὴ τυχόντες δὲ βούλονται καλοὶ δοκεῖν.

\* Τοὺς δὲ τοιούτους φίλους, καὶ ἴνα εὖ πάθωσιν, εὖ ποιῶντας, πάσῃ σπουδῇ εὖ ποιητέον τοὺς δυναμένους, καὶ τὴν ἀξίαν εὐεργεσίαν ἀποδοτέον. Οὐ γὰρ ἔλακειν δεῖ βία πρὸς τὴν ἀληθῆ φιλίαν μὴ βουλομένους, ἀλλὰ δυσχεραίνειν, ὅτι ἔλαθον εὖ παθόντες ὑφ' ὃ οὐκ ἔδει, οὐ γὰρ ὑπὸ φίλου, καὶ ζητεῖν ἥπως ἔκοντες ἀποτρίψονται τὰς αἰσχρὰς εὐεργεσίας, ἃς ἀκοντες ἐδέξαντο, τῷ ἀγνοεῖν τὸν εὐεργετοῦντα. Ἀποτρίφονται δὲ, εἰ μὲν δύνανται, καὶ αὐτοὶ ἀποδόντες, καὶ καθάπερ ἐπὶ βητοῖς εὐθὺς διαλυθέντες, εἰ δὲ μὴ δύνανται τῆν-καῦτα, ὁμολογήσαντες δύνηθέντες ἢ μὴν εὐθὺς ἀποδώσειν· εἰ δὲ πάντως ἀδύνατος ἔχουσιν ἀμείψασθαι, οὐδὲ οἱ δόντες ἀπατήσουσιν οὐδὲν παρ' αὐτῶν· ὥστε εἰ δύνανται, ἀποδοτέον εὐθὺς· πρὶν δὲ εὐεργετηθῆναι, σκεπτέον ἕκαστον, ὑπὸ τίνος εὐεργετῆται, καὶ ἐπὶ τίνι, ὡς ἂν εἰδείῃ, ἢ εἰ δὲ δέξασθαι, ἢ μὴ.

(Scripsi : \* οἱ ὅμοιοι] cod. οἱ ὅμοιοι. — <sup>b</sup> τῇ] cod. τῇ. — <sup>c</sup> οὔτε τοῖνον ἢ] cod. οὔτε τε τοῖνον ἢ. — <sup>d</sup> πάντη] cod. πάντη hic et in sequentibus. — [ἴσον] ἴσον cod. — [εἰδείῃ] cod. εἰδοῖη. — )

## Κεφ. ιη'.

Περὶ μέτρου ἀποδόσεως ἐν τῇ χρησίμῳ· καὶ ἐτι περὶ τῶν ἐν τῇ καθ' ὑπεροχὴν φιλίᾳ μέμψεων.

\*\* Ἐν δὲ ταῖς πρὸς ἀλλήλους τῶν φίλων ἀμοιβαῖς ἀπορία ἐστίν. Ἐπεὶ γὰρ ἀπὸ μεγάλων εὐεργεσιῶν μικρὰ ὠφέλεια γίνονται τοῖς εὐεργετομένοις, καὶ ἀπὸ μικρῶν μεγάλαι πολλαίαι· ἐνδέχεται γὰρ πολλὰ ποιήσαντα καὶ ἀναλώσαντα μικρὰ τὸν φίλον ὠφελῆσαι, καὶ τὸ ἀνάπαλι· πότερον ἀμειβομένους τὴν ὠφέλειαν δεῖ σκοπεῖν, ἢ τῆς εὐεργεσίας τὸ μέτρον. Καὶ γὰρ οἱ μὲν εὖ παθόντες τοιαῦτά φασὶ λαβεῖν παρὰ τῶν εὐεργετῶν, ἃ μικρὰ ἦν ἐκείνοις δοῦναι, καὶ ἐξῆν παρ' ἐτέρων λαβεῖν, τούτῳ κατασμικρύνοντες τὰς εὐεργεσίας· οἱ δὲ εὖ ποιήσαντες τὸ ἀνάπαλι, τὰ μέγιστα ὄν εἶχον εὐεργετῆσαι λέγουσι, καὶ ἃ παρ' ἄλλων οὐκ

modi causæ non orantur, neque de aere alieno inter se contendunt, sed amandos eos potius esse statuunt, qui bona fide cum aliquo contraxerint. Qui vero moralem utilitatem affert, non certis conditionibus propositis, sed tanquam amico aliquid donat, aut alia quapiam re ei prodest, ita tamen ut donator tantumdem vel plus accipere velit, quasi non donaverit, sed commodaverit : quodsi non accipiat, non quasi commodaverit. tum demum accusat eum qui non reddit, ut amicum tamen. Hoc autem propterea accidit, quod volunt quidem omnes aut plurimi res honestas, sed honestis utiles anteponunt. Honestum vero est, ita benefacere, ut nihil vicissim beneficii expectes, utile autem, beneficium accipere : ideoque id quod utile est quaerunt, quod quum non consequuntur, honesti videri volunt.

Talibus vero amicis, quales ut beneficium accipiant, bene de aliis merentur, summa diligentia bene vicissim facere debent qui possunt, quantoque digni sunt eos officere beneficio. Nec enim vi ad veram amicitiam nolentes pertrahere debent, sed potius dolere, quod ab alio atque oportebat beneficium furtim acceperint, non ab amico, et operam dare, ut sponte feda dispungant beneficia, quæ inviti acceperunt, propterea quod eorum auctorem ignorarent. Quod facient, dummodo possint, si et ipsi tantumdem reddant, et velut certa conditione proposita confestim id quod debent dissolvant, aut si tum nequeant, simulac potuerint se reddituros esse promittant : quodsi omnino reddere nequeant, ne illi quidem qui beneficia contulerunt quidquam ab ipsis exigent : itaque si possint, statim reddent : priusquam vero beneficium accipiant, dispicere debent singulis, a quo et qua de causa accipiant, ut nimirum cognoscant, utrum accipiendum sit, nec ne.

## Cap. XVIII.

De mensura solutionis in utili amicitia. præterea de querelis quæ in amicitia fœdere ob excellentiam facto proferuntur.

In gratia autem amicis referenda, qua eorum beneficia beneficiis pensantur, restat difficultas. Quum enim sæpe magna beneficia accipientibus non multum prosint, contraque parva plurimum profuerint : fieri enim potest, ut aliquis postquam nec labori nec impensæ percipit, amico non multum prosit, et vicissim : quaeritur, utrum in referenda gratia utilitas, an beneficii mensura spectanda sit. Sæpe enim qui acceperunt beneficium, talia se a largitoribus accepisse ajunt, quorum largitio parva illis esset, quæque ab aliis sumi potuissent, atque eo modo beneficia extenuant : contra largitores dedisse se ex suis maxima, et quæ ab aliis sumi non potuissent et in periculis et in necessitatibus peri-

\* Δυναμένῳ δὲ ἀναποδοτέον τὴν ἀξίαν κτλ. — \*\* Ἀμφοσθήτησιν δὲ ἔχει πότερα δεῖ κτλ.

ἦν λαβεῖν, καὶ ἐν κινδύνοις, <sup>α</sup> καὶ χρεαῖς κινδύνων ἐγγύς· ἀμφισβητεῖται δὴ, πότερον <sup>β</sup> δεῖ μετρεῖν τὴν ἀμοιβὴν τῆ τοῦ παθόντος εὔωφελείᾳ, ἢ τῆ τοῦ δράσαντος εὐεργεσίᾳ. Ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως ἐπὶ πάσης φιλικίας· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς διὰ τὸ χρησίμων φιλικίας ἢ ἀμοιβὴ ἀναλογησεί τῆ τοῦ εὔπαθόντος ὠφελείᾳ, ἢ καὶ ὑπερβαλεῖ ταύτην· οὕτω γὰρ κάλλιον. Καὶ γὰρ οὗτός ἐστιν ὁ δεόμενος, καὶ ἐπαρκεῖ αὐτῷ, ὡς κοιμιούμενος τὴν ἴσῃν· τοσαύτη οὖν γεγένηται ἐπικουρία ὅσον ὠφελήθη, ἢ καὶ πλέον· ὅπως δὲ τῆ ὠφελείᾳ ἑαυτοῦ μετρεῖν ἀξίον τὴν ἀμοιβὴν, ὅτι διὰ ταύτην φίλος ἐστίν. Ἐπὶ δὲ τῆς δι' ἀρετὴν φιλικίας οὕτε ἐγκλήματα εἰσιν, ὥσπερ ἐπὶ ταύτης, ἐκἀτέρου βουλομένου τὰς εὐεργεσίας ἔλκειν ἐπὶ τὸ ὠφέλιμον ἑαυτῷ, οὕτε τῆ ὠφελείᾳ τῶν εὔπασχόντων αἱ ἀμοιβαὶ μετροῦνται, ἀλλὰ τῆ προαιρέσει τῶν εὔποιούντων· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἥθους ἐν τῆ προαιρέσει τὸ κύριον· ἐπεὶ τοῖνον διὰ τὴν ἀρετὴν ἀλλήλους φιλοῦσι καὶ τὰς ἀμοιβὰς τῆ προαιρέσει μετρήσουσι, διὰ τοῦτο παντὸς ἐγκλήματος καθαρὰ ἐστὶν ἡ τοιαύτη φιλικία· αἱ δὲ ἄλλαι ἀεὶ ἐν ἐγκλήμασιν εἰσιν.

\* Οἷα ἐστὶ καὶ ἡ καθ' ὑπεροχὴν, ὅταν ὁ μείζων τὸν ἐλάττω φιλεῖ, ἢ ὠφελιμώτερος τὸν ἥττον ὠφέλιμον· ἀξιοὶ γὰρ ὁ ὑπερέχων πλέον ἔχειν· ὁ μὲν, ὅτι βελτίων, ὁ δὲ, ὅτι ὠφελιμώτερος. Εἰ γὰρ ἐκἀτερος, φησὶ, τῶν φίλων κατὰ τὴν δύναμιν εἰσενέγκοι, καὶ οὐ κατ' ἀξίαν λήψεται, λειτουργία τις ἐστὶν ἢ φιλικία· διὰ τοῦτο φασὶ δεῖν οὐχ ὁμοίως τυγχάνειν τῶν ἐκ τῆς φιλικίας, ἀλλὰ μειζόνων· ἀξιοῦσι γὰρ, καθάπερ οἱ κατ' ἐμπορίαν συνεισφέροντες χρήματα, ὁ πλέον, πλέον ἔχουσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς φιλικίας ἔχειν· καὶ ταῦτα μὲν οἱ ὑπερέχοντες· οἱ δὲ ὑπερεχόμενοι οὐ ταῦτα φασὶ προσήκειν τοῖς ὑπερέχουσι φίλοις, ἀλλὰ τὸ ἀνάπαλιν· φίλου γὰρ ἀγαθοῦ εἶναι τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσι· τί γὰρ, φασίν, ὄφελος σπουδαίω, ἢ δυνάστη φίλον εἶναι, μηδὲν γε μέλλοντα ἀπολαβεῖν τῶν τοῦ φίλου ἀγαθῶν; οὕτω δὲ ἐγκαλοῦντες ἀλλήλοις, καὶ ἀξιοῦντες ἐκἀτερος πλέον ἔχειν, ῥῆστα διαλύονται.

\*\* Ἔοικε δὲ ὀρθῶς καὶ ἐκἀτερος ἀξιοῦν· δεῖ γὰρ ἐκἀτέρω τὸ πλέον νέμειν ἐκ τῆς φιλικίας, οὐ τοῦ αὐτοῦ δέ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερέχοντι δεῖ πλέον νέμειν τιμῆς, τῷ δὲ ἐνδεεῖ πλέον ἀποδιδόνα ὧν δεῖται. Τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας, τῆς δὲ ἐνδεείας ἐπικουρία τὸ κέρδος, ἢ ἄλλο ὅτιοῦν, οὐ ἐνδεής ἐστὶ. Τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ ἐν ταῖς πολιταίαις φαίνεται ἔχον· ἀποδίδονται γὰρ αἰεὶ τοῖς εὐεργεταῖς ἡ τιμὴ· οὐ γὰρ τιμᾶται ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων· ὁ κοινὸν γὰρ δίδεται τῷ τὸ κοινὸν εὐεργετοῦντι· ἢ τιμὴ δὲ κοινόν. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἅμα χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ τιμᾶσθαι· ἀλλ' ὁ ἐνδεὴς τοῦ κοινοῦ χρήματα μὲν λαμβάνει, τιμᾶται δὲ οὐδαμῶς· οὐδεὶς γὰρ δέχεται κατ' ἀμφοῦ ἐλαττωσθαι, καὶ κατὰ τὴν

culo propinquis : quare dubitatur, utrum quis compensationem accipientis commodo, an tribuentis beneficio metiri debeat. At hoc non eodem modo in omni amicitia faciendum est : sed in ea quæ utilitatis causa contrahitur, compensatio ejus qui beneficio afficitur, utilitati respondebit, aut etiam eam superabit : quod quidem præstat. Hic enim est qui eget, et alter huic opitulatur, tanquam parem gratiam accepturus : tantam igitur ille huic opem tulit, quantum hic utilitatis cepit, aut etiam majorem : suo denique ipsis commodo compensationem metiri eum decet, quia propter eam amicus est. In ea autem amicitia quæ ob virtutem instituitur, nullæ sicut hic criminationes innascuntur, ubi uterque ad suum commodum beneficia referre conatur : neque ejus qui beneficium accipit emolumento, compensationem metitur, sed conferentis consilio : virtutis quippe et morum principatus in consilio positus est : quia ergo virtutis causa alter alterum amat, beneficii remunerationem etiam consilio metientur, ideoque omni criminatione ejusmodi amicitia vacat, quum aliæ contra querularum semper plene sint.

Qualis ea quoque est quæ in excellentia consistit, quando nimirum major minorem, vel homo utilior minus utilem amat : plus enim habere vult qui excellit : alter quia præstantior est, alter quia plus proficit. Si enim, inquiet, uterque amicorum quantum potest largiatur, et non quantum debet accipiat, onus quoddam sumtuosi muneris obeundi amicitia futura est : ideoque volunt non paria, sed majora aliquem debere ex amicitia consequi : æquum enim censent, quemadmodum in mercatura qui plus pecuniæ in negotia impendunt, plus quoque accipiunt, sic etiam in amicitia rem se habere : et ita quidem qui excellunt : contra autem qui excellentia vincuntur, negant hoc eos qui excellunt amicos decere, sed contrarium : boni enim amici esse, indigentibus succurrere : quid enim juvat, inquiunt, viro bono aut potenti amicum esse, si nihil ex illius amici bonis percepturi sumus? hoc modo dum uterque accusat alterum, partemque uterque sibi potiore vindicat, facillime dissociantur. Videtur autem utriusque æqua esse postulatio : oportet enim plus quodammodo ex amicitia tribuere utrique, non ejusdem rei tamen, verum excellentiori plus honoris, egenti vero plus eorum quibus eget. Virtutis enim et beneficentiæ præmium est honos, egestatis autem subsidium lucrum, aut aliud aliquid, quocumque aliquis eget. Eodemque modo etiam in negotiis publicis res se habere videtur : semper enim beneficiorum largitoribus honos defertur : neque enim honoratur qui nihil boni confert in rempublicam : nam res quædam communis ei tribuitur qui de re communi et publica bene meretur : honos autem res communis est. Non enim fieri potest, ut aliquis e rebus communibus et publicis pecuniosus simul et honoratus discedat : sed egentes e publico pecuniam accipiunt, honorem vero minime : nemo scilicet utriusque tum argenti tum honoris jacturam facere vult, sed postquam alterum

\* Cap. 14. Διαφέρονται δὲ καὶ ἐν ταῖς κτλ. — \*\* Ἔοικε δὲ ἐκἀτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν, κτλ.

τιμὴν, καὶ κατὰ τὰ χρήματα· ἀλλὰ τὸ ἕτερον διδοῦς τὸ ἕτερον λήφεται. Διὰ τοῦτο τῷ μὲν περὶ χρήματα ἐλαττωμένῳ ὑπὲρ τοῦ κοινῶς τὴν τιμὴν νέμονται· τῷ δὲ δωροδόκῳ χρήματα· τὸ κατ' ἀξίαν γὰρ ἐπανισοῖ καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τοῖς ἀνίστοις φίλοις ἡμιλητέον, καὶ τῷ εἰς χρήματα ὠφελουμένῳ, ἢ εἰς ἀρετὴν, τιμὴν ἀνταποδοτέον τῷ τελούντι· ἀνταποδώσει δὲ τὸ ἐνδεγόμενον.

\* Τὸ δυνατόν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν. Οὐ γὰρ δύνανται πάντες τὰ κατ' ἀξίαν ὧν ὀφείλουσιν ἀποδιδόναι· οὐ γὰρ δυνατόν ἐπὶ πάντων τὸ κατ' ἀξίαν εὑρεῖν, ὥσπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ γονέας τιμαῖς οὐδεὶς τὴν ἀξίαν ἀποδοῦναι δύναται· ὁ δὲ θεραπεύων κατὰ τὴν δύναμιν, καὶ ὅσον ἔξιστιν, ἐπιεικὴς εἶναι δοκεῖ. Διὰ τοῦτο δοκεῖ μὴ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπειπασθαι, καὶ μὴ ὑπακοῦσαι περὶ δούλων ἀξιοῦντα· αἰ γὰρ ὀφείλει, καὶ διὰ τοῦτο ἀνταποδοτέον αἰεὶ· οὐδὲν γὰρ ἀξίον ὧν εὐεργετήθη δέδρακε πρὸς τὸν πατέρα. Τῷ πατρὶ δὲ ἀπειπασθαι τὸν υἱόν· ἔξιστι γὰρ τοῖς εὐεργέταις τοὺς ὀφείλοντας ἀποπέμψασθαι. Ἴσως δὲ οὐδαὶς πατὴρ ἀρίσταται τοῦ υἱοῦ, εἰ μὴ ὑπερβαλόντως εἴη μοχθηρός· ἢ τε γὰρ φυσικὴ φιλία εἰς τοῦτο ἐπείγει, καὶ ἅμα ἀνθρώπινόν ἐστι τὴν ἐπικουρίαν μὴ διωθεῖσθαι· τῷ δὲ υἱῷ μοχθηρῷ ὄντι μισητόν, ἢ οὐλίαν σπουδάζεται τῷ πατρὶ ἐπαρκεῖν· οἱ γὰρ πολλοὶ εὐπάσχειν βούλονται, τὸ δὲ εὐποιεῖν φεύγουσιν ὡς ἀλυσιτελέες. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

(Scripsi καὶ ἐν κινδύνοις] cod. καὶ κινδύνοις.  
— πότερον] cod. ποτέρω. — ε πορίζων] cod. πορίζων. —<sup>d</sup> γὰρ ἔστιν] membranæ γὰρ ἔστιν.  
— δωροδόκῳ] cod. δωροδοκῶ. —)

dedit, alterum accipit. Quocirca ei qui pro republica pecuniæ jacturam fecit honorem habent: at ei qui muneribus capitur pecuniam dant: dignitatis enim conservatio amicitiam exæquat et conservat, quemadmodum diximus. Hoc igitur modo etiam inæqualibus utendum est amicis, et is qui vel pecuniis vel virtute ab aliquo augetur et ornatur, alterum a quo ea accipit honore remunerari debet: sic autem reddet quod potest.

Quod enim præstari potest, non quo quisque dignus sit, amicitia desiderat. Neque enim omnes possunt pro dignitate debita solvere: quia quod in omnibus dignitati servit reperire nefas est, velut in deorum et parentum honoribus nemo est qui honorem iis dignum tribuere queat: sed qui eos pro viribus et facultate colat, is probus et pius esse videtur. Quamobrem videtur non licere filio abdicare patrem, aut quidquam eorum quæ poposcerit ei negare: semper enim debet, quare etiam semper reddendum: nihil quippe unquam beneficiis a patre acceptis dignum præstitit. Contra vero patri licet abdicare filium: licet enim beneficiorum auctoribus debitores dimittere. Forsitan vero nullus pater discedat a filio, nisi insigniter improbus sit: præterquam enim quod naturalis amicitia eo impellit, simul humanum est auxilium non aspernari: at filius, si sit improbus, aut odit aut certe non admodum studet patri ferre auxilium: plerique enim beneficia accipere volunt, dare vero ut rem inutilem fugiunt. Ac de his quidem hactenus.

\* Τὸ δυνατόν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, κτλ.

# ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

## ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

#### BIBAION ENNATON.



#### Κεφ. α'.

Ποία τὰ τὴν φιλίαν σώζοντα.

\* Ἐτι δὲ λέγωμεν περὶ φιλίας, καὶ ὧν δεῖ προσθῶμεν τοῖς εἰρημένοις. Ἐν μὲν οὖν ταῖς κατ' ἰσότητα φιλαίαις τὰ ἴσα ἀνταποδοτέον ἀλλήλοις τοὺς φίλους, ἐν δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλαίαις, καθὼς εἴρηται, τὸ ἀνάλογον· ἢ γὰρ ἀναλογία ἰσάζει τοὺς φίλους ἐν ταῖς πολιτικαῖς κοινωνίαις. Ὁ γὰρ σκυτοτόμος ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων οὐχ ὑποδήματα, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν καὶ τὸ ἀνάλογον λήφεται, ὡς ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ διὰ πλειόνων εἴρηται· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὑφάντης καὶ οἱ ἄλλοι· τοῦτο γὰρ σώζει τὰς πολιτικὰς κοινωνίας, τὸ ἀναλόγως διδόναι καὶ λαμβάνειν, ὧν ἕκαστος ἢ δεῖται ἢ εὐπορεῖ. Ἄλλ' ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς κοινωνίαις ἐστὶ κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα, πρὸς δὲ πάντα ἀναφέρεται, καὶ ὧν τὰς δόσεις καὶ τὰς λήψεις μετροῦμεν· ἐν δὲ ταῖς ἠθικαῖς τε καὶ φιλικαῖς οὐκ ἐστὶν ὧν μετρησαί δύνατον τὰ ἀνομοιοειδή. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἐγκλήμασιν αἱ εἰσὶν αἱ τοιαῦται κοινωνίαι, ὅσα ἐστὶν ἡ ἐρωτική.

\*\* Καὶ γὰρ ἐνίοτε μὲν δὲ ἐραστής ἐγκαλεῖ τῷ ἐρωμένῳ, ὅτι ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται, οὐκ ἀξίος ὧν φιλεῖσθαι, εἰ οὕτως ἔτυχε· πολλάκις δὲ ὁ ἐρώμενος τῷ ἐρώντι μέμφεται, ὅτι πρότερον ἐπαγγεῖλάμενος πάντα, νῦν οὐθὲν ἐπιτελεῖ. Συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, ὅταν ὁ μὲν δι' ἡδονὴν ἐρῶν, ὁ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, εἴτα μῆτε οὕτως πάνυ ἡδὺς ἦ, μῆτε ἐκεῖνος χρήσιμος· διὰ ταῦτα γὰρ τῆς φιλίας οὐσης, ὡς ἐπειδὴν ἂ μὴ παρῶσι, διάλυσις γίνεται. Οὐ γὰρ ἀλλήλους ἐστεργον, ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων, ἃ μὴ ὄντα μόνιμα καὶ τὴν φιλίαν συναπόλλουσιν· οἱ δὲ ἀλλήλους ἐστεργόντες καὶ τὰ ἀλλήλων ἦθη, οἳ εἰσὶν οἱ σπουδαῖοι, μόνιμοί εἰσιν ἐν τῇ φιλίᾳ. Φιλοῦσι γὰρ ἀλλήλους δι' αὐτούς, καὶ δι' οὐδὲν ἄλλο· αὐτοὶ δὲ μένοντες ἐφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν φιλίαν διασώζουσι. Διαφέρονται δὲ οἱ ἀνομοιοειδέις φίλοι, καὶ ὅταν ἕτερα γίνηται αὐτοῖς παρὰ τῶν φίλων, καὶ μὴ ὧν ὀρέγονται. Ὅμοιον γὰρ τῷ μηδὲν γίνεσθαι, ὅταν οὐ ἐπιτελεῖται μὴ τυγχάνη· ὡς περὶ ὁ τῷ κιθαρῳδῷ ἢ ἐπαγγεῖλάμενος, ὅσον ἄμεινον ἄσειε, τοσοῦτω πλείον δώσειν, εἰς ἧ δὲ ἀπαιτοῦνται τὰς ὑποσχέσεις, ἀνθ' ἡδονῆς ἡδονὴν ἀποδεωχῆναι ἔφη. Εἰ μὲν οὖν ἑκάτερος

# ANDRONICI RHODII

## ETHICORUM NICOMACHEORUM

### PARAPHRASIS

#### LIBER IX.



#### Cap. I.

Quæ sint illa quæ amicitiam conservent.

Adhuc de amicitia dicamus et quæ requiruntur superioribus adjiciamus. In iis ergo quæ æqualitate constant amicitiiis, æqualia quoque sibi mutuo reddere debent amici, in iis vero quæ sunt inæquales, proportio tantum, sicut dictum est, spectanda: in civili quippe societate æquare amicos solet proportio. Sutor enim pro calceis non calceos, sed pretium et quod proportionem iis respondet accepturus est, quemadmodum in quinto libro fusius exposuimus: eodemque modo textor quoque et similes opifices: hoc nimirum est quod civilem sustinet societatem, ut pro portione dentur et accipiantur omnia, quibus vel egent vel abundant singuli. Atque in civili quidem societate communis mensura, ad quam omnia referuntur, et qua tum dationem tum acceptionem metimur, pecunia est: in illis autem societatibus quæ moribus et amicitia concillantur, nihil habemus quo ea quæ sunt dissimilia metiri queamus. Quamobrem querelarum atque accusationum plenæ sunt hujusmodi societates, qualis etiam amantium est.

Namque interdum amator de eo quem amat queritur, quod quamvis eum mirifice amet, ille tamen amori ipsius non respondeat, quum videlicet amore indignus sit, si forte hoc ita contigerit: sæpe porro is qui amat amantem reprehendit, quod quum prius omnia promiserit, nunc nihil præstet. Atque hæc talia tum eveniunt, quum alter voluptatis, alter utilitatis causa amat, postea vero neque hic admodum jucundus, neque ille admodum utilis est: quum enim ob has res contracta sit amicitia, postquam eæ non comparent, necessario dissolvitur. Non enim alter alterum, sed alterius bona diligebat, quæ quum stabilia non sint, amicitiam quoque simul exstinguunt: qui vero se mutuo moresque alter alterius diligunt, quales sunt viri boni, in amicitia manent. Nempe amicos propter ipsos, non alia de causa amant: ipsi autem quum maneant quales sunt, secum etiam amicitiam servant. Dissident quoque inter se amici dissimiles, quando ab amicis alia et non illa quæ petunt consequuntur. Simile enim est ac si quis nihil consequatur, quum id quod cupit non consequitur: ut ille qui citharædo pollicitus, quanto melius

\* Lib. IX. cap. 1. Ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι κτλ. — \*\* Ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ ἐνίοτε μὲν κτλ.



ἡδονὴν ἐβούλετο λαβεῖν, ἰκανῶς ἂν εἶχεν ἡ κοινωνία · εἰ δὲ ὁ μὲν τέρψιν ἐζήτει, ὁ δὲ κέρδος, καὶ ὁ μὲν δ' ἐζήτει ἔλαβεν, ὁ δὲ μὴ, οὐκ ἂν εἴη τὸ κατὰ τὴν κοινωνίαν καλῶς · ὧν γὰρ ἕκαστος δεῖται, τούτων ἕνεκα δίδωσιν ἢ τυγχάνει κεκτημένος αὐτός.

(Scripsi : ἐπειδὴν] vulgo ἐπει δ' ἂν. — <sup>b</sup> κιθαρωδῶ] cod. κιθαρωδῶ — )

### Κεφ. β'.

Περὶ τοῦ τίνας ἐστὶν ἐν τῇ αὐτῇ διομολογίας γινομένη εὐεργεσίᾳ τὴν ἀμοιβὴν τάττειν · καὶ ἐτι περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ τῆς κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίας ἐν ἡ διομολογία οὐ γίνεται.

\* Ἐν μὲν οὖν ταῖς ἀνομοίοις φιλίαις τὸ ἀνάλογον καὶ κατ' ἀξίαν ζητεῖται · ἀπορία δὲ ἐστὶ, πότερος κύριος τάττειν ἀξίαν ἀμοιβῆν, ὁ προϊέμενος, ἢ ὁ λαμβάνων. Ὁ γὰρ προϊέμενος βούλει ἐπιτρέπειν τῷ λαμβάνοντι τάξαι τὴν ἀξίαν ἀμοιβῆν, ὡς περὶ Πρωταγόρας ἐποίησε · τοὺς γὰρ φοιτητάς τῆς διδασκαλίας τὸν μισθὸν οὐκ αὐτὸς ὀριζόμενος ἀπῆτει, ἀλλ' αὐτοὺς ἐκέλευε τιμᾶν ὅσου νομίζουσι ἀξία μεμαθηκέναι, καὶ τοσοῦτον ἐλάμβανεν. Ἐν ταῖς τοιαύταις δὲ κοινωνίαις ἐνίοι ταῖς ἀναλόγοις ἀμοιβαῖς ἀρκοῦνται, καὶ ἀγαπῶσι τοὺς Ἡσιόδου ·

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ ἀρκίος εἴη \*.

\*\* Οἱ δὲ ἀγοραῖοι, καὶ κατ' ἐμπορίαν ταῖς κοινωνίαις χρώμενοι πλεῖω ζητοῦσιν, οἷον καὶ προλαβόντες ἐνίοτε ἀργύριον, καὶ αὐτίκα δῶσιν ἐπαγγειλάμενοι, οὐκ ἀποδιδόασιν, οὐδὲ ποιοῦσιν οὐδὲν ὧν ἔφασαν · καὶ ἐγκαλοῦνται δικαίως, ὅτι τὰ ἔργα ταῖς ἐπαγγελίαις ὑπερβάλλουσι · διὰ τοῦτο καὶ οἱ σοφισταὶ οὐ διδάσκουσι πρὶν μισθὸν λαβεῖν τῆς διδασκαλίας, διὰ τὸ μηδένα ἂν δοῦναι ἀργύριον ὧν μεμάθηκεν ἕνεκα, ὅτι φαῦλα ἐπαγγελλόμενοι δὲ μεγάλα διδάξουσιν, λαμβάνουσι μὲν τὸν μισθὸν, διδάσκουσι δὲ τὰ φαυλότατα · οὗτοι μὲν οὖν ὧν ἔλαβον τὸν μισθὸν μὴ ποιοῦντες, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασιν εἰσιν.

\*\*\* Ἐν αἷς δὲ κοινωνίαις οὐ γίνεται διομολογία τῆς ἀμοιβῆς ἢ τῆς ὑποουργίας, οἱ μὲν ὠφελοῦντες τοὺς φίλους δι' αὐτοῦς, καὶ προϊέμενοι τὰ ἑαυτῶν τῶν φίλων ἕνεκα, οἳ οἱ εἰσὶν οἱ σπουδαῖοι, εἰρηται ὅτι ἀνέγκλητοι. Τοιαύτη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία · τὴν ἀμοιβῆν τε ποιητέον κατὰ τὴν προαίρεσιν · αὕτη γὰρ τοῦ φίλου καὶ τῆς ἀρετῆς, ὡς ἐν τοῖς προειρημένοις εἰδείχθη. Τοιαύτη δὲ ἐστὶ καὶ ἡ κατὰ φιλοσοφίαν κοινωνία · ὁ γὰρ διδάσκαλος τῆς φιλοσοφίας τὸν μαθητὴν οὐ χρήματα ἀπαιτεῖ, ἢ τιμὴν ὀρισμαίνως · μηδὲ ἐστὶν ἀξίον τι τῆς φιλοσοφίας οὔτε ἐν χρήμασιν οὔτε ἐν τιμῇ, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν σκοπεῖ · ἔργον δὲ καὶ ἀμοι-

caneret tanto se plura daturum, mane promissam mercedem exigenti voluptatem se pro voluptate reddidisse respondit. Si ergo uterque voluptatem ex ea re capere voluisset, societatis ratio constaret : sin autem oblationem alter, alter vero lucrum petebat, et hic quidem quod petebat acceperat, ille autem non item, non potuit hujus societatis lex observata videri : singuli enim ut accipiant, quibus egent, dare ea solent quæ ipsi habent.

### Cap. II.

Cujus sit in iis quæ sine pacto tribuuntur beneficiis remunerationem constituere : item de ea quæ ob virtutem et quæ propter emolumentum sine pacto contrahitur amicitia.

In dissimilibus ergo amicitiiis proportio et dignitatis ratio requiritur : quæstio autem ponitur, uter suo arbitratu constituere remunerationem possit, isne qui prior dedit, an qui accepit. Qui enim prior dedit, videtur accipienti permittere, ut ipse dignam remunerationem constituat, quemadmodum Protagoras faciebat : neque enim certam institutionis mercedem discipulis præfinitabat, aut præfinitam pecuniæ summam ab iis exigebat, sed ipsos æstimare jubebat, quanti ea esse existimarent, quæ didicissent, ac tantum accipiebat. In ejusmodi autem societatibus nonnulli in remuneratione ad rem accommodata acquiescunt, probantes illud Hesiodi :

*Merces nempe viro satis est.*

Quidam autem rerum forensium periti et quorum in mercatura consistit societas, plura quærunt, qui etiam nonnunquam pecuniam ante acceptam, quam statim se reddituros esse promiserant, non reddunt, neque quidquam eorum quæ promiserant faciunt : atque hi merito reprehenduntur, quod facta dictis non respondent, sed quæ præstant promissis minora sunt : ideoque et sophistæ non solent nisi accepta prius mercede docere, quoniam nemo pecunia emere vellet quæ ab iis didicisset, quia prava sunt : jam vero quum magna quædam et præclara se docturos esse polliceantur, mercedem quidem accipiunt, sed ineptissima quæque tradunt : hi ergo quia ea quorum mercedem acceperunt non faciunt, merito accusantur.

In quibus autem societatibus nulla fit pactio de remuneratione aut opera, qui amicis propter ipsos prosunt suaque amicorum causæ effundunt, quales sunt viri boni, eos accusari non posse diximus. Talis enim est quæ ob virtutem contrahitur amicitia : atque in ea ex consilio faciendæ est remuneratio : hæc quippe et amici et virtutis est, ut in superioribus ostendimus. Hujusmodi autem est et sapientiæ studiosorum societas : neque enim sapientiæ doctor aut pecuniam a discipulis aut pretium definite exigit, quoniam neque in pecunia neque in quocunque pretio quidquam philosophia dignum est, sed consilium tantum spectat : et idcirco opus ac remunera-

\* Τὴν ἀξίαν δὲ πότερον τάξαι κτλ. — \*\* Οἱ δὲ προλαβόντες τὸ ἀργύριον κτλ. — \*\*\* Ἐν οἷς δὲ μὴ γίνεταί διομολογία κτλ.

θὴν ἱκανὸν ἡγεῖται τὸ ἐνδεχόμενον, καθάπερ καὶ τὸ πρὸς θεοῦ καὶ πρὸς γονεῖς ἔχει δίκαιον. Οἱ μὲν οὖν τοῖς φίλοις χαριζόμενοι δι' αὐτοὺς οὕτω μετροῦσι τὴν ἀξίαν τῶν ἀμοιβῶν.

\* Οἱ δὲ ἐπὶ τινι, ἢ διὰ χρήσιμον, ἢ διὰ ἡδονήν, οὕτω δώσουσι καὶ λήφονται τὴν ἀμοιβήν, ὡς ἀμφοτέροις δοκεῖ ἀξίον εἶναι. Οὕτω γὰρ ἀνέγονοιτο καθαρὰν ἐγκλημάτων τὴν κοινωνίαν γενέσθαι. Εἰ δὲ μὴ συμβαίνει τοῦτο, μηδὲ δύνανται καὶ ἀμφοῖν κρίνειν τὴν προσήκουσαν ἀμοιβήν, ἀλλὰ ἢ ὁ ἕτερος μόνον, ἢ μηδέτερος, ἀνάγκη κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ δεχομένου τὰς εὐεργεσίας τὰς ἀμοιβὰς γίνεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ μὲν ἀντὶ τοσούτων τοσαῦτα δίδοναι βούλεσθαι λέγοι, ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις παρέχοι· ὁ μὲν, ἂ δούναι συνθέτο, δώσει, καὶ ἀμείψεται ἢ ἡδονήν, ἢ ἄλλην τινὰ ὠφέλιαν ἀποδιδούς, ὁ δὲ οὐκ ἐγκαλέσει, λαβὼν ἂ λαβεῖν ἔκρινεν ἀξίον εἶναι· τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ τὴν κοινωνίαν ἀπαλλάττει πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ δίκαιον. Εἰ γὰρ τις ὦν βούλεται τύχοι, οὐκ ἀδικεῖται· διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ὠνίοις οὕτω φαίνεται γινόμενον· ὁ γὰρ ὠνούμενος τάττει τὴν τιμὴν, καὶ μετρεῖ τῇ ἑαυτοῦ ὠφελείᾳ, ἢ τῇ ἡδονῇ, καὶ τοσούτου ἀξίον εἶναι λέγει τὸ ζητούμενον ὦνιον. Καὶ νόμος δὲ παρά τισι κεῖται τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι, μηδὲ ζητεῖν δικαστῆν ἕτερον ἐν ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις, μηδὲ νόμους ἑτέρους, ἀλλ' ὅτις ἐπίστευσε, καὶ κεκοινωνήκει τῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς συνθήκαις χρησάμενον, διαλύεσθαι. Δικαιοτέρον γὰρ οἴονται κρίνειν τὸν ἐπιτραπέζαντα ἐξ ἀρχῆς τάξει τὴν ἀμοιβήν, ἢ τὸν ἐπιτρέψαντα· ὁ μὲν γὰρ ἐπιτρέψας τῷ δεχομένῳ ψηφίσεται· περὶ τῶν ἑαυτοῦ δὲ οὐδεὶς ἀξιόπιστός ἐστι κριτής. Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὰ οἰκεῖα, καὶ ἂ δίδωσιν ἕκαστος, πολλοῦ ἀξία νομίζει· ὁ δὲ ἐπιτραπέζης τάξει τὴν ἀμοιβὴν ὦν δέχεται εὐεργεσιῶν, ἐὰν ὕστερον πράγματα αὐτοῦ παρέλῃ ὁ κοινωνήσας τῶν ἑαυτοῦ ὡς οὐκ ἀξίως ἀμειψάμενος, δύναται κρίνειν ὀρθῶς, χρησάμενος ταῖς ἐξ ἀρχῆς συνθήκαις, ἃς οὕτως τε διωμολόγησε, κακείνους<sup>d</sup> συνθέτο· οὐ γὰρ ὅσσου νῦν ἀξία νομίζει μετὰ τὸ λαβεῖν, τοσαῦτα παρέξει, ἀλλ' ὅσσων ἐτίμα μήπω λαβῶν.

(Scripsi : \* Μισθὸς δ' ἀνδρὶ ἀρχίος εἶη] cum codic; versus integer Hesiodi est Op. et D. 368 μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένους ἀρχίος ἔστω. — <sup>b</sup> οἱ] cod. οἱ. — <sup>c</sup> τ' ἀργύριον | vulgo τ' ἀργύριον. — <sup>d</sup> κακείνους] vulgo κακείνους. — )

## Κεφ. γ'.

Τίνα τίσιν ἀποδοτέον.

\*\* Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ζητητέον δὲ κακείνου<sup>a</sup> πότερον τοῖς τιμιωτάτοις καὶ φιλάτοις πάντα

rationem quam præstare quisque potest, sufficere arbitratur, sicut illud quod in deos et in parentes nobis jus est. Qui ergo amicis propter ipsos gratificantur, ita remunerationibus justum pretium statuunt.

Qui vero propter aliquid, sive propter emolumentum, sive delectationis causa hoc faciunt, ita dabunt remunerationem et accipient, ut uterque æquum esse existimat. Sic enim contingat, ut pura ab omnibus querelis efficiatur societas. Quod si non eveniat, neque ambo de debita remuneratione judicare queant, sed aut alter tantum, aut neuter, necesse est de sententia ejus qui beneficia accepit, remunerationem constitui. Si enim alter pro tot tantisque quæ accipiat beneficiis, tot tantaque reddere se velle polliceatur, alter vero hac conditione hæc ei tribuat : alter quidem quæ daturum se promiserat dabit, et beneficia aut voluptate, aut alia quadam utilitate remunerabitur, alter vero cum eo non expositabit, utpote qui acceperit quæ deberi pro iis sibi iudicabit : hoc autem non solum necessarium est, et omni molestia humanam consortionem liberat, sed etiam justum. Si quis enim quæ velit consequatur, is nulla afficitur injuria : ideoque et in mercimoniis hoc fieri videmus : siquidem emtor pretium statuit, suaque ipsius aut utilitate aut voluptate rem illam metitur, tantique esse dicit mercem, quam requirit. Sed leges etiam apud nonnullos sunt, quæ contractuum voluntariorum judicia aut actiones dari vetent prohibeantque quominus alius in tali negotio judex aliæve leges quærantur, sed cum eo cui quis credidit, et cum quo sua communicavit, ex pacto decidi jubeant. Censent enim æquius esse, ut ille, cui ab initio commissa res est, de remuneratione iudicet, quam qui commisit : nimirum qui commisit ei qui accepit suffragabitur : at suarum rerum nemo fide dignus æstimator est. Nam plerumque sua quisque et quæ quisque dat, magni æstimare solet : cui vero permisum est, ut eorum quæ accepit beneficiorum remunerationem constituat, si postea molestiam illi exhibuerit suarum rerum largitor utpote merita non satis dignis beneficiis compensanti, recte judicare poterit ex pacto quod initio factum est quodque inter ipsum et alterum convenit : non enim quanti nunc æstimat beneficia postquam accepit, sed quanti ea æstimavit priusquam accepisset, tanto eorum largitorem munere remunerabitur.

## Cap. III.

Quæ quibus sint tribuenda.

Et hæc quidem hactenus. Est autem et illud quærendum, utrum viris honoratissimis et carissimis omnia

<sup>a</sup> Μη τοιαύτης δ' οὐσης τῆς δόσεως, κτλ. — \*\* Cap. 2. Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ τοιάδε, κτλ.

ἀποδοτέον καὶ πειστέον, ἢ ἔστιν ἃ τοῖς ἤττον τιμίοις καὶ φιλομένοις μᾶλλον ἀποδώσομεν ἢ τοῖς τιμωτάτοις καὶ φιλτάτοις· ὅλον, τῷ πατρὶ πάντα πειστέον, δ, τι ἂν καὶ ἠνίκα κελεύοι, ἢ οὐκ αἰεὶ, ἀλλὰ κάμνοντα μὲν ἰατρῷ πειστέον, πολεμοῦντα δὲ στρατηγικῷ· καὶ στρατηγὸν χειροτονεῖν ἀξίον οὐ τὸν φίλον ἢ τὸν πατέρα, ἀλλὰ τὸν πολεμικόν· ὁμοίως δὲ δεῖ ὑπηρετεῖν ποτέρῳ μᾶλλον, τῷ φίλῳ, ἢ τῷ σπουδαίῳ, καὶ χάριν δοῦναι τῷ ἑταίρῳ ἢ τῷ εὐεργέτῃ, καὶ ὧς τυγχάνομεν ὀφείλοντες, ἕαν γε ἀμφοτέρους ὁ εὖ ποιῆσαι οὐκ ἐνδέχεται.

\* Ταῦτα μὲν οὖν πάντα κατὰ μέρος καὶ ἀκριδῶς διορίσασθαι οὐ βῆδιν· πολλὰς γὰρ καὶ παντοίας ἔχει διαφορὰς, καὶ ποικίλως διαφέρουσιν ἀλλήλων καὶ μεγέθει, καὶ μικρότητι, καὶ τῷ καλῷ, καὶ τῷ ἀναγκαίῳ. Οὐ γὰρ ὁμοίως πάντα μικρὰ ἢ μεγάλα ἢ καλὰ ἢ ἀναγκαῖά εἰσιν· ἀλλ' ἐνίοτε τὸ θεραπεύειν τὸν φίλον ἀναγκαιότερον δοκεῖ τοῦ τὸν σπουδαῖον θεραπεύειν· ἐνίοτε δὲ τὸν εὐεργέτην κάλλιον εὖ ποιεῖν ἢ τὸν φίλον, καὶ τὸ ἀνάπαλιν· διὰ τοῦτο λόγον ἀκριδῆ περι τοῦτον ἑκάστου δοῦναι οὐ δυνατόν.

\*\* Τοῦτο δὲ φανερόν, ὅτι οὐ πάντα τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον· ἀλλὰ τὰ μὲν εὐεργεσίας τοῖς εὐεργέταις ἀναποδιδόναι δικαιοτέρον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μᾶλλον, ἢ χαρίζεσθαι τοῖς ἑταίροις· καθάπερ δάνειον τῷ χρήσαντι μᾶλλον δοτέον, ἢ τῷ ἑταίρῳ.

\*\*\* Ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ λέγω, ὅτι συμβαίνει καὶ τὸ ἀνάπαλιν δικαιοτέρον εἶναι· ὅλον, τῷ λυτρωθέντι παρὰ ληστῶν, ὁ πότερον τὸν λυσάμενον ἀντιλυτρωτέον, κἂν ὁτισσοῦν ἦ, ἢ μὴ ἐαλωκότι μὲν, ἀπαιτοῦντι δὲ αὐτῷ ἀποδοτέον, ἢ λυτρωτέον τὸν πατέρα; δόξειε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτοῦ μᾶλλον τὸν πατέρα· διὰ τοῦτο εἴρηται, καθόλου μὲν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀναποδοτέον τὸ ὀφείλημα μᾶλλον ἢ χαριστεῖον τῷ φιλομένῳ. Ἐάν δὲ τὸ χαρίσασθαι τοῖς φίλοις οὕτω σφόδρα ἀναγκαῖον ἦ καὶ καλόν, ὡς ὑπερέβαλλεν τὸ πρὸς τοὺς εὐεργέτας δίκαιον, πρὸς τοῦτο ἀποκλιτέον· ἐπεὶ οὐδὲ αἰεὶ δίκαιόν ἐστι τὸν εὐεργέτην ἀμείψασθαι, εἰ μοχθηρὸς εἴη ὁ εὐεργέτης· ὅλον, εἰ τῆς ἀγαθῆς δεδάνεικε μοχθηρὸς, οὐ γὰρ ὁ ἀγαθὸς δανείσει τῷ μοχθηρῷ· ὁ μὲν γὰρ εἰδώς, ὅτι λήψεται ὁ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, δεδάνεικεν, ὁ δὲ ἀγαθὸς οὐκ ἐλπίζων ἀπολήψασθαι οὐκ ἀδικεῖ μὴ δανείζων. Εἴτε τοίνυν ἀληθῆς περὶ τοῦ μοχθηροῦ νομίζει ὁ ἀγαθός, ὡς καὶ τοῦτο μοχθηρὸς ἔσται, καὶ οὐκ ἀποδώσει, εἰκότα ποιεῖ μὴ δανείζων· εἴτε μὴ οὕτως ἔχει, οἴεται δέ, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀμείβεται τοῖς ἴσοις, καὶ οὕτως οὐ πόρρω ποιεῖ τοῦ δικαίου. Οὐ γὰρ ἐστὶ δίκαιον, ἢ εἰδῶσιν ὁ φαῦλος τῷ σπουδαίῳ, ταῦτα καὶ παρ' ἐκείνου λαμβάνειν· οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον τὸ παρὰ τοῦ φαύλου τῷ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, ὅταν τὸ αὐτὸ γίνηται παρ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις· μεῖζον γὰρ γίνεται τῷ ἀξιώματι τοῦ δίδόντος· διὰ τοῦτο εἴρηται, ὅτι οὐκ

tribuenda sint et in omnibus rebus mos sit gerendus, an sint quaedam quæ hominibus minus honoratis et caris potius tribuamus, quam viris honoratissimis et carissimis: exempli gratia, sitne patri in omni negotio obtemperandum, quidquid et quum imperaverit, an non semper, sed potius qui æger est medico parere, qui militat imperatori obedire debeat: rursusque uter belli dux deligendus sit, amicuse aut pater, an vir rei militaris peritius: item, amicone an viro bono magis sit inserviendum: et numquid sodali magis quam beneficiorum auctori, et cui hoc debemus potius gratificandum sit, si de utroque bene mereri nos res non sinit.

Hæc igitur universa sigillatim accurateque definire non facile est: præsertim quum eorum prope innumerabiles dissimilitudines sint, multumque et varie tum magnitudine et parvitate, tum honestate et necessitate inter se differant. Neque enim omnia æque parva aut magna, aut honesta aut necessaria sunt; sed interdum inservire amico magis videtur necessarium, quam viro bono: nonnunquam vero de beneficiorum auctore bene mereri præstat, quam de amico, et contra: ideoque accuratam singulorum rationem reddere nemo potest.

Hoc autem apparet, non omnia eidem esse præstanda: sed plerumque æquius est, nos beneficia iis a quibus acceperimus potius referre, quam sodalibus gratificari: quemadmodum pecuniam creditam creditori potius reddere, quam sodali donare debemus.

Plerumque autem propterea dico, quia interdum etiam fit, ut contrarium justius sit: verbi gratia, utrum is qui a prædonibus redemptus sit, eum qui redemerit captum vicissim redimere, quisquis est, aut non capto illi quidem, sed repetenti quod impenderit, reddere, an patrem redimere debet? nam patrem potius quam vel se ipsum redimere debere videatur. Quamobrem univresse et plerumque id quod debetur potius reddendum esse diximus, quam amico gratificandum. Sin autem gratificari amicis ita honestum et pernecessarium est, ut jus beneficiorum auctoris debitum excedat, potius eo inclinandum: præsertim quum ne semper quidem beneficii auctorem remunerari fas sit, si improbus sit ille præbitor: exempli causa, si homo improbus viro bono pecuniam mutuam dedit, haudquaquam propterea vir bonus improbo pecuniam credit: alter enim quod sciret, se pecuniam recepturum esse a viro bono, idcirco credidit, vir bonus autem quum non speret, se eam esse recepturum, injuste non facit, si non credit. Sive igitur verum est quod de improbo illo suspicatur vir bonus, eum videlicet hac quoque in parte improbum fore, neque creditum redditurum, recte facit, si non credat: sive aliter se res habet, sed ille tantum id suspicatur, ideoque par pari non refert, ne sic quidem ab officio recedere videtur. Neque enim æquum est, quæ homo malus viro bono dederit, eadem ab illo ut vicissim accipiat: quia non est æquale id quod dat improbus ei quod dat vir bonus, quando contingit utrique, ut alter alteri idem largiatur: quippe majus fit dantis dignitate: quocirca diximus, non semper beneficiorum auctores po-

\* Ἄρ' οὖν πάντα τὰ τοιαῦτα κτλ. — \*\* Ὅτι δὲ οὐ πάντα τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον κτλ. — \*\*\* Ἴσως δ' οὐδὲ τοῦτ' αἰεὶ, κτλ.

ἀεὶ τοῖς εὐεργέταις μᾶλλον ἀναποδοτέον, ἢ χαριστέον τοῖς φίλοις. Ὁ γὰρ πολλάκις εἶπεν ἐν τοῖς ἐμπροσθεν, οἱ περὶ τῶν παθῶν καὶ τῶν πράξεων λόγοι ποῖς πάθει καὶ ταῖς πράξεσιν ἀκολουθοῦσιν, ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντες, ὥσπερ ἐκεῖνα· καὶ ὠρισμένως περὶ ἐκάστου καὶ ἀκριβεῖς ἀποδοῦναι οὐ δυνατόν.

\* Ὅτι μὲν οὖν οὐ ταῦτά πᾶσιν ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διὶ πάντα θύομεν, φανερόν. Ἐπεὶ δὲ ἄλλα μὲν ὀφείλομεν τοῖς γονεῦσιν, ἕτερα δὲ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἄλλα τοῖς εὐεργέταις ἢ ἑταίροις, ἀπονεμητέον ἐκάστοις τὰ οἰκεία, καὶ τὰ ἄρμόζοντα. Ταῦτα δὲ ποιῶντες φαίνονται σχεδὸν πάντες· εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσιν οὐ τοὺς εὐεργέτας, ἢ τοὺς ἑταίρους, ἀλλὰ τοὺς συγγενεῖς· τούτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος, καὶ αἱ περὶ τοῦτο δὴ πράξεις· καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα ὄνονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπατῆν τῶν αὐτῶν ἔνεκα. Δόξειε δ' ἂν τοῖς μὲν γονεῦσι τροφήν ἐπαρκεῖν, καὶ τούτοις μᾶλλον, ἢ ἑαυτοῖς· τὸ γὰρ εἶναι δεῖ συντηρεῖν τοῖς γονεῦσιν, ὅθεν ἐστὶν αὐτοῖς τὸ εἶναι· καὶ τιμὴν δὲ ἀπονεμητέον αὐτοῖς, καθάπερ θεοῖς· οὐ πᾶσαν δὲ τιμὴν καὶ παντοίαν· οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρὶ, οὐδὲ ἀμφοτέροις τὴν τοῦ σοφοῦ τιμὴν ἀποδοτέον ἢ τὴν τοῦ στρατηγοῦ, ἢν δηλαδὴ τιμῶμεν τὸν σοφὸν ἢ τὸν στρατηγόν· ἀλλὰ τὴν πατρικὴν μὲν τῷ πατρὶ, τῇ δὲ μητρὶ τὴν προσήκουσαν. Ἀπονεμητέον δὲ καὶ παντὶ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν, οἷαν δηλονότι προσήκει νέον ἀποδοῦναι ἢ γέροντι, ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει, καὶ τοῖς τοιοῦτοις· ἑταίροις δὲ καὶ ἀδελφοῖς ἀποδοτέον παρῆρησιαν καὶ κοινότητα, καὶ συγγενεῖσι, καὶ φυλέταις, καὶ πολίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν· καὶ πειρατέον τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν ἐκάστῳ, θεωροῦντα τὴν ἐκάστου πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα, ἢ χρῆσιν, ἢ τὴν ἀρετὴν, καὶ τούτοις μετροῦντα τὰς πρὸς αὐτοὺς τιμὰς καὶ κοινωνίας. Τῶν μὲν οὖν ὁμογενῶν ῥάων ἡ κρίσις· τοῖς γὰρ συγγενέσιν, ἢ πολίταις, ἢ φυλέταις, ἢ καὶ ἄλλως ὁμοτρόποις, ἢ δεῖ ἀποδιδόναι, ῥαδίως ἐπιγνωσόμεθα· τοῖς δὲ ἄλλοτρίοις καὶ διαφέρουσιν εὐρεῖν ἢ δεῖ ἀπονέμειν, ἐργωδέστερον. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀποστατέον τῶν εἰκότων, ἀλλ' ὡς ἐνδέχεται διοριστέον περὶ ἐκάστου, καὶ περὶ πάντας τὰ κατὰ τὸ δέον γιγνόμενα τηρητέον.

(Scripsi<sup>a</sup>: κακείνο ] vulgo κακείνο. — ὁ ἀμφοτέρους ] cod. ἀμφοτέροις. — ὁ ληστῶν ] cod. ληστῶν. — ὁ ἐστὶ ] cod. ἐστίν. — ὁ λήψεται ] cod. λήψεται. — ὁ γίνηται ] cod. γίνεται. — ὁ ὀφείλομεν ] cod. ὀφείλομεν. — ὁ ἀποδοῦναι ] cod. ἀποδοῦναι. — )

## Κεφ. δ'.

Περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας, ἢ μὴ.

\*\* Ἐπεὶ δὲ κακείνο ἢ ζητητέον ἐστίν, εἰ δεῖ διαλύεσθαι

tius remunerandos, quam amicis gratificandum esse. Quod enim sæpe in superioribus exposui, omnis quæ in perturbationibus et actionibus explicandis versatur oratio ipsis perturbationibus et actionibus congruit, quum semper alias aliter se habeat, ut illæ: quare ut definite quis et accurate de singulis agat, fieri omnino nequit.

Ergo non eadem omnibus esse tribuenda, neque patri omnia, quemadmodum nec Jovi omnia immolamus, manifestum est. Quum vero alia parentibus, alia fratribus, alia beneficiorum largitoribus aut sodalibus debeamus, sua cuique et accommodata sunt tribuenda. Atque hæc sane prope omnes facere videntur: ad nuptias enim non beneficiorum largitores aut sodales, sed cognatos vocant: nam quum hi genus habeant commune, actiones quoque quæ in hoc versantur communes erunt: in funera quoque cognatos potissimum prodire iisdem de causis debere, plerique arbitrantur. Quocirca parentibus res ad vivendum necessariæ suppeditandæ videntur, magisque iis quam nobis ipsis: vitam enim parentum, quorum beneficio ipsi vivunt, conservare debent liberi: honor quoque iis ut diis est habendus, sed non omnis neque quilibet: neque enim patri idem ac matri, neque utrique honos sapiente aut imperatore dignus, hoc est, quem sapienti aut imperatori tribuimus, sed paternus patri et debitus matri honos haberi debet. Omni autem ætate grandiori pro ætate honos tribuendus est, qualem videlicet juvenes seni tribuere decet, ut ei assurgant ac de sede et accubitione honoratiore decedant, et alia hujusmodi præsent: sodalibus vero et fratribus orationis libertas omniumque rerum communitas concedenda, cognatis item, tribulibus ac civibus et reliquis omnibus: danda denique opera est, ut suum cuique tribuatur, quo in genere singulorum consideranda est necessitudo, qua nobiscum juncti sunt, usus etiam aut virtus, quibus debitos illis honores et communionem metiamur. Ac de consanguineis quidem facilius judicium est: nam cognatis aut civibus aut tribulibus aut hominibus alioqui morum similitudine nobiscum conjunctis quæ tribuenda sint facile statuemus: quæ vero in peregrinos conveniant eosque qui a nobis plurimum differunt, invenire difficilius est. Non tamen idcirco desistendum est a decoris conservatione, sed quoad ejus fieri potest, singula definienda sunt et in omnibus decori habenda est ratio.

## Cap. IV.

Utrum dissolvi soleant amicitiae an non soleant.

Præterea et illud quærendum est, utrum dissolvendæ

\* Ὅτι μὲν οὖν οὐ ταῦτά πᾶσιν ἀποδοτέον κτλ. — \*\* Cap. 3. Ἐχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τοῦ διαλύεσθαι κτλ.

τάς φιλίας, ἢ μὴ· ἔχει γὰρ ἀπορίαν, εἰ δέον ἐστὶν ἐνίοτε τοῦ φίλου στέργοντος ἔτι καὶ φιλοῦντος, αὐτὸν τινὰ παύεσθαι τῆς φιλίας.

γεια δὲ καὶ τὸ ζῆν, τὰ ἄρα ἐπιέμενα τοῦ ζῆν ὀρέγον-  
ται τῆς ἡδονῆς, ὅτι τελειότης ἐστὶν αὐτοῦ. Πάντα δὲ  
ἐφίενται τοῦ ζῆν· ὥστε δοξοῖεν ἂν πάντα ἐφίεσθαι τῆς  
ἡδονῆς. Πᾶσαν γὰρ ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ αἰρετωτέραν  
ποιεῖ· καὶ ἕκαστος περὶ τοῦτα καὶ ταῦτοις ἐνεργεῖ μά-  
λιστα, οἷς μάλιστα ἤδεται· οἷον ὁ μουσικὸς τῇ ἀκοῇ  
περὶ τὰ μέλη, καὶ ὁ φιλομαθὴς τῆ διανοίᾳ περὶ τὰ  
θεωρήματα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος. Ἐπεὶ οὖν οὕτω  
ποιεῖ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ καλλίω καὶ αἰρετωτέραν,  
εἰκότως τὰ ὀρεγόμενά τινος ἐνεργείας, καὶ τῆς κατ'  
αὐτὴν ὀρέγονται ἡδονῆς· τὰ ἄρα τοῦ ζῆν ἐπιέμενα  
εὐλόγως καὶ τῆς ἐκείθεν ἐφίενται ἡδονῆς, ὅτι τὸ αἰρε-  
τὸν καὶ ἐφετὸν αὐτοῖς τελειοί. Τὸ δὲ ζητεῖν ἐπὶ τοῦ  
παρόντος, πότερον ποτέρου ἕνεκα αἰρετόν, ἡ ἡδονὴ διὰ  
τὸ ζῆν, ἢ τὸ ζῆν διὰ τὴν ἡδονήν, ἀφείσθω. Φαίνεται δὲ  
ὅτι ἀδιαιρέτᾳ εἰσι ταῦτα ἀλλήλων, καὶ οὔτε ἡδονὴν  
χωρὶς ἐνεργείας οὔτε ἐνέργειαν χωρὶς ἡδονῆς εὐροί τις  
ἂν· τελείωσις γὰρ ἐνεργείας ἡ ἡδονή, καὶ διὰ τοῦτο οὐ  
δύναται χωρὶς εἶναι.

\*\* Διὰ ταῦτα φαίνεται καὶ ὅτι αἱ ἡδοναὶ διαφέρουσι  
ἀλλήλων τῷ εἶδει· καὶ γὰρ διαφορῶν τῷ εἶδει ἐνεργειῶν  
τελειότητες οὔσαι καὶ αὐταὶ διαφοροὶ εἰσιν. Αἱ γὰρ  
τελειότητες τῶν διαφορῶν εἰδῶν οὐ δύναται μὴ διά-  
φοροι εἶναι τῷ εἶδει· οἷον, αἱ τῆς διανοίας ἐνεργεῖαι  
τῶν τῆς αἰσθήσεως διαφέρουσι τῷ εἶδει, καὶ ἐτι αὐταὶ  
ἀλλήλων· ὥστε καὶ αἱ ἡδοναί. Τοῦτο δὲ ἐστὶ φανερόν  
ἐκ τοῦ πάσης ἐνεργείᾳ οἰκείαν ἡδονὴν προσεῖναι. Ὅτι  
δὲ οἰκεία, ὀῖλον· καὶ γὰρ συναύζει τὴν ἐνέργειαν ἡ οἰ-  
κεία ἡδονή. Μάλιστα γὰρ τις ἕκαστα γινώσκει καὶ  
ἐξακριβοῖ, καὶ ὅλως ἐνεργεῖ, ὅταν μεθ' ἡδονῆς τοῦτο  
ποιῇ· καὶ γὰρ γεωμετρικοὶ γίνονται μάλιστα οἱ χαί-  
ροντες τῷ γεωμετρεῖν, καὶ κατανοοῦσιν ἕκαστα μάλ-  
λον, καὶ ἕκαστον ἡ ἡδονὴ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον ἐπιδι-  
δόναι ποιεῖ. Εἰ τοίνυν τὰς ἐνεργείας συναύξουσιν αἱ  
ἡδοναί, τὰ δὲ συναύξοντα οἰκεία, τὰ δὲ οἰκεῖα τοῖς  
διαφοροῖς τῷ εἶδει καὶ αὐτὰ διαφορὰ κατὰ τὸ εἶδος,  
φανερὸν, ὅτι αἱ ἡδοναὶ ἕτεροι τῷ εἶδει ἀλλήλων. Ἐτι  
καὶ ἐκείθεν γίνεται ὀῖλον τὰς ἡδονὰς διαφορῶν εἶναι  
τῷ εἶδει· καὶ γὰρ προσίστανται ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἀλ-  
λότριαι ἡδοναί, καθάπερ αἱ οἰκεῖαι τελειοτέρας ποιοῦ-  
σιν· ἢ γὰρ τῆς ἀληθινῆς ἡδονῆς συγγέοι ἂν βραδίως  
τὴν ἐν τοῖς μαθήμασι θεωρίαν, ὅταν μὴ ἔξιν μαθημα-  
τικὴν ὁ θεωρῶν ἔχη, ἀλλ' ἤδηται μάλλον αὐλοῦντος

Cap. V.

Voluptatem naturaliter consecrandam : præterea specie quoque  
differre voluptates.

Quum vero omnem actum perficiat voluptas, actus  
autem et vita sit, sequitur ea quæ vitæ cupida sunt  
voluptatem appetere, quia ejus perfectio est. Omnia  
autem vitæ cupida sunt : ita ut omnia appetere volu-  
ptatem videantur. Omnem enim actum voluptas optabi-  
liorem efficit : atque in iis quisque elaborat maxime  
suoque munere fungitur, quibus maxime delectatur : ut  
musicus auditu in sonis et cantibus, disciplinarum  
studiosus agitatione mentis in cognitione rerum, et ita  
cæteri suo quisque in studio. Quum ergo eo modo mu-  
neris functionem voluptas tum pulchriorem tum optabi-  
liorem faciat, jure ea quæ actum aliquem appetunt  
simul etiam voluptatem inde capiendam consecantur :  
quocirca quæcumque vitæ cupida sunt, merito quoque  
voluptatem captant, quia id quod optabile et expeten-  
dum illis videtur perficit. Illa vero quæstio, utrum  
voluptas vitæ ipsius, an vita voluptatis causa expetenda  
sit, in præsentia omittatur. Videntur autem hæc insepa-  
rabilia esse, siquidem neque voluptatem sine actu, neque  
actum sine voluptate reperias : perfectio enim actionis  
est voluptas, ideoque seorsum ab ea poni non potest.

Hinc etiam apparet, voluptates specie inter se differre :  
diversarum enim specie actionum quum perfectiones  
sint, ipsas quoque diversas esse oportet. Nam diversarum  
formarum perfectiones non possunt non esse specie  
diversæ : verbi gratia cogitationis functiones a sensuum  
functionibus specie differunt, et ipsæ inter se rursus :  
itaque et voluptates. Hoc autem ex eo manifestum est,  
quod omni functioni propria inest voluptas. Propriam  
vero esse perspicuum est : etenim auget simul functio-  
nem propria voluptas. Maxime enim singula et cognos-  
cimus et accurate percipimus, et omnino efficitur,  
quando cum voluptate hoc facimus : nimirum geometræ  
fiunt maxime qui eo studio delectantur, et singula magis  
intelligunt, quin etiam voluptas causa est, ut in suo  
quisque studio et munere proficiat. Si ergo functiones  
augentur simul voluptatibus, quæ vero simul augent  
aliquid ei quod augent sunt propria, quæ autem diffe-  
rentibus specie sunt propria, etiam ipsa specie differunt.  
apparet voluptates quoque ipsas specie inter se differre.  
Præterea et hinc liquet, voluptates specie diversas esse :  
nam obsistunt functionibus aliens voluptates, ut pro-  
priæ eas perficiunt : quippe voluptas e tibi cantu  
capta facile disciplinarum contemplationem confundit,  
quando habitum disciplinarum studio proprium non  
gerit is qui contemplatur, sed magis tibicinis inflatu  
quam contemplatione gaudet, atque ita voluptas e ti-

\* Ὀρέγεσθαι δὲ τῆς ἡδονῆς οἰθηθεῖ τις ἂν κτλ. — \*\* Cap. 5. Ὅθεν δοκοῦσι καὶ τῷ εἶδει διαφέρειν, κτλ.

ἀκούων ἢ θεωρῶν, καὶ οὕτω φθείρη τὴν περὶ τὸν λόγον ἐνέργειαν ἢ τῆς ἀθλητικῆς ἡδονῆς. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν δύο ἐνεργείας τις κατὰ ταῦτὸν ἐνεργῇ· καὶ γὰρ ἡ ἡδίων τὴν ἐτέραν ἐκκρούει, καὶ τοσοῦτω μᾶλλον, ὅσω κατὰ τὴν ἡδονὴν διαφέρει· εἰ γὰρ σφόδρα ὑπερβάλλει<sup>α</sup> τὴν ἐξ ἐτέρας ἢ τῆς ἐτέρας ἡδονῆς, καὶ παντελῶς ἀφανίζει<sup>β</sup> τὴν ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν, ὥστε μὴδὲ ὅλως κατ' αὐτὴν ἐνεργεῖν· διὰ τοῦτο ἐπειδὴν χαίρωμεν τινι σφόδρα, οὐ πάνυ δρωῦμεν ἕτερον· εἰ δὲ οὐ πάνυ ἡδόμεθα ὅπως καὶ ἄλλα ποιῶμεν, οἷον ποιῶσι καὶ οἱ ἐν τοῖς θεάτροις τραγηματιζόντες· ὅταν γὰρ φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ᾧσι, καὶ οὐ πάνυ χαίρωσι τῷ θεάματι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρωῦσιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μὲν οἰκεία ἡδονὴ τὰς ἐνεργείας ἐξακριβοῖ, καὶ χρονωτέρας καὶ βελτίους ποιεῖ, ἢ δ' ἀλλοτρία λυμαινεται, φανερόν, ὅτι πολὺ διαφέρουσιν ἀλλήλων· σχεδὸν γὰρ ὥσπερ αἱ οἰκείαι ταῖς ἐνεργείαις λῦπαι<sup>γ</sup> κώλυμα γίνονται, καὶ προχωρεῖν οὐκ ἔωσιν, οὕτω καὶ αἱ ἀλλοτρία ἡδοναί. Ψθεῖρουσι γὰρ αἱ οἰκείαι λῦπαι τὰς ἐνεργείας· εἰ γὰρ τις ἐπὶ τῷ γράφειν λυποῖτο, οὐ γράφει, καὶ εἰ τῷ τὸ λογίζεσθαι ἀηδές, οὐ θεωρήσει· τοῦτο δὲ πείσεται, καθὼς εἴρηται, καὶ ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίας ἡδονῆς. Εἰ τοίνυν ἡ ἀλλοτρία ἡδονὴ παραπλήσιον ποιεῖ ταῖς οἰκείαις λύπαις, ἢ δὲ οἰκεία λύπη τῇ οἰκείᾳ ἡδονῇ ἐναντίως ἔχει, φανερόν, ὅτι ἡ ἀλλοτρία ἡδονὴ τῇ οἰκείᾳ ἐναντίως ἔχει· τὰ δὲ τοιαῦτα οὐ δύνανται τὰ αὐτὰ εἶναι τῷ εἶδει· ἢ ἄρα ἡδονὴ οὐκ ἔστι μία κατὰ τὸ εἶδος.

( Scripsi : \* ὑπερβάλλει ] cod. ὑπερβάλλη. —  
<sup>β</sup> ἀφανίζει ] cod. ἀφανίζη. — <sup>γ</sup> λῦπαι ] cod. hic et mox λύπαι. — )

## Κεφ. ζ'.

Ἐπεὶ τοῦ ὅτι ἐπιεικεία καὶ φαυλότητι, καὶ ἐτι καθαρότητι διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί· καὶ ὅτι ἐτέρων ζῶων καὶ ἑτεραί· καὶ τίς ἡ ἀληθής.

\* Ἐπεὶ δὲ ἐκάστη ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ, ὅθεν ἐστίν, οἰκείως ἔχει, αἱ δὲ ἐνεργεῖαι διαφέρουσιν ἀλλήλων ἐπιεικεία καὶ φαυλότητι, καὶ αἱ μὲν αἰρεταί εἰσιν, αἱ δὲ ψευκαί, αἱ δὲ οὐδέτερον, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰς ἡδονὰς ἔχειν ἀνάγκη, καὶ τὰς μὲν ἀγαθὰς εἶναι, τὰς δὲ φαύλας, τὰς δὲ οὐδέτερον τούτων· καὶ ἐπιεικῆς μὲν καὶ ἀγαθὴ ἡδονὴ ἐστὶν ἡ οἰκεία τῇ ἐπιεικείᾳ καὶ ἀγαθῇ καὶ σπουδαίᾳ ἐνεργείᾳ, φαύλη δὲ ἡ τῇ φαύλῃ ἐνεργείᾳ οἰκεία· καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι τῶν μὲν καλῶν ἐπαινεταί, τῶν δὲ φαύλων ψευκαί· ἢ δὲ οἰκεία τῇ ἐνεργείᾳ, ἢ οὔτε ἐπαινετὴ ἐστίν, οὔτε ψευκὴ, καὶ αὐτὴ οὐδέτερόν ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ τῇ ἐνεργείᾳ καὶ ὀρεξίς ἐστὶν ὅθεν κινεῖται τις ἐπὶ τὸ ἐνεργεῖν, ζητητέον πόττερα<sup>α</sup> μᾶλλον ἐστὶν οἰκεία ἢ ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ ἢ τῇ ὀρέξει. Φαίνεται δὲ ὅτι οἰκειότερα ἐστὶ τῇ ἐνεργείᾳ

biantur sonis percepta cogitationem ad disciplinas intentam corrumpit. Similiter hoc etiam in aliis evenit, quum quis eodem tempore duabus rebus operam dat : nam jucundior occupatio alteram expellit, eoque magis, quo magis voluptate excellit : si enim voluptatem ex altera re perceptam longe superat illa quam altera res affert voluptas, plane etiam alienam istam functionem tollit, adeo ut in illa re suo munere fungi haudquaquam possit : ideoque quum re aliqua vehementer delectamur, non fere aliud facimus : sin autem non admodum delectamur aliquo negotio, etiam alia agimus, quale est quod faciunt qui in theatris bellaria comedunt : quando enim inepti sunt histriones, ita ut tali spectaculo non admodum delectentur, tum maxime hoc faciunt. Quoniam igitur propria voluptas muneris functiones accuratas efficit, easque diuturniores et meliores reddit, aliena autem corrumpit, perspicuum est eas multum inter se differre : propemodum enim ut proprii dolores muneris functiones impediunt neque eas succedere sinunt, ita et alienæ faciunt voluptates. Muneris quippe functiones corrumpunt proprii dolores : nimirum si cui scribere molestum sit, non scribet, et si cui contemplari injucundum sit, non contemplabitur : hoc autem, quemadmodum diximus, etiam ex aliena voluptate ei accidet. Si ergo aliena voluptas simile quiddam propriis doloribus efficit, proprius autem dolor cum propria voluptate pugnat, manifestum est alienam voluptatem propriæ esse contrariam : talia vero specie eadem esse non possunt : voluptas ergo non est una specie.

## CAP. VI.

Differre voluptates inter se tum honestate et improbitate, tum etiam sinceritate : præterea aliorum animalium esse alias : et quæ sit vera.

Quoniam unaquæque voluptas cum ea, ex qua nascitur, functione convenit, ipsæ vero functiones honestate et turpitudine inter se differunt, aliæque expetendæ, aliæ fugiendæ sunt, aliæ vero neutrum, eandem etiam voluptatum rationem esse necesse est, ut aliæ bonæ, aliæ vitiosæ, aliæ nec hoc nec illud sint : et honesta quidem ac bona voluptas est, quæ honestæ ac bonæ probæque functioni propria est, vitiosa autem quæ malæ functioni propria est : nam et cupiditates rerum honestarum laudabiles sunt, inhonestarum vituperabiles : quæ vero functioni nec laudabili nec vituperabili propria est voluptas, ipsa quoque esse neutrum. Quum vero functioni etiam appetitus insit, quo ad functionem illam aliquis impellitur, quærendum est, utrum voluptas magis propria functioni an appetitui sit. Videtur autem magis functioni esse propria. Cum appetitu

\* Διαφεροσῶν δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικεία καὶ φαυλότητι κτλ.

γεία. Τῆ μὲν ὁρᾷ γὰρ ἡ ἡδονὴ οὐτε συμπέφυκεν, οὐτε ἄμα γίνεται αὐτῇ κατὰ τὸν χρόνον, ἀλλὰ διέστηκεν αὐτῆς, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τῇ φύσει. Προηγείται γὰρ ἡ ὁρᾷ τῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ ἡδονῆς· τῇ δὲ ἐνεργείᾳ οὕτω συμπέφυκεν ἡ ἡδονή, καὶ οὕτως ἀχωρίστως ἔχει, ὥστε ἀμφιθεύεται, εἰ ταυτόν ἐστι τῇ ἐνεργείᾳ<sup>b</sup> ἡ ἡδονή. Φαίνεται μὲν οὖν, ὅτι τῇ ἐνεργείᾳ μᾶλλον ὠκείωται<sup>c</sup> ἡ ἡδονή, ἢ τῇ ὁρᾷ· ταυτόν δὲ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ταυτόν ἡδονὴ διανοία, οὐδὲ αἰσθήσει οὐδεμίᾳ· ἄτοπον γὰρ οὕτως οἰεσθαι. Ἀλλὰ τῷ ἀχωρίστως ἀλλήλων ἔχειν δοκεῖ μηδὲν διαφέρειν ἐνεργείας<sup>d</sup>.

\* Διάφοροι δὲ εἰσι καὶ αὐταὶ αἱ ἡδοναὶ πρὸς ἀλλήλας, ὅτι αἱ ἐνεργεῖαι. Διαφέρει γὰρ ὄψις ἀφῆς καθαριότητι, καθ' ὅσον ἡ μὲν τοῦ εἶδους ἀντιλαμβάνεται μόνου, ἡ δὲ ἀφῆ τῇ ὕλῃ μᾶλλον προσάγει, καὶ ἡ ἀκοή ταύτῃ τῆς ὁσφρήσεως καὶ τῆς γεύσεως διαφέρει, ὅτι τῆς ὕλης ἀπτονται μᾶλλον· ὅθεν καὶ αἱ ἐπόμεναι ἡδοναὶ διοίσουσιν ἀλλήλων, καὶ τῶν ἐκ τῆς διανοίας ἡδονῶν, ὅτι διάφοροι αἱ ἐνεργεῖαι. Καὶ αὐταὶ δὲ αἱ τῆς διανοίας ἡδοναὶ οὐκ αἱ αὐταὶ ἔσονται ἀλλήλαις, ὅτι διάφοροι ἐνεργεῖαι διανοίας.

\*\* Φαίνεται δὲ ὅτι καὶ ἐκάστῳ ζῳῷ<sup>e</sup> οἰκεία τις ἐστὶν ἡδονή, καθάπερ καὶ ἔργον ἐστὶν οἰκείον. Εἰ γὰρ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἡδοναὶ ἀκολουθοῦσιν, ἐκάστῳ δὲ ζῳῷ<sup>f</sup> οἰκεία τις ἐστὶν ἐνεργεῖα κατὰ τὴν φύσιν, καὶ ἡ ἡδονὴ ἂν εἴη οἰκεία. Τοῦτο δὲ καὶ καθ' ἕκαστον θεωροῦντι γίνεται ὀφθαλμῶν. Ἐτέρα γὰρ ἵππου ἡδονή, καὶ κυνός, καὶ ἀνθρώπου· καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν, ὄντων σύρματα ἂν ἐλέσθαι μᾶλλον, ἢ χρυσόν· ἡδονὴ γὰρ χρυσοῦ τροφή ὄντι. Αἱ μὲν οὖν οἰκείαι ἡδοναὶ ταῖς διαφόροις ἐνεργείαις καὶ αὐταὶ διάφοροι εἰσι· τὰς δὲ τῶν αὐτῶν ἐνεργειῶν τὰς αὐτὰς εὐλογον εἶναι κατὰ τὸ εἶδος· διοίσουσι δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥττον. Ὅτι γὰρ ταῖς αὐταῖς ἐνεργείαις οὐκ ὁμοίως ἡδοναὶ πάντες, φανερόν· ἐπεὶ καὶ τοσαύτη γίνεται ἡ διαφορά, ὥστε ταῖς αὐτοῖς τοῦ μὲν ἡδουμένου, τοὺς δὲ λυπεῖσθαι· καὶ γλυκέα οὐ πᾶσι τὰ αὐτά, οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ δοκεῖ γλυκέα τῷ πυρέττοντι καὶ τῷ ὑγιαίνοντι, οὐδὲ θερμὰ τὰ αὐτὰ τῷ ἀσθενεῖ καὶ τῷ εὐεκτοῦντι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπ' ἑτέρων συμβαίνει.

\*\*\* Καθάπερ δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡδέων τὰ ἀληθῶς ἡδέα τῶν δοκούντων ἀπὸ τῶν ὑγιαίνοντων γνωσόμεθα διελεῖν· οὕτω καὶ τὰς ἐν τῷ ἡθελῆ ἡδονὰς ἀπὸ τῶν εὐχόντων περὶ τὸ ἡθος, δηλαδὴ τῶν σπουδαίων, διορισόμεθα. Εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται, καὶ ἐκάστου μέτρον ἡ ἀρετή, καὶ τὸ ἀγαθὸν εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν ἐστὶν ἐκάστῳ, καὶ ἡδοναὶ ἂν εἴεν ἀληθῆς, αἱ τῷ σπουδαίῳ φαινόμεναι ἡδοναί, καὶ ἡδέα οἷς οὗτος χαίρει· πρὸς δὲ οὗτος ἀηδῶς ἔχει, οὐκ ἂν εὐλόγως ἡδέα λέγοιντο οὐδὲ ἡδοναί. Εἰ δὲ τοῖς διεσθαρμένοις ἡδέα δοκεῖ ταῦτα, οὐδὲν θαυμαστόν. Πολλὰ γὰρ φθορὰ καὶ λυ-

enim nec cohæret, neque eodem cum illo tempore sit voluptas, sed et tempore et natura differt ab eo. Quippe et functionem et voluptatem inde perceptam appetitus præcedit: cum functione autem ita cohæret voluptas atque ita inseparabiliter conjuncta est, ut dubitetur, num idem sit cum functione voluptas. Apparet igitur magis cum functione quam cum appetitu voluptatem connexam esse: neque tamen idem est: neque enim aut cum cogitatione aut cum ullo sensu idem est voluptas: absurdum enim est, hanc habere opinionem. Sed quia inseparabiliter inter se cohærent, nihil differre a functione videtur.

Sed et inter se ipsæ quoque differunt voluptates, quia functiones diversæ sunt. Differt enim visus a tactu sinceritate, quatenus ille quidem solam speciem comprehendit, tactus vero magis ad materiam adducit, pariterque auditus ab olfactu et gustu eatenus differt, quatenus hi materiam magis tangunt: quocirca etiam voluptates cum iis conjunctæ partim inter se partim ab iis quæ animo percipiuntur voluptatibus differunt, quia diversæ sunt functiones. Quin etiam ipsæ animi voluptates non eadem et pares inter se erunt, quia diversæ animi sunt functiones.

Jam vero et singulis animalibus videtur esse propria quædam voluptas, sicut proprium quoque iis munus est. Si enim functionibus congruant voluptates, sua autem cuique animali ejusque naturæ consentanea sit functio, etiam voluptas erit propria. Quod et in singulis spectanti apparebit. Alia enim equi, alia canis, alia hominis voluptas est: quemadmodum Heraclitus ait, asinum stramenta malle quam aurum: jucundius enim est asinis pabulum quam aurum. Itaque propriæ diversis functionibus voluptates ipsæ quoque sunt diversæ: quæ vero earundem sunt functionum, eas etiam specie easdem esse probabile est: plus tamen est vel minus quod inter eas differat. Neque enim iisdem functionibus omnes perinde delectari constat: quum etiam tanta diversitas sit, ut iisdem rebus alii lætentur, alii doleant: porro non omnibus eadem dulcia sunt, siquidem non eadem febricitanti dulcia videntur et sano, neque calida eadem infirmo et ei cui corpus firmum et bene constitutum est. Hoc autem etiam in aliis usu venit.

Sicut autem in ejusmodi jucundis ea quæ vere jucunda sunt ab iis quæ videntur, a sanis discimus distinguere: ita etiam voluptates morales a viris bene moratis, hoc est, honestis, distinguere discemus. Quodsi hoc recte dicitur, et unicuique rei mensura virtus est, et unicuique propter virtutem viro bono esse licet, etiam voluptates revera erunt quæ homini probo tales videntur, et jucunda quibus hic delectatur: a quibus vero hic abhorret, neque jucunda merito dicantur neque voluptates. Neque vero mirum cuiquam esse debet, si hominibus corruptis hæc jucunda videantur. Multæ enim exorun-

\* Διαφέρει δὲ ἡ ὄψις κτλ. — \*\* Δοκεῖ δ' εἶναι ἐκάστῳ ζῳῷ κτλ. — \*\*\* Δοκεῖ δ' ἐν ἅπασιν τοῖς τοιοῦτοις κτλ.

μα ἢ ἀνθρώπων γίνονται, καὶ ἡδεῖς εἰσιν, ἀλλ' οὐχ ἀπλῶς ἡδεῖς, ἀλλὰ τοῖς γε διεφθαρμένοις· τὰς μὲν οὖν ὁμολογουμένως αἰσχροῦς δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη ῥητόν ἡδονὰς εἶναι, πλὴν τοῖς διεφθαρμένοις.

\* Τῶν δὲ ἐπεικῶν ἡδονῶν τίνα ῥητέον κυρίως ἀνθρωπίνην ἡδονὴν εἶναι; καὶ τοῦτο δὲ φανερόν ἐκ τῶν εἰρημένων. Ἐπεὶ γὰρ οἰκείαι ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐπόμεναι ἡδοναί, ληπτέον τὴν ἀνθρωπίνην ἐνεργείαν, ἢ τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ καθ' ὃ ἐστὶν ἄνθρωπος, εἴτε μία ἐνεργεία ἐστὶν, εἴτε πλείους· καὶ δὴ ταύτας τὰς ἐνεργείας αἱ τελειοῦσαι ἡδοναὶ τὰς τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρός, αὐταὶ εἰσιν αἱ τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ἀνθρώπου, ἡδοναί· αἱ δὲ λοιπαὶ δευτέρως καὶ πολλοστῶς λέγοντο ἂν ἀνθρώπιναι, καθάπερ καὶ αἱ ἐνεργεῖαι.

( Scripsi : \* πότερα ] cod. ποτέρα. — ὁ ἐνεργεία. ] cod. ἐνεργεία. — ὁ ὠκείωται ] cod. ὠκείωται. — ὁ ἐνεργείας ] cod. ἐνεργεία. — ὁ ζῶφ ] cod. ζῶφ. — ὁ ζῶφ ] cod. ζῶφ. — ὁ λῦμαι ] cod. λῦμαι. — )

### Κεφ. ζ'.

#### Περὶ εὐδαιμονίας.

\*\* Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀρετῶν εἴρηται, καὶ τῆς φιλίας, καὶ τῆς ἡδονῆς, λοιπὸν περὶ εὐδαιμονίας τύποι διελεθῆναι, ἐπεὶ τέλος αὐτῆν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων πάντων φαμέν. Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν σαφῆς καὶ ῥᾶδιος ὁ λόγος, τὰ προειρημέλα περὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀναλαβοῦσιν \*\*.

Εἴρηται τοίνυν περὶ αὐτῆς ἐν τῷ ἰγ' κεφαλαίῳ τοῦ πρώτου βιβλίου, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐξίς· εὐδαιμονία γὰρ ἂν εἴη καὶ ὁ διὰ βίου καθυδόν, καὶ ὁ φυτῶν βίον ζῶν, καὶ ἐτι ὁ τὰ μέγιστα δυστυχῶν· ἐνδέχεται γὰρ ἐξὶν ἔχοντα ἀρετῆς οὕτω βιώναι \*\*\*. Εἰ δὲ τοῦτο ἄδοξον, εὐδαιμονία τὸν οὕτως ἔχοντα καλεῖν, ἐνεργεία τις ἂν εἴη ἢ εὐδαιμονία. Ζητητέον δὴ τίς τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν ἐστὶν \*\*\*\*. Ἐπεὶ γὰρ αἱ μὲν τῶν ἐνεργειῶν ἀναγκαῖαι εἰσι, καὶ πρὸς ἄλλα φέρουσι, καὶ δι' ἄλλα ζητοῦνται, αἱ δὲ καθ' ἑαυτὰς εἰσιν αἰρεταί, δῆλον ὅτι τῆν εὐδαιμονίαν θετέον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὰς αἰρετῶν· αὐτάρχεις γὰρ ἢ εὐδαιμονία, καὶ οὐδενός ἐστιν ἐνδεής· τὸ δὲ δι' ἄλλο αἰρετὸν ἐκείνου δεῖται, δι' ὃ ζητεῖται πρὸς τὸ αἰρετὸν εἶναι καὶ ἀγαθόν \*\*\*\*\*. Καθ' ἑαυτὰς δὲ εἰσιν αὐτάρχεις αἱ κατὰ τὰς ἀρετὰς ἐνεργεῖαι, ἃς οὐ δι' ἄλλο ζητοῦμεν, ἀλλὰ δι' ἑαυτὰς. Τὸ γὰρ τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα πράττειν τῶν καθ' ἑαυτὰ αἰρετῶν· καὶ τῶν παιδιῶν δὲ αἱ ἡδεῖαι οὐ δι' ἄλλα ζητοῦνται· οἱ γὰρ αἰρούμενοι αὐτὰς οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ὠφελοῦνται· βλάπτονται μὲν οὖν μᾶλλον, τῶν σωματίων ἀμελοῦντες, καὶ τῆς κτήσεως τῶν ὑπὲρ τοῦ σώματος ζητουμένων. Διὰ τοῦτο καὶ πολλοὶ τῶν εὐτυχῶν καὶ κατὰ τὸν βίον εὐθυμομένων ἢ ἐπὶ τὸν παιδιῶδῃ τρέχουσι βίον, καὶ πολλοῦ τιμῶνται τοὺς εὐτραπέλους· καὶ οἱ παρὰ

tur hominum pestes et corruptelæ, suntque jucundæ. non tamen omnino, sed corruptis : hinc apparet voluptates sine controversia inhonestas non esse voluptates dicendas, nisi forte hominibus corruptis ac depravatis.

Ex honestis autem voluptatibus quænam proprie humana dicenda voluptas est? etiam hoc ex superioribus patet. Quum enim propriæ functionibus eæ, quæ sequuntur ipsas, sint voluptates, ea sumenda est functio humana, quæ hominis est, quatenus est homo, sive una ea est, sive plures : quæ has igitur functiones perficiunt voluptates, viri dico perfecti et beati functiones, hæ sunt hominis qua homo est voluptates : reliquæ autem secundo loco et longo post intervallo, sicut et functiones, dicantur humanæ.

### CAP. VII.

#### De beatitudine.

Quoniam de virtutibus, amicitia et voluptate, dictum est, restat ut de beatitudine breviter exponamus, siquidem eam omnium rerum humanarum finem esse arbitramur. Cæterum repetitis iis, quæ supra de beatitudine disputavimus, plana nobis et facilis erit commentatio. Diximus ergo tertio decimo libri primi capite eam non esse habitum : ita enim tum qui in omni vita dormit plantarumque vitam degit, tum etiam qui in maximis malis versatur, beatus foret : nam virtutis habitum gerentes eo modo vivere possumus. Sin autem absurdum est, eum qui ita vivat, beatum prædicare, functio quædam fuerit beatitudo. Quærendum igitur est, quænam humanarum actionum sit. Quum enim functiones aliæ necessariæ sint, et ad alia spectent, et propter alia desiderantur, aliæ per se expetendæ sint, perspicuum est beatitudinem in earum rerum numero quæ per se sunt expetendæ haberi oportere : suis enim bonis contenta est beatitudo, neque ulla re eget : quod vero propter aliud expetendum est, id illo eget, cujus causa ut expetendum et bonum sit requiritur. Per se autem sufficient actiones virtutibus consentaneæ, quas non propter aliud, sed per se optabiles esse ducimus. Nam honesta et bona agere in rebus per se expetendis numeratur : item ludi jucundi non propter alia petuntur : nimirum qui eos sequuntur, nullum ex iis fructum percipiunt : damno igitur potius tale quid ipsis est, dum et corpus et rem familiarem, quæ corporis causa quæritur, negligunt. Itaque multi homines tum fortunati, tum bene beateque viventes vitæ ludis et jocis deditæ viam ingrediuntur, et magni faciunt homines urbanos : porro qui venuste jocari

\* Τῶν δὲ ἐπεικῶν δοκουσῶν εἶναι κτλ. — \*\* Cap. 6. Εἰρημένων δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετὰς κτλ. — \*\*\* Εἰκομέν δ', ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐξίς κτλ. \*\*\*\* Εἰ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει κτλ. — \*\*\*\*\* Τῶν δὲ ἐνεργειῶν αἱ μὲν εἰσιν ἀναγκαῖαι κτλ. — Ταῦτα δ' εἶναι δοκοῦσιν κτλ.

τοῖς τυράννοις παίζειν ἡδέως εἰδότες εὐδοκίμοισιν· ἡδέως γάρ εἰσιν, αὐτοῖς παρέχοντες ὧν ἐφίενται καὶ δέονται πρὸς τὴν νομιζομένην εὐδαιμονίαν. Δοκεῖ μὲν οὖν τὰς παιδιὰς εὐδαιμονικὰς εἶναι, διὰ τὸ τοὺς ἐν δυναστείαις ἐν τούτοις μάλιστα διατρίβειν· οὐκ εἰσὶ δέ· οὐ γὰρ ἱκανὸν σημεῖον τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἡ ψῆφος. Οὐ γὰρ ἐν τῷ δυναστεύειν ἡ ἀρετὴ, οὐδὲ ὁ ὑγιαίνων μάλιστα νοῦς, ἀφ' ὧν αἱ σπουδαῖαι ἐνέργειαι. Οὐδὲ γὰρ ἐπεὶ τῆς ἐλευθερίου καὶ εὐκλεινοῦς ἡδονῆς ἀγευστοὶ καθάπαξ ὄντες ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσιν ἡδονάς, διὰ τοῦτο ταύτας εὐλογον οἶσθαι τῶν ὡς ἀληθῶς αἰρετωτέρων εἶναι. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες τὰ παρ' αὐτοῖς τιμώμενα κράτιστα οἴονται εἶναι· ἀλλ' οὔτε τοῖς ἀνδράσι τίμια τὰ τῶν παιδῶν δοκεῖ, οὔτε ἐπεικαῖς ἀποθαυμάσουσιν<sup>b</sup> ἄπερ οἱ φαῦλοι· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἡ δοκοῦσα, τοὺς δὲ ἡ ἀληθῆς ἡδονὴ μάλιστα τέρπει.

\* Καθάπερ οὖν ἐν ἀρχῇ εἰρηται, τὰ ὡς ἀληθῶς τίμια καὶ σπουδαῖα εἰσιν, ἃ θαυμάζει, καὶ οἷς ἡδεται ὁ σπουδαῖος. Ἐπεὶ δὲ ἀκολουθοῦς ταῖς ἔξῃ ταῖς ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὰς ἐνεργείας ἕκαστος ἐπιζητεῖ, καὶ ταύτας οἶεται μάλιστα αἰρετωτάτας εἶναι, ὁ δὲ σπουδαῖος κατὰ τὴν ἔξιν τῆς ἀρετῆς ζητῇ, φανερόν, ὅτι ταῖς ἐνεργείαις ἡσθήσεται ταῖς κατὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ ταύτας τίμιας ἡγήσεται καὶ ἡδέας· τῶν δὲ παιδιῶν, ὡς ἀλλοτριῶν τῆς ἔξεως, καταφρονήσει. Ἐπεὶ δὲ ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς οὗτος ψηφίζεται, οὐκ ἄρα τίμιον ἢ παιδιὰ, οὐδ' ἄρα ἐν αὐτῇ ἡ εὐδαιμονία. Καὶ γὰρ ἄτοπον παιδιῶν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων τὸ τέλος, καὶ πάντα πραγματεύεσθαι, καὶ κακοπαθεῖν διὰ βίου τοῦ παίζειν χάριν. Εἰ γὰρ τις ὑπόβοιτο ταύτην εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ ταῦτα δὴ συζητῶμεν· τῆς γὰρ εὐδαιμονίας ἕνεκα πάντα ζητούμεν· τῆς παιδιᾶς δὲ χάριν πονεῖν διὰ βίου καὶ σπουδάζειν, ἡλίθιον τι δοκεῖ λίαν εἶναι, καὶ τοῦτο δὴ παιδικόν. Ἐὐ ἀνάπαλιν μὲν οὖν ἕνεκα τοῦ δύνασθαι σπουδάζειν αἰρεῖσθαι παίζειν<sup>c</sup> κατ' Ἀνάχαρσιν, καλῶς καὶ ὀρθῶς ἂν ἔχοι. Καὶ γὰρ ἀνάπαυσις τις ἢ παιδιὰ τοῖς ἀγωνιζομένοις, συνεχῶς οὐ δυναμένοις πονεῖν, ἢ τὴν δύναμιν αὐτοῖς ἀνακαλυμένην, τοῖς πόνοις ἀκμῆτας ἀποδίδωσιν. Ὅθεν οὐ τέλος ἢ ἀνάπαυσις ἀλλ' ἀναπαύσεως ἐνέργεια τέλος. Ἐτι, πᾶσιν ὁμολογεῖται τὸν εὐδαίμονα βίον κατὰ τὴν ἀρετὴν εἶναι· οὗτος δὲ μετὰ σπουδῆς· καὶ ὁ σπουδαῖος οὐ παίζων, ἀλλὰ σπουδάζων. Ἐτι δὲ βελτίω λέγομεν εἶναι τὰ σπουδαῖα τῶν μετὰ παιδιᾶς καὶ γελοίων· καὶ τὴν ἐνέργειαν βελτίονος τῆς ψυχῆς μέρους σπουδαιοτάτην φαμέν· τὸ δὲ βέλτιον καὶ τοῦ βελτίονος μέρους μᾶλλον τῇ εὐδαιμονίᾳ προσήκει. Ἐτι ἡ μὲν ἀπόλαυσις τῶν σωματικῶν ἡδονῶν κοινή ἐστι καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ τοῖς φαύλοις, καὶ ἀνδραπόδοις, καὶ τοῖς μοχθηροτάτοις ἔνεστιν οὐχ ἤττον, ἢ τοῖς ἀρίστοις· ἢ δὲ εὐδαιμονία τῶν ἀρίστων λέγεται μόνον, καὶ οὐδεὶς

sciunt, apud reges et principes, in magno honore sunt : quando enim ea illis suppeditant, quæ expetunt et quibus ad istam quæ vulgo putatur beatitudinem egent, jucundi iis sunt. Quamobrem ludi ad vitam beatam idcirco pertinere videntur, quia homines imperio ac potestate præditi in his maxime versantur : non pertinent tamen ad eam : neque enim talium hominum calculus certum ejus rei signum est. Neque enim in principatu aut virtus est, aut mens sana maxime, a quibus probæ muneris functiones proficiscuntur. Neque quia liberalem et puram voluptatem omnino nunquam gustarunt, ac propterea ad corporis voluptates confugiunt, idcirco consentaneum est nos existimare has iis quæ vere sunt voluptates optabiliores esse. Nam et pueri quæ apud ipsos in honore et pretio sunt, putant esse optima : at neque viris ea quæ puerorum sunt magni pretii esse videntur, neque viri boni eadem quæ homines mali admirabuntur : alios quippe dictu speciosa, alios vera voluptas maxime delectabit.

Quemadmodum igitur in principio dictum est, ea sunt vere magni pretii et honesta, quæ miratur quibusque delectatur vir probus. Quoniam vero unusquisque etiam functiones animi sui habitibus consentaneas requirit, easque maxime expetendas esse existimat, vir probus autem secundum virtutis habitum vivit, manifestum est, honestis actionibus eum delectari, easque magni pretii et jucundas esse statuere, ludos vero jocosque, tanquam ab habitu suo alienos contemnere. Quum autem recte et incorrupte hic judicet, sequitur non magni pretii esse ludum et jocum, ideoque non consistere in eo beatitudinem. Etenim absurdum esset rerum humanarum finem esse jocum, omniaque negotia gerere et molestiis toto vitæ spatio joci causa conflictari. Si quis enim hanc esse beatitudinem censeat, consequens erit, ut hæc etiam concedat. Nimirum beatitudinis causa omnia petimus : totam vitam autem in laboribus et rebus seriis ludendi et jocandi causa conterere, nimis stultum videtur esse et sane puerile. Contra vero ut res serias agere possis, ludere velle, juxta Anarcharchidis præceptum, bonum et probandum est. Etenim requies quædam ludus est animo contententibus, qui assiduis laboribus pares esse non possunt, et idcirco vires illis restituit, et indefessos iisdem laboribus reddit. Quamobrem non finis est requies, sed requietis finis est functio. Præterea constat inter omnes, vitam beatam esse honestam et sanctam : seria autem est hæc, neque vir probus est talis, quatenus jocatur, sed quatenus res serias agit. Insuper meliores esse dicimus res serias jocosos et ridiculis : quin etiam melioris animi partis functionem maxime seriam vocamus : quod vero melius et melioris est partis, beatitudini magis convenit. Præterea corporis voluptatum fructus communis tum plebi, tum malis hominibus, tum mancipiis, neque minus nequissimis hominibus inest, quam optimis : at beatitudo optimorum tantum dicitur esse, neque quisquam eam malis etiam hominibus inesse affir-

\* Καθάπερ οὖν πολλάκις εἰρηται κτλ.

ἀν εἰποι καὶ τοῖς φαύλοις προσεῖναι, καὶ γὰρ οὐδὲ βίον τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων εἶναι, ὅτι μὴ κατὰ τὴν φαύλην διαγωγὴν ἢ εὐδαιμονία, ἀλλ' ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται.

(*Scripti* : <sup>a</sup> εὐθυμουμένων] *cod.* εὐθυμουμένων. — <sup>b</sup> ἀποθαυμάσουσιν] *cod.* ὡ θαυμάσουσιν. — <sup>c</sup> αἰρεῖσθαι παίζειν] *cod.* αἰρεῖσθαι. —)

## Κεφ. γ'.

## Περὶ τῆς θεωρητικῆς εὐδαιμονίας.

\* Ἐπεὶ δὲ ἡ εὐδαιμονία ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις δέδεικται οὕσα, εἴ τις εἴη κρατίστη τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν, μάλιστα ἐν ταύτῃ ἂν εἴη.

\*\* Κρατίστον γὰρ καὶ ἀριστον ἡ εὐδαιμονία· κρατίστη δὲ ἐνέργεια ἡ τοῦ κρατίστον τῶν ἐν ἡμῖν ἐνεργούντων, ὃ κατὰ φύσιν ἀρχει καὶ ἡγείται πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ ἀγαθόν, εἴτε νοῦς τοῦτο ἂν καλοῖτο, εἴτε ἄλλο τι <sup>a</sup>, ὃ δὴ ἔνοιαν ἔχει περὶ καλῶν τε καὶ θείων, εἴτε θεῖον ὄν καὶ αὐτό, εἴτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θεϊότατον· ἢ δὴ τοῦτου ἐνέργεια εὖ καὶ καλῶς γινομένη, καὶ κατὰ τὴν οἰκίαν ἀρετὴν, εἴη ἂν ἡ τελεία εὐδαιμονία.

\*\*\* Καὶ ἐστὶ θεωρητικὴ, καθὼς πρότερον εἴρηται· ὅτι δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἡ τελεία εὐδαιμονία, καὶ τὰ προειρημένα ἡμῖν περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν, καὶ ἡ ἀλήθεια μαρτυρεῖ.

\*\*\*\* Καὶ γὰρ ὡς ἐν τῇ περὶ φιλίας εἴρηται, ὃ νοῦς ἔστι τὸ ἡμέτερον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο κρατίστη ἐστὶν αὐτοῦ ἐνέργεια, καὶ ἂ γινώσκει κρατίστα εἰσι τῶν αἰσθησέων γινωσκομένων· εἰ δὲ ἀριστον δεῖ εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἐν τῷ ἀρίστῳ εἶναι πᾶσα ἀνάγκη.

\*\*\*\*\* Ἐτι τὸ συνεχὲς ἀποδιδόνα δεῖ τῇ εὐδαιμονίᾳ. Οὕτω γὰρ ἂν τελείως δύνατο τις εὐδαιμονεῖν, μὴ διακοπτομένης αὐτοῦ τῆς εὐδαιμονίας. Τοῦτο δὲ θεωροῦσι μάλιστα δυνατόν· θεωρεῖν γὰρ δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον, ἢ ὄντιον ἕτερον πράττειν.

\*\*\*\*\* Ἐτι καὶ ἡδονὴν οἴομεθα δεῖν τῇ εὐδαιμονίᾳ παραμειχθαι <sup>b</sup>. Ἡδίστη δὲ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν ἢ κατὰ σοφίαν ὁμολογουμένως ἐστὶ· φαίνεται τοίνυν ἡ φιλοσοφία θαυμαστάς ἔχουσα ἡδονάς, διὰ τε τὴν καθαρότητα, καὶ τὸ ὕλης ἀπὸ πηλαγμένη καθάπερ εἶναι, καὶ διὰ τὸ βέβαιον, ὅτι περὶ τὰ ἀκίνητα καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἐνεργεῖ. Ἡ γὰρ πρακτικὴ τῆς τε ὕλης δεῖται, περὶ τε τὰ ἐνδεχόμενα ἐστὶ· τοιαῦτα γὰρ τὰ πρακτὰ· ὅθεν οὐκ ἐνὶ τελείως κατὰ ταύτην εὐδαιμονεῖν.

\*\*\*\*\* Ἐτι καὶ αὐτάρκην τὸν εὐδαίμονα εἶναι δεῖ. Τοῦτο δὲ τῆς θεωρητικῆς ἐστὶ μᾶλλον, ἢ τῆς ἐτέρας· τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων καὶ ὃ θεωρητικὸς δεῖται καὶ ὃ πρακτικὸς. Πρὸς τούτοις δὲ ὃ μὲν πρακτικὸς καὶ ἄλλων δεῖται πρὸς τὸ τὴν ἀρετὴν ἐνεργῆσαι·

maverit, ut neque eandem utrorumque esse, quia non in pravo vitæ genere, sed in actionibus virtuti consentaneis posita est beatitudo, quemadmodum et supra diximus.

## CAP. VIII.

## De contemplativa beatitudine.

Quoniam autem in actionibus virtuti consentaneis beatitudinem esse positam ostendimus, si quæ talium actionum sit præstantissima, in hac potissimum illa fuerit.

Præstantissimum enim quiddam et optimum est beatitudo : præstantissima autem functio præstantissimæ partis earum quæ in nobis aliquo munere funguntur, natura sua imperantis atque ad veritatem et bonum nos perducentis, sive mens illa pars vocatur sive alio quodam nomine appellatur illud quod rerum honestarum et divinarum notionem continet, sive divinum est hoc ipsum, sive eorum quæ in nobis sunt divinissimum : hujus igitur functio, si recte et ut oportet, maximeque ex propria fiat virtute, perfecta erit beatitudo.

Estque contemplativa, sicut ante diximus : porro perfectam in hac functione beatitudinem esse positam, partim ea quæ de functionibus humanis a nobis supra dicta sunt, partim ipsa veritas confirmat.

Etenim quemadmodum in superiore de amicitia disputatione diximus, mens nostra est natura, ideoque præstantissima est ipsius functio, et quæ mens percipit omnium quæ sensu percipiuntur, sunt præstantissima : quodsi optimum quiddam beatitudinem esse oportet, in optimo quoque eam esse omnino necesse est.

Præterea perpetuitas beatitudini tribuenda est. Sic enim perfecte beatus aliquis esse queat, si ejus non interrumpatur beatitudo. Hoc autem contemplantibus maxime contingere potest : quippe res assidue contemplari magis quam quidquam aliud agere possumus.

Insuper voluptatem beatitudini admixtam esse debere arbitramur. Jucundissimam autem omnium actionum virtuti consentaneam esse illam, quæ sapientiæ congruat, omnes uno ore consentiunt : videtur itaque philosophia mirabiles quasdam continere voluptates, tum sinceritate, et quod prorsus ab omni concretionem mortali segregata est, tum stabilitate, quod in rebus immortalis semperque eodem modo se habentibus versatur. Activa quippe scientia materiam desiderat, et in contingentibus consistit : talia enim sunt quæ sub actionem cadunt : quo fit, ut nemo propter hanc perfecta felicitate utatur.

Accedit, quod beatum sua sorte contentum esse decet. Hoc autem contemplativa magis quam alterius est scientiæ : nam eorum sane quæ ad vivendum necessaria sunt tam rerum contemplator quam actor indiget. Sed præter hæc aliis quoque actor rerum ad virtutem exer-

\* Cap. 7. Εἰ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια κτλ. — \*\* Αὐτὴ δ' εἴη τοῦ ἀρίστου κτλ. — \*\*\* Ὅτι δ' ἐστὶ θεωρητικὴ κτλ. — \*\*\*\* Κρατίστη γὰρ αὕτη κτλ. — \*\*\*\*\* Ἐτι δὲ συνεχεστάτη κτλ. — \*\*\*\*\* Οἴομεθά τε δεῖν κτλ. — \*\*\*\*\* Ἡ τε λεγομένη αὐτάρκεια κτλ.

καὶ γὰρ ὁ δίκαιος δεῖται πρὸς οὓς δικαιοπραγήσει καὶ μεθ' ὧν, καὶ δ' σωφρων, καὶ ὁ ἀνδρεῖος, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος· ὁ δὲ σοφός, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὧν, δύναται θεωρεῖν, καὶ οὐδενὸς δεῖται πρὸς τοῦτο, καὶ μᾶλλον βῶν σοφώτερος· εἰ δὲ δεῖται πως καὶ αὐτὸς ἄλλων, ὅτι μετ' ἄλλων βέλτιον θεωρήσει, πρὸς γε τὸ τὴν ἐνεργεῖαν τελείως ἐνεργῆσαι καθ' ἑαυτὸν αὐταρκέστατος ἐστίν.

\* Ἐτι καὶ δι' ἑαυτὴν αἰρετὴν καὶ ἀγαπητὴν εἶναι δεῖ τὴν εὐδαιμονίαν. Φαίνεται δὲ ἡ θεωρητικὴ ζωὴ αὐτῇ δι' ἑαυτὴν φιλουμένη. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἀπ' αὐτῆς ἄλλο ζητοῦμεν, οὐδέ τι γίνεσθαι ἡμῖν ἕτερον παρὰ τὸ θεωρεῖν· ἀπ' ἐκάστης δὲ τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν ἐστὶ τι ἄλλο, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον, λαβεῖν. Καὶ γὰρ ἀπὸ μὲν τῆς ἀνδρείας νίκη, ἀπὸ δὲ σωφροσύνης ἡ κατὰ ψυχὴν ἡρεμία, ἀπὸ δὲ φρονήσεως τὸ εὐρεῖν τὰ πρὸς τὸ ἔσχατον φέροντα τέλος, ἀπὸ δὲ πασῶν ἡ πολιτικὴ εὐδαιμονία· τῇ δὲ θεωρίᾳ οὐδὲν ἀκολουθεῖ, δι' ὃ δοκεῖ δέον εἶναι ζητεῖσθαι, ἀλλὰ αὐτῇ δι' ἑαυτὴν ἀγαπᾶται. Φαίνεται ἄρα ταύτην εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν.

\*\* Ἐτι καὶ ἐν ἡρεμίᾳ τινὶ καὶ σχολῇ συνεστάναι δεῖ τὴν εὐδαιμονίαν. Τέλος γὰρ τί ἐστίν ἡ σχολή, καὶ ἀσχολούμεθα ἵνα δυνηθῶμεν σχολάζειν, καὶ πόλεμον αἰρούμεθα διὰ τὴν εἰρήνην. Αἱ μὲν οὖν ἐνεργεῖαι τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν ἐν τοῖς πολιτικοῖς εἰσι καὶ πολεμικοῖς· αἱ δὲ τοιαῦται πράξεις μάλιστα δοκοῦσι πόρρω πάσης ἡρεμίας καὶ σχολῆς εἶναι· αἱ μὲν πολεμικαὶ παντελῶς· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐταῖς ἐστὶν ἡρεμίας· εἰ γὰρ ἦν, δι' ἑαυτὸν ἂν ὁ πόλεμος ἐζητεῖτο. Οὐδεὶς δὲ αἰρεῖται τὸ πολεμεῖν τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα, οὐδέ τις ἐθέλει δι' ἑαυτὸν τὸν πόλεμον παρασκευάζειν· δόξειε γὰρ ἂν μαιφρόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίνωνται. Εἰσι δὲ καὶ αἱ τοῦ πολιτικοῦ πράξεις φανερώς ἀσχοιοί, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ πολιτεύεσθαι περιποιουμένων δυναστείας καὶ τιμᾶς, ἢ τὴν γε εὐδαιμονίαν ἑαυτῶν, καὶ τοῖς πολίταις· ἑτέρα γὰρ ἡ αὐτοῦ, καὶ ἄλλη ἡ τῆς πόλεως εὐδαιμονία. Καὶ δῆλον· εὐδαιμονίαν γὰρ αὐτὸς γενόμενος οὐκ ἀγαπᾶ, ἀλλὰ καὶ τὴν πολιτικὴν ζητεῖ, δῆλον ὡς ἑτέραν οὔσαν.

\*\*\* Ἐπεὶ τοίνυν τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ καὶ πολεμικαὶ κάλλει καὶ μεγέθει προέχουσιν, αὗται δὲ ἀσχοιοί, καὶ τέλους τινὸς ἐφίενται, καὶ οὐ δι' ἑαυτὰς εἰσὶν αἰρεταί, ἢ δὲ τοῦ νοῦ ἐνεργεῖα σπουδαιότερα τέ ἐστιν, ὅτι τοῦ βελτίστου τῆς ψυχῆς ἐστὶ μέρος, καὶ οὐδενὸς ἕνεκα ζητεῖται, οὐδὲ ἄλλου παρ' αὐτὴν ἐφίεται τέλος, ἔχει τε οἰκεῖαν ἢ ἡδονὴν μεῖζονα ἢ κατὰ τὰς πρακτικὰς ἐνεργείας, ἢ δὴ ἡδονὴ συναΐζει τὴν ἐνεργεῖαν· ἐτι δὲ ἡ τοῦ νοῦ ἐνεργεῖα καὶ αὐτάρχη ἐστὶ μάλιστα καὶ ἡρεμία, ὡς ἀνθρώποις ὀήπουθεν δυνατόν, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέ-

endam eget : etenim vir justus erga quos et cum quibus juste agat, itemque temperans et fortis et cæteri desiderabunt : at sapiens, etiam quum secum erit, res poterit contemplari, neque ullo homine ad hoc faciendum eget : eoque magis quo est sapientior : quodsi et ipse quodammodo aliis eget, quia cum aliis melius contemplabitur, tamen ad virtutem perfecte exercendam se ipso contentus est.

Quin etiam per se expetendam et jucundam esse oportet beatitudinem. Videtur autem vita contemplativa per se diligi. Etenim nihil aliud in de petimus, neque quidquam aliud assequimur præter contemplationem : e singulis vero activis quas vocant virtutibus aliud quid aut minus aut majus consequi nobis licet. E fortitudine enim victoria, e temperantia animi tranquillitas, e prudentia inventio rerum ad ultimum finem spectantium, ex omnibus autem civilis felicitas oritur : contra vero nihil prorsus sequitur contemplationem, propter quod petenda esse videatur, sed ipsa per se amatur. Hanc igitur humanam beatitudinem esse apparet.

Præterea in tranquillitate quadam et otio beatitudinem consistere oportet. Finis enim aliquis otium est, atque in rebus gerendis versamur, ut otuari possimus, sicut pacis causa bellum suscipimus. Quare activæ virtutis functiones in civilibus et bellicis rebus cernuntur : tales vero actiones ab omni tranquillitate et otio longissime abesse videntur : et omnino quidem bellicæ : nihil enim ibi est tranquillitatis : quod si esset, per se bellum optabile foret. Nemo autem bellum parare vult : videatur enim latro et sicarius esse, si cum amicis inimicitias suscipiat, ut prælia committantur et cædes fiant. Sed et rerum publicarum rectoris actiones manifesto negotiosæ sunt, qui præterquam quod rempublicam administrat, potentiam etiam et honores aut beatitudinem simul sibi simul civibus comparat : alia enim ipsius, alia reipublicæ est beatitudo. Id vel ex hoc manifestum est : quod non in ea quam ipse sibi peperit beatitudine acquiescit, sed reipublicæ etiam felicitatem, ut ab illa videlicet diversam, quærit.

Quum igitur civiles et bellicæ actiones omnibus iis, quæ virtutibus consentaneæ sunt, actionibus pulchritudine et magnitudine antecellant, hæ autem sint negotiosæ finemque aliquem expetant, neque propter se sint expetendæ, mentis vero functio melior sit, quia præstantissimæ animi partis est, neque ullius rei causa appetitur, neque ullum alium præter ipsam sibi finem proponit, propriamque quamdam et majorem quam activæ functiones habet voluptatem, quæ functionem promovet atque intendit : porro quia mentis functio maxime se ipsa contenta et tranquilla est, quatenus nimirum id fieri in homine potest, et quia reliqua omnia quæ felici tribuuntur, in hac functione

\* Δόξειε δ' ἂν αὐτῇ μόνῃ κτλ. — \*\* Δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία κτλ. — \*\*\* Εἰ δὲ τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων κτλ.



μονται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα· φανερόν οὖν, ὅτι ἡ τελεία τοῦ ἀνθρώπου εὐδαιμονία αὕτη ἂν εἴη τέλειον μῆκος βίου λαβοῦσα· τῶν γὰρ τῆς εὐδαιμονίας οὐδὲν ἀτελὲς εἶναι προσήκει.

(Scripsi : \* ἄλλο τι ] vulgo ἄλλό τι. — <sup>b</sup> παραμεμίχθαι ] cod. παραμεμίχθαι. — c οικείαν] cod. οικείαν. — <sup>d</sup> ἢ δὴ] cod. ἢ δὴ. — )

## Κεφ. θ'.

\*Οτι μείζων ἢ κατ' ἀνθρώπον ἡ θεωρητικὴ εὐδαιμονία· καὶ ἐπιπερὶ τῆς ἠθικῆς, ἦγουν τῆς κατ' ἀνθρώπον.

\* \*Ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος βίος κρείττων ἢ κατὰ ἀνθρώπον. Ὁ γὰρ οὕτω ζῶν οὐχ ἢ ἀνθρώπος οὕτω βιοί, ἀλλὰ κατ' ὅτι θεῖον αὐτῷ ὑπάρχει· ὅσω δὲ διαφέρει τοῦτο τὸ θεῖον τοῦ κατ' ἡμᾶς συνθέτου, τοσοῦτον διοίσουσιν αἱ τούτου ἐνέργειαι τῶν ἄλλων ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν, καὶ ἡ τούτου ἀρετὴ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς. Εἰ γὰρ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἀνθρώπον, καὶ ὁ κατὰ νοῦν βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

\*\* Οὐ χρὴ δὲ ταῖς ἐνίων παραινεσεσιν ἐπομένους ἀνθρώπινα φρονεῖν ἀνθρώπως ὄντας, καὶ θνητὰ θνητούς, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἕκαστον ἑαυτὸν ἀπαθανατίζειν, καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ. Κράτιστον δὲ τῶν ἐν ἡμῖν ὁ νοῦς ἐστίν· εἰ γὰρ μεγέθει καὶ ὄγκῳ οὐδενὸς ὑπερέχει, διὰ τὸ ὑπερβαίνειν τὴν ἕλην, ἀλλὰ τῇ γε δυνάμει καὶ τιμότητι μέγιστόν ἐστιν ἀπάντων· ἐπεὶ καὶ δεινῶς ἔσονται, εἴ τις ἑαυτῷ μὴδὲ τὸν ἑαυτοῦ βίον αἰροῖτο, ἀλλὰ τὸν τινας ἄλλου· καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ἕκαστος τὸ κυριώτατον καὶ ἀριστον τῶν ἐν αὐτῷ, καὶ κατὰ τοῦτο ζῶν, ἑαυτῷ ἂν βιώη\*, καὶ τὸν οικεῖον μάλιστα βίον. Ἄλλως τε τὸ πρότερον λεχθέν ἀρμόσει καὶ νῦν· τὸ γὰρ οικεῖον τῇ φύσει ἐκάστου, τοῦτο κράτιστον καὶ ἡδιστόν ἐστιν ἐκάστῳ· τῷ ἀνθρώπῳ δὲ οικεῖον μάλιστα πάντων τὸ κατὰ νοῦν ἐνεργεῖν, εἴπερ αὐτός ἐστιν ὁ νοῦς· οικεῖον δὲ τὸ κατ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖν ἐκάστῳ τῶν ἐνεργούντων· κράτιστος ἄρα καὶ ἡδιστος ὁ κατὰ νοῦν βίος ἀνθρώπου· οὗτος ἄρα καὶ εὐδαιμονέστατος, καὶ αὕτη ἂν εἴη πρώτως ἡ ἀνθρωπίνη εὐδαιμονία.

\*\*\* Δευτέρως δὲ ἡ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετὴν. Αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι ἀνθρωπικαὶ ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων κοινωνίαις συνιστάμεναι. Δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεία, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὰς ἀρετάς, πρὸς ἀλλήλους πράττομεν, ἐν πράξεσι, καὶ χρεῖαις, καὶ συναλλάγμασι, καὶ τὰ πάθη παιδαγωγούμεν, τὸ πρότερον τῷ πλησίον διατηροῦντες· ταῦτα δὲ πάντα τὴν σύνθετον ταύτην συντηροῦσι ζωῆν. Ἐὰ δὲ τοιαῦτα ἀνθρωπικὰ. Ἔτι αἱ ἠθικαὶ ἀρεταὶ πολλὴν ἔχουσιν ἐνίστε ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν σκοπὴν· καὶ γὰρ σωφρονικοὶ τινὲς εἰσι φύσει, καὶ πρὸς ἀνδρείαν εὐ ἔχουσι,

\* Ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη κρείστων βίος, κτλ. — \*\* Χρὴ δ' οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας κτλ. — \*\*\* Cap. 8. Δευτέρως δ' ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, κτλ.

cse apparet : manifestum est, perfectam hanc hominis beatitudinem fore, si perfectam vitae longitudinem adepta sit : nihil enim eorum, quæ sunt beatitudinis, imperfectum esse decet.

## CAP. IX.

Majorem, quam hominis natura ferat, contemplativam esse beatitudinem : item de morali, hoc est, de humana felicitate.

Est autem talis vita præstantior, quam quæ in hominem cadat. Qui enim hoc modo vitam agit, non qua homo est ita vivit, sed quatenus divinum quiddam in eo inest : quanto scilicet divinum hoc ei quod in nobis compositum est, antecellit, tanto etiam hujus functiones reliquis humanis functionibus præstabit, atque hujus virtus reliquæ virtuti morali. Si enim mens hominis respectu divinum quiddam est, vita quoque menti consentanea divina erit, si cum humana conferatur.

Neque tamen nos oportet quorundam monitis obsecutus humana sapere ut homines, et mortalia ut mortales. sed nos ipsos, quoad ejus fieri potest, a mortalitate vindicare, atque omnia facere, ut ei nostri parti, quæ in nobis est optima, convenienter vivamus. Præstantissimum autem eorum quæ in nobis sunt mens est : quæ licet proceritate et mole nullam rem superet, quia materiam excedit, potentia tamen et excellentia res omnium maxima est : nam valde absurdum fuerit, si quis non suam sed alienam vitam expetat et sequatur : quod enim in quoque præstantissimum et optimum est, id ipse est, et qui huic convenienter vivit, sibi potissimum vivet, vitamque maxime propriam agel. Præterea quod ante a nobis dictum est, etiam huic loco conveniet : quod enim cujusque proprium est natura, idem et optimum cuique est et jucundissimum : hominis autem omnium maxime proprium est, menti convenienter agere, siquidem ipsa mens est homo : sed cujusque rerum actoris proprium est sibi congruenter agere : ergo vita, quæ ad mentem accommodata traducitur, homini optima et jucundissima est : hæc vero et beatissima est, atque hæc primo loco humana felicitas vocanda sit.

Secundo autem loco ea quæ alii virtuti consentanea est. Muneris enim functiones ei convenientes humanæ sunt, atque in hominum inter se conversatione consistunt. Quippe justitiæ et fortitudinis et aliarum virtutum muneribus inter nos fungimur, in actionibus, necessitatibus, negotiorum contractibus, et cupiditates nostras coercemus, quod alteri decorum est conservantes : hæc autem omnia compositam istam vitam conservant. Talia vero sunt humana. Præterea virtutes morales ad corporis affectionem spectantes multum interdum ei debent : natura enim quidam ad temperantiam idonei sunt, atque ad fortitudinem et animi

καὶ πρὸς μεγαλοψυχίαν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σῶμα διαθέσεως· καὶ ὅλως σφόδρα ὑπεκρίνεται ἢ τοῖς πάθεσιν ἢ ἠθικῇ ἀρετῇ, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ φρόνησις. Συνέζευκται γὰρ τῇ τοῦ ἡθους ἀρετῇ, ὡς καὶ δέδεικται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ἐπεὶ φρόνησις μὲν τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν ἔχει· τὸ γὰρ ὀρθοδοξεῖν περὶ τὸ τέλος, ἐκείθεν.

Ἡ δὲ ἠθικῇ ἀρετῇ, πῶς δεῖ τοῦ τέλους τυχεῖν ἀπὸ τῆς φρονήσεως λαμβάνει, καθὼς ἐν τῷ ἰγ' κεφαλαίῳ τοῦ ε' βιβλίου διειληπται. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μὲν ἠθικῇ ἀρετῇ περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἔστι πάθη, καὶ τούτοις ἐστὶ συνημμένη, ταύτης δὲ ἀχώριστος ἡ φρόνησις εἶναι ἐδείχθη, φανερόν, ὅτι πᾶσα ἀρετὴ πρακτικὴ τοῖς πάθεσιν ἔστι συνημμένη· περὶ τὸ σύνθετον ἄρα, καὶ τὴν ἐν τούτῳ ζωὴν· αἱ δὲ τοῦ συνθέτου ἀρεταὶ ἀνθρωπικαί· ὁ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ὀρισμὸς ἀπὸ τοῦ συνθέτου· ὥστε καὶ ὁ βίος, ὁ κατὰ ταύτας τὰς ἐνεργείας, ἀνθρωπικός, καὶ ἡ εὐδαιμονία· ὁ δὲ κατὰ νοῦν βίος μόνος ἐστὶ κεχωρισμένος τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ἡ κατὰ τοῦτον εὐδαιμονία. Πῶς δὲ κεχωρισμένος ἐστὶ, καὶ ὡς ἔχει, διακριθῶσαι, μείζον ἐστὶ τοῦ προκειμένου, καὶ θεολογία μᾶλλον προσῆκεν· τοσοῦτον δὲ μόνον εἰπεῖν ἀρκεῖται ἐν τῷ παρόντι, ὅτι τὰ ἀνθρώπινα ὑπερβαίνει.

\* Τοῦτο δὲ καὶ ἐκεῖθεν γίνεται δῆλον. Οὐ γὰρ δεῖται τῶν ἐκτός, καὶ τῆς ἐκεῖθεν χορηγίας εἰς τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν. Δεῖται μὲν γὰρ ὁ θεωρῶν, ἄνθρωπος ὢν, τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων· εἰς δὲ αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν οὐδενός· ὁ δὲ πρακτικός δεῖται μὲν καὶ ὢν ὁ θεωρητικός, καὶ μᾶλλον οὗτος, ὅσον καὶ μᾶλλον τῷ σώματι πρὸς τὰς ἐνεργείας χρῆται· δεῖται δὲ ἔτι πρὸς τὰς ἐνεργείας καὶ τῆς ἐξωθεν χορηγίας. Ὁ μὲν γὰρ ἐλευθέριος χρημάτων πρὸς τὸ τὰ ἐλευθέρια πράττειν· ὁ δὲ δίκαιος, ἵνα ἀνταποδῶ. Χωρὶς γὰρ τῶν ἐξωθεν τούτων οὐ πράξουσιν οὐδὲν τῶν κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἕκαστος. Δεῖ γὰρ τῷ μὲν ἀνδρείῳ καιροῦ τινας καταλλήλων, καὶ τῆς ἐν σώματι δυνάμεως, ὅθεν ἐπιδείξεται τὴν τόλμαν, καὶ τὴν καρτερίαν· καὶ τῷ σώφρονι ἐξουσίας, καὶ τοῦ δύνασθαι, εἰ βούλοιο, ταῖς ἡδοναῖς ἐφεῖναι· καὶ τῶν ἄλλων ἐκάστω χρεῖα τῶν καταλλήλων, ἐν οἷς δύναται πράξει τὴν ἀρετὴν. Ἄνευ γὰρ τοῦ πράξει κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς, μάλιστα μὲν ἀδῆλος ἢ βούλησις, καὶ ἡ ἕξις. Προσποιοῦνται γὰρ ἔνιοι μὴ δίκαιοι ὄντες βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν, καὶ ἐλευθέρια πράττειν, μὴ ὄντες ἐλευθέριοι. Ἐπειτα οὐδὲ τελεία ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἐν μόνῃ τῇ προαιρέσει, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς πράξεως· ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐστὶ· καὶ οὗτος ἐν ἀμφοῖν ἐστίν, ὥστε ζητεῖται ἐν ποτέρῃ μᾶλλον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, ἐν τῇ προαιρέσει, ἢ ἐν τῇ πράξει. Τὸ γὰρ τέλειον δῆλον, ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη. Φανερόν τοίνυν, ὅτι ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ πρὸς τὸ τέλειον εἶναι, τῆς ἐξωθεν χορηγίας δεῖται, καὶ τοσοῦτ' ὑπερβαίνει, ὅσον

magnitudinem ipsa corporis constitutione finguntur : denique magnam cum affectibus virtus moralis habet necessitudinem, sicut et ipsa prudentia. Nimirum cum morum virtute cohæreat, ut supra ostendimus, quoniam prudentia a virtutibus moralibus principia sua mutuata est : inde enim profectus aliquis recte de fine suo iudicabit.

Quomodo autem finem suum assequi debeat, virtus moralis a prudentia discit, ut in tertio decimo libri sexti capite exposuimus.

Quum ergo virtus moralis in humanis affectibus versetur, et cum iis cohæreat, ab hac vero prudentiam separari non posse jam probaverimus, apparet omnem virtutem activam cum affectibus esse conjunctam : circa id igitur, quod compositum est, et ejus vitam versatur : at ejus quod compositum et concretum est virtutes humanæ sunt : hominis quippe definitio ab eo quod est compositum, sumitur : itaque et vita, quæ in his functionibus consistit, humana est, et felicitas : sola vero vita, quæ menti convenienter agitur, ab omnibus humanis separata est, pariterque ejus felicitas.

Quomodo autem sit separata, et quomodo se habeat, explanare, majoris negotii est quam id quod nobis propositum est, magisque theologiæ convenit : hoc tantum in præsentia dicere sufficiat, eam humanæ vitæ fines transire.

Quod quidem etiam illinc apparet. Neque enim externis bonis aut eorum copia ad functionem suam eget. Quippe rerum contemplator, ut homo, bonis quæ ad vivendum necessaria sunt, indiget : ad ipsam vero functionem nullis : at vero actor rerum indiget quoque iisdem quibus contemplator, magisque hic, quo magis ad explenda munera corpore utitur : sed externorum etiam bonorum copia ad functiones suas eget. Liberali enim pecunia opus erit ad actiones liberales, et justo ad gratiam referendam. Nam sine externis his bonis nemo quidquam eorum quæ virtuti suæ congruunt, agere. Scilicet viro forti opus est tempore opportuno et corporis robore ad audaciam suam et tolerantiam ostentandam : et temperanti opus est potestate, hoc est, facultate serviendi voluptatibus, si velit : denique ut suam quisque virtutem exercere possit, idoneas quasdam res requirit. Nam nisi quis secundum virtutis habitum agit, valde obscura ejus et voluntas est et habitus. Nimirum simulant nonnulli qui justi non sunt, velle se juste agere, et qui liberales non sunt, velle se liberaliter agere. Deinde nec in solo consilio perfecta est virtus, sed actione etiam opus est : in utroque enim est, et ita quidem est in utroque, ut quæretur, in utro magis sit virtus, in consilio an in actione. Quod enim perfectum est, in utroque esse apparet. Est igitur manifestum, activam virtutem, ut perfecta sit, externorum bonorum copiam requirere, tantoque majorem, quanto major sit et pul-

\* Δόξεις δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτός χορηγίας κτλ.

μείζων ἐστὶ καὶ καλλίων· αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν πράξεις μεγάλαι, καὶ ἀξιόλογοι οὖσαι καὶ πλείονων δεήσονται τῶν ἔξωθεν. Τῷ δὲ θεωρητικῷ οὐδενὸς τῶν τοιούτων πρὸς γὰρ τὴν ἐνέργειαν χρεία· ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ ἐμποδῶν ἴσταιται ταῦτα τῇ θεωρίᾳ. Δεήσεται δὲ οὐχ ὡς θεωρητικός, ἀλλ' ὡς πρακτικός, ἐπεὶ ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀνθρώποις συζῶν, αἰρεῖται τὰ κατὰ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν, ἵνα πρὸς τοὺς συνόντας τὰ ἀνθρώπινα σώζῃ.

(Scripsi : \*βίω] cod. βίωη. — <sup>b</sup> ὠκείωται | cod. ὠκείωται. — <sup>c</sup> ἐστι] cod. ἐστιν. —)

## Κεφ. ι'.

\*Ἐπι περὶ τοῦ θεωρητικοῦ βίου, καὶ ὅτι ἡ τελεία εὐδαιμονία ἐν αὐτῷ ἐστὶ.

\* Φαίνεται δὲ καὶ ἐκεῖθεν ἐν τῷ θεωρητικῷ βίῳ συνεστάναι τὴν τελείαν εὐδαιμονίαν. Ἡ γὰρ θεωρία μόνον θεοῦ ἔργον ἐστὶν <sup>a</sup>, ὅς ἐστιν ἀληθῶς μακάριος καὶ εὐδαιμόν. Ποίας γὰρ ἄλλας πράξεις ἀποδοτέον αὐτῷ; τὰς δικαίας; ἢ <sup>b</sup> γελῶν συναλλάττειν αὐτόν, καὶ παρκαταθήκας ἀποδιδόναι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· ἀλλὰ τὰς ἀνδρείας; πῶς οὖν ὑπομενεῖ τὰ φοβερά, καὶ περὶ τῆς ζωῆς κινδυνεύσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα; καὶ γὰρ καὶ εἰπεῖν ἀτοπον· ἀλλὰ τὰς ἐλευθερίας; τίνοι οὖν καὶ τί δώσει; ἀτοπον δὲ εἰ καὶ ἴσται αὐτῷ νόμισμα, ἢ τι τοιοῦτον, οὐ δεόμενος αὐτὸς εἰς τὸν βίον, ἔπειτα ἄλλω δίδωσιν, ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ· σώφρων δὲ πῶς ἂν εἴη φράσας οὐκ ἔχων ἐπιθυμίας; πᾶσαι μὲν οὖν αἱ τοιαῦται πράξεις μικραὶ καὶ ἀνάξαι θεοῦ· ἐπεὶ δὲ ζῆν <sup>c</sup> πάντες ὑπειλήφασιν αὐτόν, ἀνάγκη καὶ ἐνεργεῖν· οὐ γὰρ δεῖ καθυδεῖν ἐξηρηγηκότα, καθάπερ τὸν Ἐνδυμῶνα· ἐπεὶ δὲ ἐνεργῶν οὔτε πράττει, καθὼς δέδαικται, οὔτε πολλῷ μᾶλλον ποιεῖ· οὐ γὰρ συνεχῶς περὶ ἀποτελέσματα τινα διατρίβειν εὐλογον αὐτόν κατὰ τοὺς δημιουργικούς τῶν τεχνιτῶν· τί λείπεται πλὴν θεωρεῖν; ἢ ἄρα τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα θεωρητικῇ ἂν εἴη. Ἐν ἄρα τῷ θεωρητικῷ βίῳ συνεστάναι πᾶσα ἀνάγκη τὴν τελείαν· συγγενεστάτη γὰρ ἐστὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια.

